This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 00104342 5



NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

936 a 5

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA,

AD INCREMENTVM SCIENTIARVM,

AB HIS,

QVI SVNT IN COLLIGENDIS ERVDITORVM NOVIS ACTIS OCCVPATI,

PER PARTES PVBLICATA.

EDENDI CONSILIVM SVSCEPIT, SVA NONNVLLA PASSIM ADDIDIT, PRAEFATIONEM PRAEMISIT,

FRIDER. OTTO MENCKENIVS.

VOLVMINIS NONI PARS PRIMA.

Cum Privil. Regis Pol. & Elect. Saxoniae.

LIPSIAE,
APVD B. LANCKISII HAEREDES.
MDCCLII.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LECTORI OPTIMO
S. D.
F. O. MENCKENIVS.

Non, quod me aliqua præfandi tali libro, cui quod præfari debeam, omnino nihil eſt, libido teneat, ſed quod omne hoc genus ſcriptionis tanquam familiare cum Lectore ſit colloquium, ideo lubens hac, qua nulla oportunior offerre ſe poteſt, amice te compellandi occaſione utor, &, utendi ea daturum te mihi, Lector, veniam, confido. Neque vero deeſſe mihi unquam dicendorum, cum ad te convertor, materia poteſt, ſi vel aliud nihil, quam hoc unum, agam, ut pro ſumma erga nos æquitate tua, pro inſigni noſtra hæc legendi, aſſiduitate, denique pro liberali Muſis noſtris ſtudio, gratum tibi animum profitear. Nam, ſi, nobiliſſimis etiam, &, qui diligenter legerentur, digniſſimis, Scriptoribus id aliquando contigiſſe; ſcimus, ut lectores aut nullos, aut pauciſſimos, invenirent, &, nihil tale meriti, tanquam in contemtu quodam publico iacerent, quidni nobis, in mediocri adhuc fama viventibus, nec hac ipſa maiorem expetentibus, magnum hoc fortunæ munus iudicetur, quod communi hominum doctorum gratia fruamur, hique, ſi quid novi noſtro prelo exiit, id cupidiſſime excipiant? Ita enim perſuaſum nobis certiſſime habemus, amicos nobis bene multos, inimicos, ſi non prorſus nullos, at paucos certe, & facile placandos, eſſe. Atque hæc penitus in nobis infixa opinio ſive ſit re ipſa, & experimentis, confirmata, ſive ab hac animi noſtri affectione, qua bene de omnibus ſperamus, nec quidquam timide & ſuſpicioſe agimus, originem ducat, cum per ſe ipſa eſt dulciſſima, &, ſi quæ aliunde nos afficiunt, tollere facile ægritudines poteſt, tum ad ipſas literas certiſſimum hunc fructum habet, ut & noſtram valde acuat induſtriam, & maiorem in nobis, utilia perficiendi, ala-

crita

critatem excitet. Id enim bene ſcimus, non tale eſſe hoc Miſcellaneorum *opus, ut macularum prorſus nihil oſtendat, nec quidquam ei accedere ornamentorum poſſit. Sunt alia, fateor, in argumentis Diſſertationum, & delectu horum, alia in ipſa hac tractandi ratione, alia denique in genere ſcribendi, quæ lector paulo delicatior haud immerito requirat. Atque in his omnibus ita emendandis, ut tuæ, Lector, exſpectationi noſtrum ſtudium reſponderet, diu nos, ſed, quod dolemus, fruſtra laboravimus. Non optatum ſemper bona conſilia eventum habent; inprimis ſi ad multorum ingenia, ſive ſtudiorum genere, ſive ipſa doctrinæ elegantia, valde inter ſe diverſa, accommodare ſe unus debeat. Fit igitur ſæpiſſime, ut uni illi, nihil minus merenti, tot aliorum culpa ſit ferenda, &, qui perſonam colligentis tantum ſuſtinet, de peccatis ſcribentium in ius vocetur. Cuius ſi quis incommodi ita ſit impatiens, ut malit abſtinere a conandis bonis, quam expoſitum ſe levioribus hominum quorundam ſermunculis, & paulo iniquioribus iudiciis, videre; ne eum oportet in hoc Muſarum regno valde adhuc hoſpitem & peregrinum eſſe, nec mores illius populi, cuius nos cives dicimur, habere cognitos. Ego, qui illis, ſi qua ſunt, malis dudum aſſuevi, nec his vinci animi mei firmitatem paſſus ſum, non, quod moroſior aliquis magnifice de ſuis, contemtim de noſtris, rebus iudicaret, ideo deſerendam literarum cauſam, aut meliorem Lectorum partem ſtudii noſtri fructibus deſtituendam, arbitratus, eam ſemper adminiſtrandi huius muneris, quod meum ipſius, non alienum, mihi imperium impoſuit, rationem tenui, & in poſterum tenebo, ut, quicquid a me aut deberet, aut omnino poſſet, præſtari, omni diligentia præſtarem, &, quantum in me eſſet, doctrinæ haud vulgaris homines ad bene de literis merendum, & in eo mea qualicunque opera utendum, excitarem, ſi quid autem pulchri operis illorum manibus exiiſſet, id ne indignis abditum deinde tenebris iaceret, mea cura providerem. Plura nec promiſi unquam, nec, ſi quis recte rem putat, & ſtudioſus æquitatis eſt, a me expoſcet.*

** ** **
* * *

I. IO-

I.

IOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII HYMNVS DAVIDICVS CXVI, EX FATO DAVIDIS EPILEPTICO

1 Sam. XXI, 12-16,

GENVINAM EXPOSITIONEM EXHIBENS.

SYNOPSIS.

I. *Afferuntur momenta vera ex hiſtoria expoſitionis.* II. *Epilepſiæ ſigna diagnoſtica, coniunctim ſumenda.* III. *Oſtenditur eorum locus in Davide, in locum procerum Philiſtæorum vocato.* IV. *Reſpicitur ad ſigna illa diagnoſtica, in hymno obvia.* V. *Oſtenditur, quid ſibi velint verba:* omnis homo mendax. VI. *Explicantur hymni inciſa* 1-3. VII. *Enodantur inciſa* 3, 4, 5, 6. VIII. *Exponitur inciſum* 7. IX. *Additur explicatio inciſi* 8. X. *Sub-*

* * * *

iungitur expoſitio inciſi 9 & 10. XI. *Interpretatio inciſi* 11 *adiicitur*. XII. *Explicantur inciſa* 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18. XIII. *Expoſitioni inciſi* 16 *opera impenditur*. XIV. *Subiungitur inciſi* 19 *explicatio*.

I.

Auctor hymni Deo habet agitque gratias, ex quo ad valetudinem proſperam rediit. Ut auctorem illum propius noſcitemus ac deſignemus, ad conditionem miſeram, quacum ipſe antea fuerat conflictatus, attendamus, neceſſum eſt. Miſeria eius olim fuerat tanta, ut morti proximus fuiſſet. Ipſe enim ita v. 3: *Conſtrinxerant me ad faſtidium undiquaque funes mortis; & anguſtiae, quibus homo ſtatui mortuorum admovetur, me deprehenderant: angorem, qualem circumſeſſus & ligatus perſentire ſolet, & moeſtitiam, perſenſeram praeter opinionem.* Poſthaec per providentiam Dei ſtatu illo auctor fuit liberatus. Hoc eſto momentum primum & ſecundum expoſitionis noſtrae. Meminiſſe igitur nos oportet, auctorem, antequam valetudinem exoptatam reciperet, fuiſſe viribus exhauſtum, animoque prorſus proſtratum. Id ipſum ſignificatur praeterea verbis *inciſi ſexti* hunc in modum: *Attenuatus eram, ut in omnem partem facile delaberer;*

at Iehova mihi, ex anguſtiis erepto, ſpatium liberum & ſalutem impartivit. Ut vero ſpeciem illius morbi ac tenuiſſimæ valetudinis curatius definiamus, ad vim momenti tertii eſt progrediendum. Auctor ante recuperatam ſanitatem vacillatione pedum & lacrymis adeo laboraverat, ut recto inceſſu uti, lacrymisque temperare, haud poſſet. Id elucet ex *inciſo 8*, ita conformato: *Expediiſti me ex morte*, ex conditione morbi afflictiſſima, *oculos meos liberaſti a lacrymis, pedem meum extricaſti a vacillatione, lapſus ſocia.* Habemus ita delineatum nobis tertium expoſitionis genuinæ momentum. Accedimus porro ad aliud, idque quartum. Auctor, cum illa premeretur calamitate, extra terram Iſraeliticam verſabatur. Nam poſtea Deo gratias illo etiam nomine egit, quod commorari poſſet in loco, venerationi Numinis ſacrato, ac *in provinciis vivorum.* Indicantur hæc *v. 9.* Terra viventium, provinciæ viventium, denotant (a) regionem XII tribuum Iſraeliticarum, extra quam heroibus mortuis ab hominibus, quorum mens lucis Deo probatæ expers erat, honor, veneratio, cultusque, exhiberi ſolebat. Necdum tamen auctor hymni penitus liber fuerat ab hoſte externo, poſtquam morbus remiſerat, ac ipſe fuerat redditus terræ Iſraelitarum. Id ipſum pateſcit ex *inciſo 10*, quod ita habet: *Fiduciam in Deo collocatam*

(a) R. *Meir Ben Gabbai* in *Afod. hacc. f. 83 col. 3.* Conf. *Eſ. XXXVIII, 11.*

conſervavi, ideoque loquor, nec deſideria mea ſupprimo; *attamen admodum me ſenſi afflictum*, ſimulque patientiæ cuſtodem. Hoc eſt in loco momenti quinti deputandum. Progredimur ad ſextum. Re ipſa animadverterat hymni auctor, nusquam in hominibus eſſe tutam fidem, fallere illos etiam ſpes noſtras, in quibus probitas & fides merito reſidere debebat maxima. Ingruente pavore ſibi, iudicavit, nullum non hominem, ſibi relictum, patere fallaciis, facultati infidelitatis expromendæ, immo mendaciis. Fefellerat ipſum ſpes ſalutis, in hominibus repoſita. En ejus verba: *Ego dixi* mecum, ſeu iudicavi, *in pavore meo;* בְּחָפְזִי, *nemo non hominum*, in quo ſpem collocaveram, *fallit.* Illud *bebhhophſi* Alexandrinus Interpres Græcus reddidit ἐν τῇ ἐκστάσει μου, *in ſtatu mentis meæ, extra ſenſionis externæ conſcientiam poſitæ. Symmachus* reddidit id ἐν τῇ ἐκπλήξει μου, *in ſtatu, quo ceſſatio mihi obtigit* a ſenſionibus externis. Vetuſtus unus & alter priſcæ verſionis Italicæ magiſter habet hoc loco *in exceſſu meo, in pavore meo. Hieronymus* habet (b) *in ſtupore meo.* Stupor hic trudendo, propellendo, convulſionum moleſtiis, inſidendo digitis pedum ad ſe movendum & qualicunque ſe contrectando obvia erigendi, ſeſe prodit, quamdiu inhæremus voci *hhphas* & Arabicæ, tantundem valenti, (c) حفز, *hhaphas.*

(b) *Epiſt.* 135.
(c) *Golius Lex. Arab. pag.* 630, 727.

phas. Tantum ad momentum ſextum. Aggrediemur porro ſeptimum huic ſubiungere momentum. Auctor hymni, tanto implicatus malo, id præterea mali perpeſſus fuit, ut iudicaretur vinculis, quibus coerceretur, eſſe dignus. Id ipſum pateſcit ex *v. 17*, quo auctor Deo agit gratias, quod non ſolum ſanitati, ſed libertati quoque, redditus fuiſſet. An auctor fuerit vinculis modo deſtinatus, an utique eis fuerit mandatus, in præſens in quæſtionem non venit. Elucebit ex eis, quæ ſumus dicturi, deſtinationem hoc loco indicari, non factum ipſum. Simul ac ad hiſtoriam vitæ *Davidis* animum adiicimus, noſtræ ſuccurrit memoriæ ea *Davidis* calamitas, quæ ipſum in fugam coniecit, huc illuc iactavit, &, ne in inſidias *Sauli* incideret, in aulam Regis Philiſtæorum *Achiſi*, in oppido Gath ſedem regiam nacti, propulit. Legitur id, quod ad hoc *Davidis* refugium attinet, *1 Sam. XXI, 10 ſeq. Iacobus Uſſerius* hoc *Davidis* iter refert ad annum orbis conditi 2944. Si translationem Interpretis Alexandrini Græci ibi conſulimus, *Davidem* deprehendimus ſpe ſua in urbe Gath mirifice deiectum. Rex *Achis* profugum excipiebat. At proceres agmine quaſi facto ad Regem coibant, reprehenſuri illam hoſpitii humanitatem. Territus dictis Rex haud auſus fuit *Davidem* tueri. Arceſſitus fuit *David* in locum conſultationis, procul dubio paullo poſt vinculis ex conſilio ſummatum onerandus. Perſpicax *Davidis* ingenium

genium introſpexit in ſtatum earum, quæ ſibi imminebant, rerum. Cœpit pavore corripi, ſimulque, quam intuta eſſet in homines poſita fiducia, malo ſuo didicit. Ex terrore coortum eſt malum gravius, quod LXX vocant epilepticum. Corripuerunt proceres *Davidem* vacillantem, & extra aulam ferri iuſſerunt. Rex noluit epilepticum retinere, & in præſens habuit ſatis, ſi ſupplicem diſcedere iuberet, malo ſuo liberatum.

II. Noſtrum eſt, ut definiamus malum, quocum *David* conflictatus fuit, ad ſigna epilepſiæ diagnoſtica cum Medicis animum applicantes minus ſegnem. En cauſas, malum antecedentes: Gaudium mox turbatum, ſpes cito in metum, pavorem, & terrorem, converſa. En ſigna mali: 1) immutatio vultus, & amiſſio ſenſionum externarum, 2) diſtenſiones nervorum, ſeu convulſiones, 3) vacillatio, 4) & cum ea coniuncta collabendi facilitas, 5) ſpuma in ore, & 6) malo relevato lacrymæ ex oculis ſponte manantes, ac paulo poſt 7) facultas diſcedendi ac proripiendi ſeſe in locum ſat longinquum. Si quis hæc ſigna ſimul ſub obtutum vocaverit; de ſtatu epileptico haud dubitabit amplius. Exitus mali oſtendit, apoplexiæ haud fuiſſe locum, licet huic multa cum morbo comitiali ſint communia. Recentiſſimæ ætatis Medici hæc ſigna accuratius vetuſtioribus dignoſcunt & recenſent. *Hippocrates* & *Cornelius Celſus* pauca habent, ille *de Morbo ſacro*, hic *de Medicina III, 23.* *Her-*

mannus Boerhaave (d) ſuccinɛte hunc in modum: *Epilepſia adeſſe dicitur, quoties homo ſubito proſternitur, amiſſis ſenſibus externis internisque, cum concuſſu violento, involuntario muſculorum omnium, vel aliquorum, reciproco, alterna cum requie, & novo paroxyſmo.* Inter potiores mali, niſi ſit hæreditarium, cauſas *Boerhaavius* refert (e) cerebrum, male hinc inde affectum, & affluxu liquidorum abundans, per terrorem metumque inprimis. Epilepſia eſt ratione originis vel hæreditaria, vel congenita, vel acquiſita; ratione autem prognoſeos vel idiopathica, vel ſympathica. Hæreditaria & congenita curationem reſpuit; idiopathica raro eſt ſanabilis; ſympathica eſt ſæpe curabilis, præcipue per agitationem corporis, & motum continuatum alacriorem. Si *Davidem* infeſtavit in conſpectu *Achiſi* & procerum epileptica infirmitas; ea fuit ſympathica, & diſceſſu motuque corporis verſus ſpeluncam Adullam citra medicinæ uſum excuſſa. Fuit igitur ei in promtu ratio, cur Deo ſoli diſcuſſionem & receſſum mali in acceptis retulerit. Incidit nonnunquam ſummis heroibus epilepſia, qui poſthæc ab ea haud fuerunt tentati.

III. *David* effugerat iram *Sauli*, & necem, ſibi ab hoc intentatam. Fugam capeſſiverat verſus

 Nobam,

(d) *Aphoriſm. de cognoſcendis & curandis morbis* §. 1071.

(e) Loco laudato §. 1075, 1078, 1084.

David deſtuere ſivit, non continere potuit, ſpumam, ſeu ſalivam. *Spuma defluxit in ipſius barbam.* Solent epileptici concidere, ac ſpumare. (g) *Hippocrates* (h) id ipſum indicat, ita tradens: *Spuma, quæ ex epileptici ore exit, venit ex pulmonibus. Hi enim non amplius aerem recipiunt, ac exiguas propellunt bullas, ſimiles illis, quæ in homine moriente conſpiciuntur.* Ἀφρὸς ἐκ τοῦ στόματος προέρχεται ἐκ τοῦ πνεύμονος· ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ, ἐς ἑωυτὸν ἀφρέει καὶ ἀναβλύει, ὥσπερ ἀποθνήσκων. Priſci Hellenes, *Martem* (i), exiſtimabant, morbi eſſe effectorem, ſi epilepticus ex ore ſpumam remitteret, ac pedibus calcitraret; Ἢν ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφίῃ καὶ τοῖσι ποσὶ λακτίζῃ, Ἄρης τὴν αἰτίην ἔχει. Spumam Ebræi vocant רִיר, *rir*, ex ריר, *emittendo ſalivam ſpumamve.* (k) Spumam, ſeu albumen, vitelli iidem appellarunt (l) *rir hhallamut.* Arabes *aquam, ex ore infantis manantem,* vocant (m) *rir* & *rar.* Nomine eodem utuntur Syri & Chaldæi. (n) Talmudici (o) inde gaudent nomine *rira*, רירא. Verbo חודד ineſt *trepidandi, agitationis huc illuc factæ*, notio

tum

(g) *Iſidorus Origin. III*, 7.
(h) *De morbo ſacro pag.* 125 *lin.* 14.
(i) Ibidem *pag.* 122 *lin.* 21.
(k) *Levit. XV*, 3.
(l) *Iob. VI*, 6.
(m) *Golius pag.* 1067.
(n) *Buxtorfius Lex. Talmud. pag.* 2255.
(o) *Ketubb. f.* 77, a.

tum apud Ebræos, tum apud Chaldæos (p) & Arabas, (q) qui imaginem errabundi, attoniti, & mentem emotam ſimul, notioni illi adiungunt. Poteſtas & vis, quæ verbo alibi adhæret, ſignationi propria, huc haud eſt trahenda, ſiquidem illi ſeries orationis & ſtatus attonitæ mentis *Davidicæ* prorſus obſiſtit. Dixit tandem Rex *Achis* ad præſentes amicos principesque ſuos; (r) *En videte virum epilepticum! Quare ipſum ad me adduxiſtis? Egone epilepticis careo?* An ciusmodi homines nunquam vidi, *quoniam adduxiſtis hunc, ut epilepſiam ſuam offerret mihi? Num hic venire debebat in domum meam?* Comitia (s) dirimebantur, ut primum epilepticus in eorum conſpectu corruebat. *Serenus Sammonicus* eius conſuetudinis eſt luculentus teſtis, ſic canens:

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat;
Sæpe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit.

Alexandrinus interpres Græcus verba Regis *Achis* ita reddidit: Ἴδετε ἄνδρα ἐπίληπτον, ἵναλί εἰσηγάγετε αὐτὸν πρός με; μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγὼ, ὅτι εἰσαγηόχατε αὐτὸν ἐπι-

(p) *Buxtorfius l. c. pag. 2574 ſeq.*
(q) *Golius pag. 406.*
(r) *1 Sam. XXI, 15, 16.*
(s) *Plinius H. N. XXVIII, 4.*

ἐπιληπτεύσεσθαι πρός με; ἆτος οὐκ εἰσελεύσεται εἰς οἰκίαν μου; obiter animadvertere libet, voculas *μὴ* & *οὐκ* ſæpius reddendas eſſe per *an, num, numquid?* Ex verbo שגע defluxit nomen שִׁגָּעוֹן, quod Alexandrinus Interpres convertit (t) in *παραπληξίαν*, *ſtatum mentis emotæ epilepticum, vel huic proximum.* Arabicum verbum [illegible] notionem epilepticam, quam Græcus Interpres approbavit, confirmat. Conf. *Pſ. XXXIV, 1. Achis Davidem*, ſanitati redditum, abire iuſſit. At num morionem & eum, qui ſeſe finxiſſet ſtultum, diſcedere iuſſiſſet? Delectantur ſubinde Principes artificiis ſimulatis morionum. At furioſos & epilepticos, quorum conſpectus putabatur mala inſtantia portendere, abhorrebant (u) omnes, eosque amovebant a ſuo conſpectu, immo ipſos (x) deſpuebant, contagia & mala inde imminentia excuſſuri ac regeſturi. *Davidi* eapropter ſignificatum fuit, epilepſia liberatus, ut diſcederet. Obſecutus fuit ipſe imperatis, ac in ſpecum Odulla menſem ſe recepit, usquequaque ab hominibus pæne univerſis deſertus. Copioſius argumenta explicarem, niſi iam mihi ex parte feciſſet otia *du Mont*, (y) Profeſſor

&

(t) *Devt. XXVIII, 28.*
(u) *Dio Caſſius Lib. XXXVII.*
(x) *Plinius H. N. XXVIII, 4.*
(y) *Diſcours hiſtoriques, critiques, theologiques, & moraux, par Mr. Saurin T. IV pag. 394 ſ. à la Haye 1730, 8.*

& Eccleſiaſtes Roterodamenſis. Id videtur adiungi dignum, epilepticos, dum morbo comitiali occupantur, oculos contorquere, &, malo diſcedente, lacrymas oculis emittere. Niſi affirmemus, *Davidem* a principibus Regis in concilii locum ſedemve fuiſſe adductum ſuaſu amicorum, atque ex eo conclavi, epilepſia correptum, contrectatione valida fuiſſe in aliud conclave traductum, nervus interrogationis regiae haud prorſus pateſcit. Iuvat ſignificaſſe, duo gloſſemata in loco *1 Sam. XXI, 13, 14*, in verſionem Graecam Alexandrinam e margine fuiſſe a librariis recepta. Qui enuntiationes Ebraicas ibi cum Graecis in comparationem contulerit, eum habebimus ſuffragantem. In Graeca enim verſione, ſeu interpretatione, legitur duplex enuntiationum duarum Ebraicarum translatio, ſeu expoſitio. Prior redolet aetatem recentiorem, conformata quippe ad ſententiam eorum, qui, *Davidem* ſimulaſſe inſaniam in aula Regis *Achis*, exiſtimarunt. Poſterior eſt genuina Alexandrini Interpretis metaphraſis, concinens quippe interpretationi enuntiationum proxime ſequentium, e quibus liquet, Interpretem illum omnino crediſſe, *Davidem* fuiſſe epilepſia ex ſubito terrore correptum, nec *Davidis* ſtuporem dici poſſe fictum. Miror, Cel. *Ioannem Iacobum Breitingerum* gloſſema ibi haud diſtinxiſſe ab interpretatione priſca & genuina.

IV.

IV. Niſi magnopere fallor, in *Davidem* incidimus, epilepticis incommodis, eisque inopinatis, implicatum & correptum. Is, qui hymni 116 fuit auctor, commemorat, ſeſe a Deo ereptum fuiſſe conditioni miſerrimæ, quæ coniuncta fuerat cum terrore, cum vinculis & anguſtiis, cum pedum vacillatione, cum virium exhauſtarum calamitate, cum lacrymis. Addit idem, ſpes ſuæ ſalutis quascunque, in homines collocatas, fuiſſe irritas; moeſtitia ſeſe præter opinionem fuiſſe oppletum, ſiquidem exſpes fuerit redditus; haſce calamitates, mortis imaginem referentes, ſibi occurriſſe actutum & e veſtigio extra terram Iſraeliticam; ſibi imminuiſſe vincula & cuſtodiam; ſe redditum fuiſſe malo liberum; & Iſraelitarum terris reſtitutum. Quis negaverit, ſigillatim & coniuncte hæc in *Davidem* quadrare? Hunc in oppidum Gath ad Regem *Achis* quondam profugum, &, ſuperato morbo caduco, inde digreſſum, novimus. Hunc ſolum novimus viciſſitudini illi fatorum fuiſſe obnoxium, quæ in hymno 116 commemorantur, & quibus recte definiendis prælucet, facemque admovet, dextra interpretatio loci *1 Sam. XXI, 13 ſeq. Thomas Bartholinus*, de morbis Biblicis commentatus, & *Richardus Mead*, qui *Medica ſacra, ſive de Morbis inſignioribus, qui in Bibliis memorantur, Commentarium*, Londini A. 1749, 8, evulgavit, nihil de morbo *Davidis* epileptico habent, eo quod, locum *1 Sam. XXI, 14, 15*, de inſania *Davidis* affectata & ſimulata

expo-

exponi, recteque exponi, fuerunt arbitrati. Solus, quantum mihi noſſe datum eſt, *du Mont* animadvertit, hymnum 116 complecti gratiarum actionem *Davidis* pro liberatione ex periculo mortis & epilepſia. Liberationis huius memoria *Davidem* poſthæc nunquam deſeruit, ea ex animo ipſius haud excidit, digna cumprimis, quæ cum animi grati & beneficiorum memoris virtute perpetuo coniungeretur. Is enim rerum periculoſiſſimarum articulus *Davidem* in aula & conclavi conſultatorio Regis Gathenſium deprehenderat, ut ſpes ſuas ſingulas, in ullo hominum poſitas, experiretur re ipſa lubricas & fallaces. Ex eo accidit, ut pronuntiaret: *Omnes homines fallunt*, ſpesque meas deſtituunt. Miro ſane conatu & deteſtando *Ioannes Chriſtianus Edelmannus* ex hoc enuntiato contendit in ſcripto: *Glaubensbekænntniß*, nullos dari homines divinitus inſpiratos, nullos fuiſſe colluſtratos divinitus auctores, extra omnem errorem poſitos, qui libros ſcripſerint ſacros, revelationis Dei ad ſalutem noſtram ſempiternam teſtes & monumenta. Impingit ratiocinatio viri in prima Logices principia, & ipſa Exegetices elementa. Et quis auſit affirmare, ſingulos & univerſos homines perpetuo mentiri? Reclamant huic opinioni dicaſteria, commercia, pacta, contractus, & experientia quotidiana. Affingit vir nefarius hymno noſtro eam interpretationem, quæ ab eo prorſus eſt remota & disiuncta, tantum abeſt, ut eam inde corroborare liceat. Expo-

nenda

nenda ſunt verba auctorum congruenter eorum ſcopo & deſtinationi, atque intra contextum, non adverſus eorum ſcopum, non contra ſeriem orationis. Mentiuntur nonnunquam homines, at nec perpetuo, nec ubique. Non mentiuntur, illi, quoties a ſpiritu veritatis ducuntur & aguntur.

V. Sunt ſæpius ea lucidioribus argumentis extra controverſias collocanda, quæ non adeo obſtruſa & recondita ſunt, quin facile uſquequaque diluceant ac pateſcant, ſimul ac eis exempla adieceris, vel notionum evolutionem. Ne igitur quis exiſtimet, me verbi כזב, *kaſav*, notionem ſumſiſſe, at lectori haud approbaſſe, libet nonnihil locorum huc traducere, in quibus verbo illi non poteſt non *deſtitutio ſpei* attribui, quam ineſſe Latinorum verbo *mentiri* haud raro, non inficiantur illi, qui genuinæ Latinitatis auctores manu diligentiori verſarunt. Deus dicitur iuraſſe, ſe ſpem *Davidis* nunquam eſſe deſtituturum, אִם לְדָוִד אֲכַזֵּב, *Pſalm. LXXXIX, 36.* Aquæ, quæ ſpe accolarum haud ſinunt eſſe irritam, vocantur מַיִם אֲשֶׁר־לֹא יְכַזְּבוּ, *Eſ. LVIII, 11.* Spes irrita dicitur תּוֹחֶלֶת נִכְזָבָה, *Iob. XLI, 1.* Viſio, quæ ſpem haud fallit, dicitur לֹא מְכַזֵּב, *Habacuc II, 3.* *Davidis* hæc ſunt: *Omnis ille homo fallax, fallens ſpem,* ille homo, ad quem confugerat, in cuius tutela ſpem animo præceperat ſuo. Reſpicit oratio eius ad hominem definitum, quem ſibi prædefiniverat certum, minusque

nusque fallacem. Eum vero deſignavit Philiſtæum, fallacem a ſeſe in anguſtiis vitæ deprehenſum. Stat tamen ſententia, quemvis hominem propenſum (z) eſſe ad fallacias & mendacia, at excludi & reprimi illam propenſionem per invitamenta maiora, præcipue vim divinam, errores & mendacia ſupprimentem ac perimentem. Homo certe, in conditionem gloriæ ſempiternæ translatus, nec fallit, nec mentitur.

VI. Progrediendum nunc eſt ad hymnum ipſum. Dabimus eius metaphraſin Latinam, adſperſis paſſim annotationibus:

Verſ. 1. Amo id, quod ad ſtatum meum attinet, a Deo dilectum; *nam precibus meis, quibus ſupplex gratiam imploro, Iehova vim & pondus ineſſe oſtendit.* - Per duas voces deſignantur preces, per קוֹלִי & per תַּחֲנוּנָי, *vocem meam & ſupplices preces meas*. Denotatur id, quod ſupplici voce ac prece a benefico Numine impetrare contendit *David*. Quis Deum haud amaret, reſpiciens ad beneficia, ab eo percepta? Deus deſideria & ſcopum *Davidis* pro fine ſuo morali, reputaverat, id ipſum indicans per beneficia, huic impartita. Quidni igitur *David* perfectiones Dei, ex ſtatu liberationis ſuæ elucentes, citra lucrum & propter Dei benignitatem ſuſpicere ac venerari, eaſque ſibi vindicare, contendiſ-

(z) *Rom. III, 4.*

tendiſſet? Diligendus eſt Deus, quippe qui nos prior amavit.

Verſ. 2. Deus *certe inclinavit aurem ſuam ad me*, & nunquam deſtiti ab eo opem exſpectare, *in diebus meis clamavi* ad eum. Sæpius verbo קרא ſignificatur publicus Dei cultus, quo Dei beneficia prædicantur. Tum vero ſolet vocula ב ſubiungi. Non deſtiterat *David* Deum invocare, ac ideo Deus precibus illius annuere haud intermiſerat. *Clamor* ſignum eſt indefeſſæ & intrepidæ & intenſæ invocationis. *Dies noſtri* ſunt omne tempus ætatis vitæque noſtræ ex formula loquendi tritiſſima. Invocationis ad Deum directæ ratio præcipua ad calamitates maiores ſpectavit, teſte *inciſo* ſequenti.

Verſ. 3. *Circumdederant me animo puſillo & abiecto funes mortis, & anguſtiæ, quæ me obſidebant arctiſſime, ſtatum exceſſui mortuisque proprium afferri ſolitæ, deprehenderant me. Angorem, qui me coarctabat, & moeſtitiam deprehenderam.* Nomen אפף æque de malis, inſtar cumuli ingruentibus, & animum deprimentibus, legitur *Pſ. XL*, 13, *XVIII*, 5. Loco poſteriori indicatur poteſtas & vis illius verbi per exergaſiam. En enuntiata eiusdem ſenſus ibidem. *Verſ.* 5, 6:

אֲפָפוּנִי חֶבְלֵי מָוֶת	*Cinxerunt me, abiecto animo pleni, funes mortis.*

בְלִיַּעַל

יְבַעֲתוּנִי נַחֲלֵי בְלִיַּעַל	*terrore oppleverunt me amnes, periculo pleni, uſu vacui.*
סְבָבוּנִי חֶבְלֵי שְׁאוֹל	*circumcinxerunt me funes ſtatus, mortem excipientis.*
קִדְּמוּנִי מוֹקְשֵׁי מָוֶת	*Occuparunt me laquei mortis.*

Arabes animum puſillum, abiectum, & proſtratum, eiusque ſtatum, appellant *aphaph*, ac ipſum malum ærumnamque vocant *avvah*. Quam ob cauſam notio ærumnæ ac animi proſtrati, ex eius ſenſu orti, verbo אפף adhæret, id quod ex verbi בעת quadam permutatione apparet. Nec tamen notio *circumdandi*, *cingendi*, *faſtidio explendi*, eſt omittenda, ſiquidem verbo אפף ſubſtituitur verbum סבב, & *aphaphaph* Arabibus idem eſt ac *faſtidivit*. Notio *arcte cingendi* eſt primaria, quam ſeponere haud licet *aph-phaph*. *Funes mortis* ex Orientalium dictione, & conſuetudine enecandi homines miſerrime, ſunt procul dubio exponendi & illuſtrandi. Qui quondam in Oriente, Græcia & Italia, ſubeundæ mortis erant rei, ii corpori hominis defuncti fuerunt allegati, ut inter faſtidia torquerentur & contabeſcerent, donec morte lenta ab ærumnis liberarentur, ac interirent. *Ioannes Henricus Bergerus* in *Electis Iurisprudentiæ criminalis Cap. I ſ. 7 pag. 15* refert hoc tormenti genus inter pœnas capitales.

les, olim uſitatas, dudum abolitas. *Virgilius Aen. VIII. v. 483 ſeq. Valerius Maximus IX, 11 extern. §. 10, & Cicero Oper. T. X p. 4004 ed. Verburg.* exempla exhibuerunt. In alveos noxios ac mortiferos deiiciebantur rei haud uni, capitalem ſententiam luentes. Aegyptii inferiores praecipitabant damnatos haud unos in alveum lacus Sirbonidis, Moabitae in lacum aſphaltiten. Alii damnatos proiiciebant in foveas profundas, Attici in barathrum, Lacones in Caeadam, teſte *Suida* in Βάραθρον. Arabes etiam pro *fune, chorda, vinculo,* habent ſuum *hhabl*, & pro voragine ſuum *ſcheal.* Ita circumdati fuerunt miſeri ac ad necem damnati funibus, faſtidia ferentes iniqua, & interea in abiecti & proſtrati animi ſtatu exſpirantes. Univerſa verbi אפף notio patet ex ſupplicii genere, quo vivi mortuis fuerunt alligati. Confer. *Taubmannus* ad *Virgilium pag.* 842. Expendamus, quaeſo, *Davidem*, a proceribus Philiſtaeorum minus humaniter acceptum, a proceribus invidia oneratum, qui *Achiſo* auctores erant, ne perfugam miſerum hoſpitio dignaretur, virum, qui Philiſtaeis olim fuerit gravis & damnoſus, & a quo complura mala ipſis poſſint inferri. Introducunt ipſum conſilio velut damnandum & ſupplicio dignum. Nil opis ex eis ſperare poterat *David.* Graviſſima igitur ſibi imminere pericula, pervidens, ad Deum mentem dirigit, eumque, ut ſibi ſit praeſto, implorat.

VII. In-

VII. Inter mali ingruentis ſpeciem, menti obverſantem, *David* ſeſe benignæ Dei tutelæ ac providentiæ totum tradidit, eumque oravit auxilium & liberationem. En *inciſum 4: Tunc vero nomen Jehovæ invocavi* hunc in modum, *obſecro, Iehova, libera me* ex hoc inſtanti periculo. Nomen Iehovæ eſt complexus perfectiſſimarum virium, quas hominibus Deus ſolet oſtendere, & in eorum uſum effectui dare, immo omnis præſtantiæ & excellentiæ, quæ ei nominatim meritoque a cultoribus ſuis tribuitur. Dictionis formula קרא בשם יי, *invocare nomen Domini, invocationem per Domini nomen inſtituere*, ſpectat ad cultum Numinis ſupremi religioſum (z), alias internum ſolum, alias externum & publicum ſimul. Conf. *Gen. IV, 26.* Non fit veroſimile, in conſpectu Philiſtæorum *Davidem* publice invocaſſe ac prædicaſſe Iehovam ſuum, hominum quippe Diis commentitiis addictorum. Subiicit in hymno *David* de benignitate Dei, erga ſuos nunquam otioſa, iudicium ſuum, Deo conveniens, *v. 5, 6: Benignitatem non omittit Dominus, & iuſtus eſt, ac Deus noſter prorſus & intime miſericors eſt. Ipſe cuſtodia & ſecuritate cingit candidos homines*, qui ſimplici animo in ipſius providentia acquieſcunt. *Ad tenuitatem & inopiam conſilii ſum proiectus. Tu vero mihi* in

(z) *Patrik* ad *Gen. IV, 26, I. Fr. Buddeus Hiſt. Eccleſ. V. T. Tom. I p. 160.*

in anguſtias redacto *præbe* reſpirationem, ſpatium amplum, & *ſalutis omnigenæ uſum.* Vox פְּתִי denotat eum, qui ductui alterius ſeſe permittit, nec ſibi ab eo mala eventura exiſtimat. Qui ita ſunt reſpectu Numinis animati, & in providentia Dei inter viciſſitudines rerum recumbunt, laudibus ſuis ſunt digni. At, qui ſeſe hoc modo hominibus permittunt, nec ſibi ab eorum artibus & malignitate cavent, ſolent inſipientes, incauti, & imprudentes, appellari, & hæc eſt ratio, cur voci utraque ſubiecta ſit vis & poteſtas, prouti vel ad homines reſpicitur, velut metam & ſcopum eorum, qui ſe ductui alterius dedunt ac permittunt. Nomen צַדִּיק *iuſtum* omnino denotat, at ſapienter & benigne iuſtum erga eos, qui ſunt noxæ intentatæ inſontes, qui inter benefaciendum acerba perferunt, qui Deo in ærumnis ſuis confidunt. Ex eo factum eſt, ut apud Ebræos צְדָקָה denotet opem, ex miſericordia egenis miſeriſque ferri ſolitam, ne hi pereant, neu excidant omni ſalute. In verbo דלל latet notio ſtatus, quo quid ita eſt attenuatum, ut deſtinationi agitantis cedat, & facilitatem moventi in quamcunque conciliet partem. Patet hæc notio ex Syrorum nomine דְלִיל, facilem, & mobilem ad alterius nutum, deſignans. Verbum הוֹשִׁיעַ ex vi radicis eſt idem ac *aliquem qui anguſtiis preſſus erat & circumſeptus, in ſpatium & libertatem, cum amplitudine & abundan-*

tia

tia (a) *coniunctam*, *traducere.* Ea vocis poteſtas elucet ex ſtatu contrario, qui per צָרָה & צַר, *ſtatum anguſtiæ & coarctationis*, indicatur. *Pſ. XXXIV, 7, XLV, 8, Ier. XIV, 8.* Evolutæ nunc, opinor, maximam partem ſunt notiones enuntiationum, quas ad Deum emiſit *David* intra animi penetralia, cum in conſpectum ſummatum Philiſtææ in Gath oppido gentis produceretur.

VIII. Periculis ſuperatis, quorum imago diu menti *Davidis* hæſit infixa, *David* animum remiſit, ac, in liberatione per Deum parta recreationem ſtatus ſui ſitam eſſe, ratus, gaudia percepit & ſolida & diuturna. Inde emanarunt poſtmodum hæc animi ſeſe reficientis verba *v. 7: Revertere, anime mi, in requiem tuam haud unam.* Ratio huius tranquillitatis reparatæ eſt in promtu. *David* eam ſubiungit illico, ita conformatam: *Nam Dominus tibi benignam conciliavit viciſſitudinem loco ſtatus prioris.* Id, quod actioni, vel perpeſſioni, hominum ex Dei ſapientiſſima conſtitutione adhæret inſtar conſequentis fructus, appellatur ab Ebræis גְמוּל. Actionibus legi conformibus ſubſequuntur eventa laeta, pravis dura. Per hæc eventa Deus rependit hominibus fructus, actionibus dignos, ut homines a pravitate abducat ad virtutem, & ablactet eos, qui ad

 arbi-

(a) *Albertus Schultens* in *Originibus Ebræis Lib. I Tom. I §. 26, 27, pag. 18 ſeq.* Franequeræ, 1724, 4.

in anguſtias redacto *præbe* reſpirationem, ſpatium amplum, & *ſalutis omnigenæ uſum.* Vox פתי denotat eum, qui ductui alterius ſeſe permittit, nec ſibi ab eo mala eventura exiſtimat. Qui ita ſunt reſpectu Numinis animati, & in providentia Dei inter viciſſitudines rerum recumbunt, laudibus ſuis ſunt digni. At, qui ſeſe hoc modo hominibus permittunt, nec ſibi ab eorum artibus & malignitate cavent, ſolent inſipientes, incauti, & imprudentes, appellari, & hæc eſt ratio, cur voci utraque ſubiecta ſit vis & poteſtas, prouti vel ad homines reſpicitur, velut metam & ſcopum eorum, qui ſe ductui alterius dedunt ac permittunt. Nomen צדיק *iuſtum* omnino denotat, at ſapienter & benigne iuſtum erga eos, qui ſunt noxæ intentatæ inſontes, qui inter benefaciendum acerba perferunt, qui Deo in ærumnis ſuis confidunt. Ex eo factum eſt, ut apud Ebræos צְדָקָה denotet opem, ex miſericordia egenis miſeriſque ferri ſolitam, ne hi pereant, neu excidant omni ſalute. In verbo דלל latet notio ſtatus, quo quid ita eſt attenuatum, ut deſtinationi agitantis cedat, & facilitatem moventi in quamcunque conciliet partem. Patet hæc notio ex Syrorum nomine דְלִיל, facilem, & mobilem ad alterius nutum, deſignans. Verbum הוֹשִׁיעַ ex vi radicis eſt idem ac *aliquem qui anguſtiis preſſus erat & circumſeptus, in ſpatium & libertatem, cum amplitudine & abundan-*

tia

tia (a) *coniunctam*, *traducere*. Ea vocis poteſtas elucet ex ſtatu contrario, qui per צָרָה & צַר, *ſtatum anguſtiæ & coarctationis*, indicatur. *Pſ. XXXIV, 7, XLV, 8, Ier. XIV, 8.* Evolutæ nunc, opinor, maximam partem ſunt notiones enuntiationum, quas ad Deum emiſit *David* intra animi penetralia, cum in conſpectum ſummatum Philiſtææ in Gath oppido gentis produceretur.

VIII. Periculis ſuperatis, quorum imago diu menti *Davidis* hæſit infixa, *David* animum remiſit, ac, in liberatione per Deum parta recreationem ſtatus ſui ſitam eſſe, ratus, gaudia percepit & ſolida & diuturna. Inde emanarunt poſtmodum hæc animi ſeſe reficientis verba *v. 7: Revertere, anime mi, in requiem tuam haud unam.* Ratio huius tranquillitatis reparatæ eſt in promtu. *David* eam ſubiungit illico, ita conformatam: *Nam Dominus tibi benignam conciliavit viciſſitudinem loco ſtatus prioris.* Id, quod actioni, vel perpeſſioni, hominum ex Dei ſapientiſſima conſtitutione adhæret inſtar conſequentis fructus, appellatur ab Ebræis גְּמוּל. Actionibus legi conformibus ſubſequuntur eventa laeta, pravis dura. Per hæc eventa Deus rependit hominibus fructus, actionibus dignos, ut homines a pravitate abducat ad virtutem, & ablactet eos, qui ad

(a) *Albertus Schultens* in *Originibus Ebræis Lib. I Tom. I §. 26, 27, pag. 18 ſeq.* Franequeræ, 1724, 4.

arbitrium & ſenſionum illecebras vitam inſtituere ſolent. Notionem hanc ineſſe verbo גמל, teſtantur loca *Pſ. XIII, 6, 1 Sam. XXIV, 18, Pſ. CIII, 2.* Arabes eodem utuntur verbo, indicaturi *ſtatum pulchrum & decentem recte & pulchre facta, actionem bene de aliquo merendi*, & *adiiciendi ſummam computationi*, ut ex factis eluceat univerſitas producti, & rite putati calculi. Eventa, quæ Deus coniunxit cum actionibus hominum voluntariis, ſunt inſtar ſummæ, factorum ſeriem complexæ. Benignitas Dei elucet ex calamitatum converſione in tranquillitatem; iuſtitia effulget ex eventis, quæ vicem rependunt recte maleque factis. Hoc loco intelligitur ex orationis partibus reliquis, deſignari ſucceſſionem fauſtitatis, graves viri pii ærumnas rurſum lenientis, ſummamque computatæ actionum perpeſſionumque ſeriei fuiſſe amœnam, & cum multiplici recreatione coniunctam.

IX. Memorat præterea ſingulare illud Dei beneficium, quo calamitas, quam inter Gathitas incurrerat, ab ipſo fuerat repulſa & profligata per ſupremi Numinis providentiam. En fatentem & nil diſſimulantem *Davidem v. 8: Res ſane gravis! Expediviſti me ex morte*, iamiam imminente, *oculos meos ex lacrymis, pedes meos a collapſu.* Spectant hæc ad ſtatus epileptici delineationem. In eo fuerat *Davides* facultate conſciendi captus, mortuo ſimilis, morti proximus. Pes eius vacillabat, & collaben-

benti erat proximus. Simul ac ex inſultu evaſerat, lacrymæ ex oculis effluebant large. Ex hoc ſtatu calamitoſiſſimo Deus eum eripuerat ita, ut rebus ſuis proſpiceret, & ex domicilio infido discedere valeret. Fluunt ita omnia ſponte ſua, nec opus eſt tropis, nomina & verba huc illuc trahentibus. *Impulſus* enim *ad lapſum*, & collabendi negotium, vel calamitas, proprie dicitur דְּחִי *Pſ. LVI*, *14*, ex דחה, *ad labendum impellendo Pſ. CXVIII*, *13*. Verbum id Arabibus & Syris a) in eadem poteſtate eſt multo tritiſſimum, haud ſecus ac cognatum verbum דחק. Arabes & Syri æque lacrymas appellant דמע. Suffecerint hæc ad determinandam vim vocum, ſine qua, ad ſecuritatem revocata, nullus hermenevticæ expoſitioni eſt locus.

X. *Exercebo tramites vitæ in conſpectu Domini*, pergit *David v. 9*, *in provinciis eorum*, *qui vivunt*. Terræ gentium, a genuino Dei cultu averſarum, vocari ſolebant terræ (b) mortuorum, eo quod incolæ terrarum eiusmodi alieni erant a vita, quæ ex Deo eſt. Hi erant alieni a vivo & æterno Deo, converſi potius ad Deos ſuos, ad heroas, qoi olim debitum perſolverant naturæ, ac eam ob cauſam paſſim in ſacris literis V. T. appellati fuerunt (c) *mortui*, *claudi*, *cæci* (d), *ſurdi* (e),

 muti.

(a) *Act. XIII, 46, XXVII, 39*.
(b) *Eſ. XXVI, 19*
(c) *Eſ. VIII, 19, XXVI, 19, Pſ. CXV, 17, Devt. XVIII, 11*.
(d) *2 Sam. V, 8*.
(e) *Pſ. CXV, 4-7, CXXXV, 16, 17*.

muti. *Henochus* & *Noachus* dicuntur ambulaſſe, ſeu rationes vitæ ſuæ, tanquam itineris, iniiſſe, in conſpectu Iehovæ, eo quod in conatis, actionibus ſuis, & inſtitutis, reſpiciebant ad leges & nutum Dei, huiuſque excellentiſſimam gloriam in vitæ ſuæ invitamenta vertebant. Theologia eorum radices defixerat in cognitione viva, fœcunda, amica, & prorſus actuoſa, de Deo. Hos, inter ſanctos Numinis cultores, *David* ſibi propoſuerat imitandos, ſuperatis exiliis & ærumnis, quas *Saulum* fugiens, inter vitæ diſcrimina haud pauca exantlare habuerat neceſſum. Pergit idem, mente eadem divina imbutus, *v. 10* ita: *Fiduciam non depoſui, propterea loquar. Ego ſenſi me afflictatum mirum in modum*. Is, qui adverſa manſuete & patienter perfert, appellatur ab Ebræis עָנִי. Ita reſpondet & congruit eius animus nutui Dei, qui ſuis imponit calamitatem, ut fidem & conſtantiam eorum exerceat. Notioni huic adhæret ſtatus afflictus. Unde ex voce עָנִי in verbum ענה ſæpius profluxit notio afflictionis, patienter exceptæ. *David* animum defixit, inter ærumnas, in Dei promiſſo, &, hoc tandem potitus, ſe continere non potuit, quin publice celebraret opem & veracitatem Dei, eiusque & magnitudinem & gloriam laudibus proſequeretur.

XI. Redit *David* in memoriam calamitatis, in oppido Gath toleratæ. En *inciſum 11*, huius rei teſtem. *David* ita: *Ego dixi in ſtupo-*

re meo, nullus non homo ſpes meas fruſtratur. Differui ad hoc comma utrumque iam ſupra §. *I* & *K*. Ad divinam ſacrarum literarum fidem infringendam hæc prorſus haud congruunt. Enuntiatum id fuit a *Davide*, miſeriis, pavore ac terrore plenis, admodum conſternato extra ſtatum, quo Deus conſuevit per adminiſtros ſuos loqui. Non exprobravit ſingulis hominibus mendacia afflictatus *David*. Conqueſtus fuit de hominibus eius ætatis, quibuscum ipſi erat verſandum. Spem ipſius fruſtrabatur *Saulus* ſocer, aula Regis, multitudo Iſraelitarum, Rex *Achis*, per procerum conſilia inflexus.

XII. Nec tamen Deus profugum deſeruit. Eam ob cauſam *David v. 12* gratiarum actionem exprimit, cum maieſtate Dei humilitatem ſuam pie componens. En formulam extenuationis: *Quid rependam Iehovæ? Omnes ipſius benignitatum ſpecies, quæ in locum calamitatum mearum ſucceſſerunt, ſuper me cumulatæ ſunt.* Numerus beneficiorum, & eorum magnitudo, ſuperabat omnino omnem vim orationis diſertiſſimæ, omne pondus ſacrificiorum, omnem apparatum cultus ſacri. Nihilo minus monumentum *David* voluit pietatis ſuæ exſtare, ex quo de ſumma in ſeſe Dei benignitate fieri publice poſſet iudicium. Votorum, quæ nuncupaverat ipſe, in anguſtias animi coniectus,

iectus, non immemorem eum fecerant varia & diſtentiſſima tempora, quæ ipſum iactabant & excipiebant poſt diſceſſum ex oppido Gath. Libavit vinum publice pro more. Exhibuit victimam, gratiarum actionis indicem, haud unam. Coniunxit cum his pietatis religioſiſſimæ documentis publicam recenſionem magnitudinis beneficiorum, divinitus imperatorum. En eius votum, idque ita conceptum *v.* 13-18: *Calicem, multiplicis ſalutis, & ortæ ex illa lætitiæ, ſymbolum, afferam* in locum ſacrum, *ac nomen Domini publice celebrabo. Vota mea Iebovæ perſolvam in conſpectu, obſecro,* (fac me illuc venire,) *omnis nationis, quæ Iebovam affectatur. Pretium habet in oculis Iebovæ mors illa ſingularis, quæ illi ſancto, Iebovæ prorſus dicato,* omnium ſanctorum ſummæ & complexui, eſt *definita. Obſecro, Iebova,* ſerva me porro, *ſiquidem ſum miniſter tuus, ſum miniſter utique tuus, filius ancillæ tuæ.* Tu es ille meus auxiliator, *recluſiſti* enim & diſſipaſti *funes meos*, mortis prodromos & graviſſimas ærumnas. *Tibi* itaque *mactabo victimam, gratiarum actionis* indicem, *ac nomen Iebovæ publice celebrabo.* Nunquam obliviſcar tanti, quod Deus mihi præſtitit, beneficii. Denuo igitur voto me velim adſtrictum. *Vota, a me nuncupata, Iebova, rependam, fac, quæſo, id fiat coram univerſa eius natione.* Ita vovit vota ſua *David*, poſtquam

mala

mala Gathitica evaſerat. Nec dubitandum eſt, ipſum quotannis in feſta quadam die panegyrica repetendam curaſſe voti ſui exſolutionem. Additum fuiſſe hymnum victimæ ac libamini annis vertentibus, eo videtur veriſimilius, quod *David* indefeſſus Muſices in ſacris erat cultor, nec beneficium Dei immortale unquam in oblivionem demergi volebat.

XIII. *Inciſo 16 David* vocat *mortem illam definitam*, quæ *incubuit & exantlanda erat ſancto illi eximio, pretioſum aliquid in oculis Iehovæ.* Si mors cuiuscunque viri, Deum colentis ac venerantis, hoc loco a *Davide* fuit deſignata; mirum profecto eſt, qua ratione ad hoc argumentum deflexerit oratio *Davidis.* Ipſe enim Deo gratias agit pro vita ſervata, pro funibus mortis diſſolutis, pro angore profligato. Reſpicit itaque *David* ad mortem eius, per quem ſibi vita & ſpes regni erat conſervata; ad mortem eius, cui ob excellentiam tribuitur nomen חסידים haud ſecus ac *Pſ. XVI, 10.* Loco poſteriori Alexandrinus Interpres Græcus *unum* habet *ſanctum*, licet Ebraica vox חסידיך, *ſanctos tuos*, præferat. At in loco noſtri *hymni 116*, qui apud LXX eſt *114* & *115*, idem Interpres a modulo priori deflexit, ac *ſanctos* ſubſtituit voci Ebraicæ hunc in modum: Τίμιος ἐναντίον Κυρίȣ ὁ θάνατος των ὁσίων αὐτȣ͂,

pre-

mnis fere omnibus ſubiici ſolitum ad inſtar hymni illius noſtri: *Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto! ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.* Spectant hymni, inde ab *113* usque ad finem *118* computandi, ad complexum odarum, quæ intra unam ſeriem fuerunt in feſtis diebus paſchalibus (f) decantatæ, & in hanc usque, qua vivimus, ætatem a Iudæis intra illos recitantur.

II.

IO. RVDOLPHI KIESLINGII,

D. ET P. P. LIPS.

COMMENTATIO IN VOCES ΦΩΣ, ΛΥΧΝΟΣ, ET ΦΩΣΤΗΡΕΣ, AD EFFATA IO. VIII, 12, IO. V, 35, PHIL. II, 15.

I.

In tabulis Novi Inſtrumenti ſacris tres illuſtres occurrunt voces, *φῶς*, *λύχνος*, *φωστῆρες*, quibus Ieſus, lux faxque mundi, Chriſti legati, nec non Ieſu cives, pileo iam donati, excellenter adornantur. Operam haud ludo, paullo curatius inveſtigaturus, quid poteſtatis, quidve diſcriminis, in his lateat nominibus,

(f) *Peſachim V, 7, p. 153. P. II Surenhuſ.*

nibus ſuæ natura diſtinctis. Diverſæ auctoritatis ac notionis illa mihi videntur verba, quorum prius Chriſto, alterum *Ioanni*, Ieſu præambuloni, & ultimum fidelibus potiſſimum, vindicatur. Operæ eſt pretium, hæc oracula ſacra recitare, & eadem utroque contemplari oculo. Qui totum, Cimmeriis quaſi tenebris oppreſſum, divina luce colluſtravit mundum, Ieſus ſe ipſum appellat lumen: Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, *ego ſum lux mundi. Io. VIII*, 12. Nec hoc inſigni nomine indignum iudicavit, quem in oculis ferebat, *Ioannem* præcurſorem Ieſus, in cuius merita & laudes his deſcendit verbis: Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος, ὁ καιόμενος, καὶ φαίνων, *ille erat lucerna ardens, & lucens*. *Io. V*, 35. *Paulus* denique, ut fideles Eccleſiæ Philippenſis ad ſtudia pietatis ſedulo tractanda, & ulterius excolenda, exſtimularet, eos hoc præſtanti auxit nomine: Ἐν οἷς (ſcilicet perverſæ mentis hominibus) φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, *inter quos ſplendetis, ut luminaria in mundo, Philip. II*, 15. Hæc tria nomina a ſe invicem differre, & diverſo plane reſpectu, de Ieſu, de *Ioanne* Baptiſta, & tandem de fidelibus, dici, nemo non intelliget.

II. Cogitanti vero, quid poteſtatis in his verbis lateat, occurrit iam præſtans apud *Homerum* locus, obelo haud notandus, qui planum facit ac pervium, profanis quoque ſcriptoribus ſolenne fuiſſe, viros, qui excellenter erant meriti, omnique ſapientia inſtructi

& qui, rebus feliciter geſtis, lucem ſui nominis in totum quaſi orbem ſparſerant, cum lumine comparare, ac de iis dicere, quod ſint φῶς, λύχνος, φωστῆρες. Obvius eſt apud *Homerum* (a) hic titulus, quo *Ulyſſes*, ob inopinatum filii *Telemachi* reditum, ſumma perfuſus animi lætitia, ſuſpiria inter atque lacrymas, nec non oſcula, ſuum, quem in deliciis habebat, *Telemachum* his alloquitur verbis:

Ἦλθες, Τηλέμαχε, γλυκερὸν φάος,
Veniſti, Telemache, dulce lumen.

Certant Grammatici & Commentatores de hoc nomine, ac ambigunt, utrum in hoc *Homeri* effato vox φάος per lumen, an vero, blandientis more, per ſuavem lucem, & oculum, ſit reddenda. Etenim ex variis, quæ adducit *Henr. Stephanus*, (b) optimorum Auctorum documentis manifeſtum eſt, quod φάος modo pro lumine, modo pro oculo, modo pro vita, modo pro luce, ex blandientium more ſumatur. Novimus enim, blandientes, ut ſuum tenerum erga alios teſtentur amorem, ſuos amicos appellare: mea lux! o luce magis dilecta! o plus quam lux mea! o mi ocule! Quæ amoris illecebræ *Plauto*, & *Terentio*, quod vel tirones ſatis norunt, admodum familiares ſunt.

Illis

(a) *Odyſſ. XVIII v. 23 p. m. 418* edit. *Barneſ.* Cantabrig.

(b) *Theſaur. Gr. Lingu. Tom. IV ad h. v. pag. 6.*

llis igitur, quos inter eſt *Barneſius* (c), di-
am non ſcribo, qui *Φαίος* blanditiis *Ulyſſis*,
uibus, ob amorem, filium ſuum *Telema-
bum*, fatorum itinerumque ſocium, & pa-
ernæ virtutis æmulum, & iniuriæ illatæ vindi-
em, honoravit, perapte adſcribunt.

III. Prima noſtris meditationibus ſe offert
ox τῦ Φωτὸς, quæ vel *proprie*, vel *impro-
rie*, ſumitur, & in hoc poſteriori ſenſu in va-
ios ſe effundit rivulos, atque ſignificatus. Pro-
rie *Φῶς* innuit lucem illam, primo die a Deo
roductam, quæ ſuo motu ac fulgore totum il-
ud chaos rude indigeſtumque effingendum
am perbelle colluſtravit, de qua dixit Deus:
יהי־אור, *fiat lux*. Septuaginta Interpretes
eddiderunt: Γενηθήτω Φῶς, *Gen. I, 3.* A
copo alienum eſt, in naturales, atque arcanas,
uas *Rabbini* ac *Myſtici* in hoc verbo venan-
ur, rationes inquirere, qua opera defuncti iam-
am ſunt *Io. Clericus* (d), *Io. Henricus Hot-
tingerus* (e), & *Feſſelius* (f). Planum tamen
eſt, hanc lucem primigeniam, cuius ortus tri-
uum illud, antequam duo luminaria illa ma-
gna die quarto crearentur, emenſus eſt, a ſole
atque luna eſſe diverſam. Satis habemus, in
ado eſſe, hac voce primam lucem, omnium-

 que

(c) Vid. Ei. *Annotat. ad h. Homeri v. 23.*
(d) Ei. *Commentar. ad h. l.*
(e) Ei. *Exam. V Theol. Philologic. Hiſtor. Creation. Quæſt. XXXVIII pag. 57.*
(f) *Adverſar. Sacr. Lib. VII Cap. II pag. 119.*

que præſtantiſſimam innui, cum qua neque λύχνος, neque φωςὴρ, comparetur. Uti igitur lux materia omnium ſimpliciſſima atque puriſſima æſtimatur; ita mirari non debemus, Deum in Scriptura ſacra multis in locis πατέρα τῶν φώτων, *patrem luminum*, *Iacob.* *I*, *17*, appellari, & dici eum habitare in luce inacceſſa, οικεῖν φῶς ἀπρόσιτον, *1 Tim.* *VI*, *16*. Qua habitatione in luce inacceſſa ex *Campeg.* *Vitringæ* (g) ſententia belle ad ignem & nubem in myſterio lucis igneæ in deſerto atque ſanctiſſimo loco alluditur. Ceteroquin gentilium Philoſophorum mentem, de eſſentia Dei perfectiſſima, multis verbis demonſtrat *Fridericus Adolph. Lampius* (h), ad quem fontem illos, qui ſitiunt, amando.

IV. Id nominis ſibi vindicat Novi Fœderis ſtator, aſſerendo: ἐγὸ εἰμὶ τὸ φῶς τῦ κόσμυ. Chriſto hoc nomen per excellentiam, ob eſſentiam atque maieſtatem cum patre coæternam, competere, certum eſt. Hoc nomine iamiam a Prophetis antiqui fœderis ornatur, & a *Ieſaia Cap.* *IX*, *2*, appellatur אור גדול, *lux magna*, & *Cap.* *XLIX*, *6*, אור גוים, *lux gentilium*. Adſcivit deinceps Chriſtus hunc titulum, ſeque appellavit lumen mundi. *Ioan-*

nes

(g) Ei. *Obſervatt. S. Tom. II de Myſterio fac. ign. Iſraelit. in Arabia prælucentis pag. 200.*

(h) Ei. *Commentar. Analytico - Exegetic. in Ioann. I, 4, pag. 306 ſeq.*

nes igitur, oculatus verborum & geſtorum Chriſti teſtis, in ſuo, quod concinnavit, Evangelio hoc titulo ſæpe uſus eſt. Frequens huius nominis apud Patres, teſte *Suicero*, (i) uſus eſt, & *Symboli Nicæni* (k) conditores, Chriſtum ob divinam naturam, & cum patre ὁμουσίαν, appellant *lumen de lumine*. In aprico eſt, hoc encomium Chriſto triplici reſpectu eſſe proprium. Primo οὐσιωδῶς, ſeu eſſentialiter, reſpectu divinæ naturæ, qui eandem habet cum Patre & Spiritu Sancto eſſentiam. Porro ὑποστατικῶς, perſonaliter, ob generationem ex eſſentia Patris æternam. Deinde ἐνεργητικῶς, efficienter, quia operationem & effectus ſpirituales variis demonſtrat modis. Poſtrema conſideratio noſtri loci eſt.

V. Chriſtus itaque eſt lux mundi, quia ſua doctrina, miraculis, atque laeto Evangelii nuntio, totum modum colluſtravit. Manifeſtavit ſua, quam mortalibus de ſalute acquirenda dedit, notitia, quo modo greſſus inſtituere debeant, promiſitque, fore, ut, ſi hunc ducem, tanquam columnam ignis, & nubis, uti Iſraelitæ, preſſo ſequantur pede, nunquam a vera aberrent ſalutis via. Quin & ipſi Hebræorum doctores aſſerunt, diebus Meſſiæ, quos a ſeculo futuro, teſte *Iacobo Rhenferdio* (l), caute diſtin-

(i) *Theſaur. Eccleſiaſt. Tom. II pag. 1480 ſeq.*
(k) *Harduin. Act. Concil. Tom. I pag. 311.*
(l) *Oper. Philologic. Diſſ. I & II de ſeculo futuro pag. 34 ſeq.*

diſtinguunt, uberiorem rerum divinarum notitiam eſſe a Meſſia certiſſime exſpectandam. Eam ob cauſam Rabbi *Becchai Ben Aſcher* (m) Meſſiæ thronum cum ſole comparat: והוא משיח בן דויד שכתיב בו וכסאו כשמש נגדי *Atque hic eſt Meſſias, filius Davidis, de quo ſcriptum eſt, & thronus eius erit coram me, ſicut ſol.* Illuſtravit hic ſol totum terrarum orbem, qui tenebris erat ſuffuſus. Iudaica, quæ lucem præ ceteris affectabat, religio novis Phariſæorum doctrinis valde erat obſcurata; reliqua terrarum pars tantis effaſcinata erat tenebris, ut, quid crederent, colerentque, ipſi neſcirent mortales. Ex eo apparet, multis paraſangis differre nomen τȣ̃ φωτὸς, Apoſtolis attributum: ὑμεῖς ἐςε τὸ φῶς τȣ̃ κόσμȣ, *vos eſtis lux mundi. Matth. V, 14.* Id enim nominis ipſis non niſi διακονικῶς competit, quæ ſunt luminaria illuminata, quæ a ſummo lumine, veluti luna a ſole, veram lucem receperunt divinam, ut veram doctrinæ Chriſtianæ lucem ſpargere, ac homines, denſiſſimis tenebris occoecatos, oppreſſosque miſere, ad ſalutarem rerum divinarum perducere poſſint notitiam.

VI. Hæcce ipſa meditatio nos iam ad vocem τȣ̃ λύχνȣ deducit, quo titulo Chriſtus *Ioannem* Baptiſtam adornavit: Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος, καὶ φαίνων, *ille erat lucerna ardens, & lucens. Io. V, 35.* Vox τȣ̃ λύχ-

(m) *Fol. 10, 1.*

λύχνȣ, quæ verbo Hebræo נר, vel ניר, perapte reſpondet, & in tabulis Veteris Teſtamenti ſacris frequens eſt, plerumque lumen, lampada, atque lucernam, ſignificat, in qua, infuſo oleo, ellychnium accenſum lucem ſpargit, quo nomine potiſſimum *Exod. XXX, 7, 8, XXXIX, 3*, & paſſim, occurrit. Tale candelabrum ardens in templo Hieroſolymitano fuit conſpiciendum, quod ſymbolum deinceps partim ad verbum divinum, quod lucerna eſt pedibus noſtris *Pſalm. CXIX, 105, 2 Petr. I, 19*, partim ad doctores Eccleſiæ, transfertur, quia tenebras ignorantiæ diſpellunt, mentisque oculos illuſtrant. Myſterium huius candelabri Hieroſolymitani fuſius exponit *Herm. Witſius* (n). Nulla quoque eſt dubitatio, quin S. *Ioannes Apoc. I, 12 - 20*, ad hoc candelabrum aureum, ſeptem lucernis inſtructum, in deſcribendis ſeptem Eccleſiæ Aſiaticæ doctoribus reſpexerit, uti *Em. Luc. Vriemœtus* (o) haud temere arbitratur. Quorſum & referes lychnum novi orbis, eiusdemque cœleſtis Hieroſolymitani, *Apoc. XXI, 23*. Perapte id nominis Eccleſiæ doctoribus convenit. De ſacro vate, *Elia*, hæc ſcribit *Siracides*: ὁ λόγος αὐτȣ̃ ὡς λάμπας ἐκαίετο, *eius ſermo quaſi quædam lux exarſit, Cap. XLVIII, 1*. Iudæorum magiſtri, parabolis

(n) *Miſcell. Sacr. Lib. II Diſſ. II de Tabernaculi Levitici Myſter. §. XXXIX p. 419.*

(o) *Obſervat. Miſcellan: Lib. I Cap. VII p. 175.* Leowardiæ, 1740.

bolis & ſimilitudinibus admodum innutriti, *Moſen* cum lucerna, ob eximia dona atque miracula, comparant, quod Rabbi *Salomo Iearchi* (p) ad *Num. XI, 17*, his tradit verbis: *Cuinam rei ſimilis fuit Moſes iſto tempore? videlicet lucernæ, quæ poſita eſt ſuper candelabro; & omnes de illa accedunt candelas ſuas, nec tamen lumen eius ullatenus deficit.* Plura huius rei occurrunt apud *Campegium Vitringam* (q) & *Io. Ligthfootum* (r) monumenta.

VII. *Duo* Ieſus, in prædicanda *Ioannis* laude, adhibet verba, pondere non deſtituta: quorum *alterum* eſt καίεσθαι, *ardere*, quo ſenſu legitur *Matth. V, 15, Luc. XII, 35*, *alterum* φαίνειν, *lucere*, quæ vocis notio occurrit *2 Petr. I, 19*. Laudato *Lampio* (s) ſuffragari non detrecto, hæc duo nomina ita diſtingui, ut prius deſignet *naturam*, ac *principium*; poſterius autem *uſum* in rebus ſpiritualibus. Ardet nimirum lucerna, quando ellychnium oleo inſtructum, & ope ignis accenſum eſt. Innuuntur hoc igne, eiusque ardore, pii motus, divini inſtinctus, nec non ardentes impetus, quibus in concedendo Prophetiæ dono Deus ſacros vates inſtruxit, ita quidem, ut ardorem atque

(p) *Commentar. ad h. l. pag. 1105.*
(q) *Synagog. veter. Lib. III Part. I Cap. V pag. 679.*
(r) *Oper. Vol. II Hor. Hebraic. in Ioannem ad Cap. V v. 35 pag. 623.*
(s) *Commentar. l. c. pag. 98.*

atque ignem quaſi intra ſemet ipſos ſenſerint, ſibique temperare a revelatione haud potuerint. Id ipſum profitetur *Ieremias*, verbum Dei tanquam ignem ardentem aeque ac recluſum in oſſibus fuiſſe, ut penitus defecerit, ac ulterius ſuſtinere non potuerit aeſtum. Non male LXX Interpretes uſi ſunt voce *καίεσθαι*, כאש בערת *ὡς πῦρ καιόμενον*, *Ier. XX, 9*, & *Ier. XXIII, 29*, verbum Dei appellatur ignis. Frequenter hac voce *καίεσθαι* pro *accendere*, *ignem admovere*, uſi ſunt laudati Seniores, quod ex *Abrahamo Trommio* (t) e multis locis ediſcimus. Reſpondet itaque haec vox *καίεσθαι* verbo בער, *ardere*, quod bene annotavit, *Guilielmus Robertſonius* (u). Hæc perapte in *Ioannis* Baptiſtæ indolem & fervorem quadrant, qui, pio commotus zelo, ſpiritu *Eliæ* inceſſit, ac ſummo cum rigore Iudaeorum illuſtriumque virorum peccata caſtigavit. Etenim in utero matris iamiam Spiritu Sancto fuit repletus. *Luc. I, 15.*

VIII. Altera vox, *τὸ φαίνειν*, iam ſub incudem eſt mittenda, quæ effectum vocis prioris indicat. Lucerna enim, oleo inſtructa, atque accenſa, lucendo aliis inſervit, quod *Ioanni* inprimis convenit, quippe qui ſua inſtitutione dedit cognitionem ſalutis populo Dei. *Luc. I, 77.* Iacebant illo tempore, quo *Ioannes* inſurrexit,

(t) *Concordant. Græc. Verſ. Septuagint. ad h. v. pag. 812 ſeq.*

(u) *Theſaur. Lingu. Sanct. ad h. v. pag. 94.*

xit, Iudæi, alto ſopore tenebriſque ſepulti, meris fabulis, traditionibus, ſomniis, & figmentis, inhiantes, ſed illos luce ſua colluſtravit, atque ad veram lucem, Chriſtum ſcilicet, qui iam apparuerat, deducere anniſus eſt. *Matth, III, 1 ſeq. Io. I, 19 ſeq.* Accedit, *Ioannem* Ieſu quaſi facem æque ac lampada, quod olim Græcis ac Romanis uſitatum fuit, praetuliſſe, eidemque viam præparaſſe. Ex eo ſimul apparet, *Ioannem* multis ſtadiis tanquam lucernam ab ipſa luce differre, ac nomina τῦ φωτὸς, & τῦ λύχνου, ſingularem conſtituere inter Ieſum & *Ioannem* Baptiſtam gradum diſcrimenque. Quod ipſum innuit Ieſus. *Ioannes* non erat lux, τὸ φῶς, ſed miſſus, ut teſtaretur de illa luce. *Io.* [illegible]. Hæc optime diiudicavit *Theophylactus* (w), de *Ioanne* Baptiſta ita edisſerens: *Si quis tibi dixerit: Eſtne Ioannes lux? annue. Si autem interrogabit: num quid Ioannes lux illa eſt? Dic, non. Non enim ipſe proprie lux eſt, ſed lux per participationem, habens fulgorem a vera luce.*

IX. Reliquum eſt tertium nomen, quo fideles, vitæ ſanctiori in hoc mundo intenti, appellantur, φωςῆρες. *Phil. II, 15.* Hæc vox duabus tantum vicibus in Novo Teſtamento occurrit, nimirum *Phil. II, 15*, & *Apoc. XXI, 11.* Interpretes Veteris Teſtamenti paullo frequentius hoc verbo uſi ſunt, & duo illa מאירת, ſeu

(w) *Commentar. in Ioann. ad Cap. I v. 8 pag. 562.*

ſeu luminaria, a Deo ad diſtinctionem diei ac noctis creata, dixerunt φωςῆρες ἐν τῷ ςερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, *luminaria in firmamento coeli*. A quo ſignificatu non retrocedit *Eccleſ. XIII*, 2, & *Siracid. XLIII*, 7, in quibus libris φωςὴρ ſemper alterum horum luminarium, in cœlo a Deo conditorum, indicat. Nollem tamen cum *Eduardo Leighio* (x), hanc vocem ἀπὸ τοῦ φωτὸς, lumine, & ἀπὸ τοῦ τηρεῖν, ſervare, compoſitam eſſe, affirmare, ſed potius *Stephano* (y) adſtipulari vellem, eandem deducendam eſſe a verbo φώσκω, *lucco*, & quidem a tertia perſona paſſivi ſingularis πέφωςαι. Indicatur enim hoc nomine φωςῆρος non tam ſidus, ſeu luminare, quod lumen ſervat, ſed potius quod ſplendorem ſpargit, ac in tenebricoſas ſe partes effundit. Duo etenim illa luminaria hoc potisſimum nomine ornantur, quia in alto ſunt conſtituta, ut ab omnibus conſpici poſſint. Eodem ferme ſenſu dicit Chriſtus: *Nemo lucernam accenſam in occulto ponit, neque ſubter modium, ſed in candelabrum, ut, qui ingrediantur, ſplendorem videant. Luc. XI*, 33, *Marc. IV*, 21. Demonſtrat itaque *Paulus*, fideles in Eccleſia Philippenſi in luce verſari, & quaſi in edito eſſe conſtitutos, ut omnes homines, inprimis perverſæ atque corruptæ mentis adverſarii, oculos in illorum fidem

(x) *Critic. S. ad h. v. pag. 351.*

(y) *Theſaur. Gr. Lingu. Tom. IV ad h. v. pag. 38 ſeq.*

fidem, vitam, ac mores, attollant, veluti in præſtantia cœli ſidera; eorumque adeo eſſe officii, mores ſuos ita componere, ut luceant, veluti ſol atque luna inter minora ſidera. Quem ſenſum optime exhauſit S. *Ambroſius*, (z) ita in hunc locum commentatus: *Ut inter diffidentes tam clari appareant vita, converſatione, moribus, quemadmodum ſol & luna inter ſtellas & ſplendore ſublimes ſunt.* Eundem ſenſum retinent *Beauſobrius* & *Infantius* (a). Parum ceteroquin refert, utrum hæc verba imperative, an potius indicative, intelligere velis. Si totius orationis nexus conſideratur, apparet, Philippenſes ſua fide vitæque ſanctimonia non leve ornamentum Eccleſiæ Chriſtianæ conciliaſſe, & veluti luminaria, ſeu ſtellas primæ magnitudinis, e fæce hominum male feriatorum exſplenduiſſe. Imperat in commate antecedente, ut omnia faciant ſine murmuratione ac diffidentia, ut inculpati ſint, atque puri, & filii Dei in medio nationis pravæ ac perverſæ; inter quos homines ſplendetis, ut luminaria in mundo. Docet itaque *Paulus*, Philippenſes actu ipſo iamiam ſplendere, & lucere tanquam aſtra, ſpemque habet certiſſimam, fore, ut in poſterum aliis ſuis virtutibus praeluceant.

(z) *Oper. Tom III Commentar. ad h. l. p. m.* 525.

(a) *Dans le Nouveau Teſtament, Epître de St. Paul aux Philippiens, Chap. II, 15: Vous brillez comme les Aſtres dans le monde, pag.* 284.

ant. Malim igitur cum *Grotio* (b) & S. V. *Chriſtoph. Auguſto Heumanno* (c) Indicativum, quam cum *Eraſmo* (d) Imperativum, verbi τȣ̃ φαίνειν admittere.

III.

PROBLEMATIS: NVM ILLE, QVO LVTHERVS MORTVVS EST, DIES FVERIT CONCORDIAE, EXPLICATIO,

AVCTORE

M. IOANNE GOTHOFREDO WELLERO, V. D. M. ZWICKAV.

I.

Quo maior cuiquam rei dignitas competit, quove excellentior, ob uſus, quos præſtat, varios, & plurimas, quæ ipſi inſunt, perfectiones, cenſetur; eo ſolertius in ea explicanda & illuſtranda ad minutias flectere animum ſolemus, quod & minima interdum plurimum ad rei totius naturam & indolem perſpiciendam conferunt, & id rei præſtan-

(b) *Critic. Anglican. Tom. V ad h. l. pag. 688.*
(c) In *Nov. Teſtament. verſ. ad h. l. pag. 162.*
(d) *Loc. Crit. Angl. cit. pag. 676.*

ſtantiæ deberi videtur; ut, quicquid in ea deprehenditur, meditatione dignum habeatur. Id quod inprimis de perſonis eximiis valet, vel toga, vel ſago, clariſſimis, quique reipublicæ vel eccleſiaſticæ, vel civilis, commoda maxime promoverunt, quorum non ſolum hiſtorias generatim explicari, ſed & ea, quæ in eorum vita exigui momenti eſſe videntur, a plurimis inveſtigari, erui, & vindicari, recte ſolent.

Hæc vero eum in finem dicta ſunt, quod ex hiſtoria *Lutheri*, cuius in eccleſiam merita nunquam ſatis extolli queunt, hac Commentatione quaeſtionem ventilare inſtitui, rem quidem haud magni momenti, pertractantem, quæ tamen viris quibusdam laude doctrinæ eximiis digna eſt viſa, cui ſtudium & operam impenderent. De eo enim agere animus eſt: num dies ille, quo Doctor *Martinus Lutherus*, veritatis inſtaurator, & eccleſiæ lumen clariſſimum, diem ſupremum obiit, fuerit dies Concordiæ; in cuius inveſtigatione ſolertisſimus fuit *Chriſtianus Iunckerus* in *Güldenen und ſilbernen Ehren-Gedæchtnüß D. Martini Lutheri pag. 206 & 302.* Nuper autem hoc Problema copioſe explicuit D. *Ioann. Georg. Walchius*, Theologus & pietatis & eruditionis & ſolertiæ laude maxime inſignis, in *Oper. Lutheri Halenſ. Tom. XXIV*, in *Hiſtoria Lutheri Cap. I §. 78 ſeq.*

Id extra omnem dubitationem poſitum eſt, Megalandrum *Lutherum* anno 1546 die

18 menſis Februarii ante horam noctis quartam e vita exceſiſſe, quod teſtimonium probat clariſſimum *Iuſti Ionæ* & *Michaelis Cœlii*, *αὐτοπτῶν*, quorum de morte *Lutheri* hiſtoria anno ſtatim 1546 Vitebergae prodiit, hoc titulo notata: *Von chriſtlichen Abſchied aus dieſem tœdlichem Leben des Ehrwürdigen Herren D. Martini Lutheri. Bericht durch D. Iuſtum Ionam, M. Michael Cœlium, und andere, die dabey geweſen, kurtz zuſammen gezogen.* *Philippus* quoque *Melanchthon*, nuntio Vitebergam de *Lutheri* morte paucos poſt dies allato, Epiſtolam ad Romanos explicaturus, auditoribus, dolore maxime commotus, annuntiavit, *Lutherum* die 18 Februarii ante horam quartam Islebii obiiſſe, uti legitur in Hiſtoria de vita & actis Reverendi Viri D. *Martini Lutheri*, ſcripta a *Philippo Melanchthone*, quam *Ioannes Pollicarius*, Zuikavienſis, anno 1549 publicavit, & Epigrammatibus quibusdam, in geſta *Lutheri* ab eo ipſo confectis, auxit. Quo hæc ſunt certiora, eo magis dubium adhuc viſum eſt, num is ipſe dies, quo *Lutherus* ex vita exceſſit, Concordiæ fuerit olim conſecratus, ſeu in Calendariis nomen Concordiæ adſcriptum habuerit, quod brevi poſt mortem *Lutheri* tempore quidam aſſeruerunt, omine in eo ipſo & eam quidem ob cauſam quæſito, quod ſtatim poſt *Lutheri* e vita exceſſum non inter Theologos ſolum, *Lutheri* repurgatam doctrinam ſequentes, variæ

exor-

exortæ ſunt diſſenſiones, ſed *Lutheri* quoque patria bello turbata eſt funeſtisſimo. Disſidia enim illa, quæ ſacramentaria dicuntur, vix aliquo modo ſopita, denuo, & maiori quidem vi, recrudeſcebant, de adiaphoris & unione cum Romana eccleſia graves controverſiæ inter ipſos Evangelicæ Eccleſiæ Theologos, ea de re diſſentientes, agitabantur, & bellum quoque Schmalcaldicum Saxoniæ terris exitioſum erat. Propterea *Georgius Hornius* in *Hiſtor. Eccleſ.*, morte *Lutheri* expoſita, dicit *pag.* 466: Cum eo exſtincta fuit pax Germaniæ, ſtatim enim cœpit bellum Schmalcaldicum; ſive Saxonicum, inter *Carolum V* & *Ioannem Fridericum*, Electorem Saxoniae, in quo ſuccubuerunt Proteſtantes. Cum igitur poſt mortem *Lutheri* mala tam multa Saxoniae obtingerent; fatalis propterea quibusdam dies, quo *Lutherus* e vita migravit, videbatur, & cum eo concordiam ipſam exſtinctam eſſe, iudicabant, quod mors eius in ipſum Concordiae diem inciderit. Nullius autem ſuperſtitionis rei eius opinionis auctores cenſendi erunt, cum id tantum notatu dignum, nec meditationem illam a re alienam, eſſe, ſibi perſuaſerint, eventu confirmatam.

Tantum vero abeſt, ut omnes vitae *Lutheri* commentatores in eo conſentiant, ut plures potius negent, quam affirment, diem mortis *Lutheri* Concordiae fuiſſe; alii, ut veritatem hiſtoricam tueantur; alii, ut eius opinio-

nis

his Auctores irrideant, & ſuperſtitionis accuſent, quæ eo magis vitio eis vertenda ſit, quod errori innitatur, inter quos *Bartholdus Nibuſius*, apoſtata famoſiſſimus, choream ducit in Hypodigmatibus ſuis evulgatis *pag.* 83. Eorum vero nomina recenſere, qui id, quod tractamus, problema vel affirmarunt, vel negarunt, haud opus eſſe duco, cum Celeberrimus D. *Walchius loc. cit.* ea copioſe enumeraverit. Catalogo tantum eorum, qui affirmantem ſententiam tuentur, adiungimus *Arnoldum*, qui, Concordiæ die *Lutherum* obiiſſe, aſſerit in *der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Part. II Lib. XVI Cap. VI ſ.* 35. Monemus præterea, etiam in numo quodam, a *Chriſt. Wermuthio* Gothæ huius Seculi initio fuſo, & hiſtoriæ *Lutheri* explicationem in nucleo exhibente, diem Concordiæ nominari diem mortis *Lutheri*. Vid. *Iunckerus loc. cit. pag.* 216. Quod ad diſſentientes, ſeu eos, qui negant, diem, quo *Lutherus* mortuus eſt, Concordiæ fuiſſe, attinet, *Zeibichio*, *Tenzelio*, *Schœttgenio*, *Sagittario*, *Kortholto*, &c. ſe quoque adiunxit Vir Summe Venerabilis, D. *I. G. Walchius* loco paulo ante citato: Cum eorum nomina maximo ſtudio colam; eorum partibus omnino ſtarem, ſi quæſtiones hiſtoricæ auctoritatibus, & non potius teſtimoniis fide dignis, eſſent decidendæ.

Nec argumenta eorum, quibus, *Luthero* diem Concordiæ fatalem fuiſſe, negant, levia nuncupanda erunt, ex quibus primarium eſt,

nomen & martyrium ſanctæ Concordiæ non diei 18 Febr. ſed 13 Auguſti, in Martyrologiis adſcriptum inveniri. Vid. *Kortholti Miſcell. Acad. n. 17.* Ac concedimus omnino, in eo non plane errare viros illos doctiſſimos. Si enim evolvitur Martyrologium Romanum, quod & Viola Sanctorum inſcribitur, & ſæpius prodiit; e. g. Norimbergæ A. 1486 & 1499, Hagenoæ A. 1508, Argentinæ per *Matthiam Hupffuff* A. 1516, die 18 Febr. nulla nominis Concordiæ mentio invenitur, ſed hæc annotata leguntur: Romæ Sancti *Gabini*, Presbyteri & Martyris, patris beatæ *Suſannæ*, cuius etiam *Gabini* frater fuit *Gaius* ſanctiſſimus. Sanctus *Gabinus* clarus fuit genere, a *Diocletiano* diu in cuſtodia maceratus, & in vinculis afflictus, pretioſa morte cœli gaudia intravit. Notatu vero dignum eſt, in his Martyrologii Romani editionibus diem 18 cum Calend. 11 Martii convenire, cum in aliis tamen Calendariis antiquiſſimis d. 18 Febr. cum Cal. 12 Martii conveniat, eique martyrium *Simonis* adiungatur, de quo Martyrologium Romanum, modo adductum, ad d. 17 Febr., in eo Calend. Mart. 12 nominatum, hæc habet: *Hieroſolymis natale ſancti Simonis Epiſcopi & Martyris, qui propinquus ſecundum carnem Salvatoris dignoſcitur, ac filius Cleophæ, qui Cleophas fuit frater Ioſephi, nutritii Salvatoris*, &c. In plurimis aliis & faſtis & Martyrum indicibus huius *Simonis* paſſio cruenta omnino d. 18 Febr. adſcribitur,

bitur, e. g. in officio diurno ad uſum Rom.; A. 1579 in officina *Plantiniana* excuſo, d. 18 Febr. habet nomen *Simonis*, Epiſcopi & Martyris, quocum & Calendaria Seculi XIII aliquatenus conveniunt. Manuſcriptum enim membranaceum, A. 1265 ſcriptum, ad manus venit, homilias in dies feſtos & dominicales complectens, faſtis præmiſſis, in quibus d. 22 Cal. Mart. nomen *Leonis* Martyris, & *Simonis* Epiſcopi, adſcriptum conſpicitur. Nec ab eo differt Martyrologii Rom. editio, ad novam Calendarii rationem *Gregorii XIII*, Pontif. Max. iuſſu a *Cæſare Baronio* A. 1603 Coloniæ Agripp. in 4 promulgata, (a) in quo d. 18 Febr. martyrium *Simonis* Epiſcopi attribuitur, aliis præterea Martyrum nominibus & paſſionibus ex variis regionibus & locis adiectis, e. g. *Lucii*; *Sylvani*, *Rütbuli*, *Secundini*, &c. de Concordiæ vero nomine altum ibi eſt ſilentium. In eo quoque conſentiunt faſti in Breviario novo, Coloniæ Agripp. A. 1536 impreſſo, Breviarium, Lugduni Ordinis *S. Ioannis* Hieroſol. A. 1517 evulgatum, Breviarium ſecundum conſuetudinem eccleſiæ cathedralis Halenſis anni 1534, quæ *Simonis*, Martyris & Epiſcopi Hieroſolymitani, nomen d. 18 Febr. habent. Faſti quoque Sancto-

(a) In hac editione ridiculus error *Baron. de ſancta Xynoride*, ex ξυνώρις, biga, id eſt, *Iuvencii* & *Maximi*, orta, e textu ſublatus, in indice adhuc plene & plane exſtat. Vid. *Thom. Ittig Bib. & Cat. P. P. pag.* 137.

rum *Heriberti Roſ-Weydi* nomen *Simeonis* eidem diei aſſignant. Sed & alia occurrunt ea in re diſſentientia teſtimonia, quibus eſt illud, quod *Bedæ* vulgo attribuitur (b), Martyrologium annumerandum. Sic enim ibi de die 11, 12, & 13, Cal. Mart. legitur:

Tertius ac decimus Policroni *feſta revolvit,*
Donati*que fides ſanguis quos unxit & ara,*
Bis ſenumque diem Martialis *Sanctus honorat.*
Publius *undecimum ſimul &* Iulianus *adornant.*

Cui adiungo Breviarium quoddam, Moguntiæ impreſſum, (c) ubi ad d. 18 Febr. ſeu 12 Cal. Mart. nomen Conſtantiæ legitur, & aliud Breviarium antiquiſſimum, in quo vero nulla fit, nec anni, nec loci, impreſſionis mentio, in faſtis præmiſſis d. 18 Febr. nomen *Pantha-*

(b) De quo *Cæſar Baronius* Cardinalis in *Martyrologio* ſcribit: *Cum in illo nonnulla recenſeantur, quæ poſt* Bedæ *tempora contigerant, certe,* Bedæ *non eſſe, exploratum habetur in Prolegom. Martyrol. Cap. IX pag. 20,* & *Chriſtian. Auguſt. Salig* in *Diptychis vet. Cap. XIV* probat, Martyrologium illud *Bedæ* falſo attribui.

(c) Notatu digna ſunt verba, quæ in calce huius Martyrologii leguntur: *Impreſſum Mogutie per* Iohannem Schœffer, *finitum Feria ſecunda poſt Oculi anno milleſimo quadringenteſimo undecimo.*

thaleonis Martyris habet. Diſſentientibus Martyrologiis & Calendariis, nullo ſatis firmo fundamento nititur ſententia eorum, qui contendunt, diem mortis *Lutheri* eam ob cauſam non poſſe diem Concordiæ eſſe, quod hoc nomen ei luci, qua *Lutherus* diſceſſit, in Martyrologiis non inveniatur adſcriptum. Nec 13 Auguſti diei nomen Concordiæ primario competit, ſed *Hypolitum*, ſociosque eius, in eo die plurimi faſti Breviariorum & Diurnalium nominant, & Martyrologium ſupra citatum docet, *Concordiam*, *Hypoliti* nutricem, eo ſocio Martyrium Romæ ſuſtinuiſſe. Ut vero ad Problematis aſſertionem propius accedamus, omnino quædam veſtigia nominis Concordiæ d. 18 Febr. etiam in Martyrologiis & Calendariis antiquiſſimis exſtare, nobis perſuaſum eſt, & inde quidem, quod ei diei ſyllaba *Con*. adhæreat. Priſco enim ævo more receptum fuit, cuilibet diei certas aſſignare ſyllabas mnemonevticas, ad id procul dubio deſtinatas, ut feſtos dies potiores, & memoriam Martyris, quolibet die colendam, prodant. Ut de eo melius iudicari poſſit, earum ordinem e duobus Menſibus Ianuario & Februario cum dierum numeris ſuperimpoſitis dabimus.

Menſis Ianuar.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
ci.	ſi.	o.	ja.	nus.	E.	pi.	ſi.	bi.	ven.	di.	cat.
13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.				
ec.	fe.	li.	mar.	an.	priſ.	ca.	fab.				

 21.

21.	22.	23.	24.	25.	26.	27.	28.
ag.	vin.	cen.	ti.	pan.	no.	no.	bi.

29.	30.	31.
le.	lu.	men.

Menſis Februar.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.
bri.	pur.	bla.	ſi.	ag.	dor.	fe.	bru.	ap.	ſco.

11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.
la.	ſti.	ca.	va.	len.	iu.	li.	con.
19.	20.	21.	22.	23.	24.	25.	26.
iun.	ge.	tunc.	pe.	trum.	ma.	thi.	am.

27.	28.
in.	de.

Secundum metrum hexametrum hæ ſyllabæ compoſitæ eſſe videntur, nulla vero quantitatis ratione habita. Plurimas earum cum Martyrum cuiuslibet diei nominibus convenire, negari nequit, e. g. ſyllaba *Bri* cum *Brigittæ*, *Pur.* Purificationis, *Ci.* Circumciſionis, *F.* Felicis, *Vin.* Vincentii, *Ap.* Apolloniæ, *Dor.* Dorotheæ, &c. nomine. Inde liceat concludere, nec ſyllabam *Con.* absque ratione d. 18 Febr. eſſe appoſitam, ſed potius nominis, ab ea incipientis, indicium eſſe: num abſonum igitur erit, in hac ſyllaba *Con.* veſtigia nominis *Concordiæ* quærere? Nondum vero hoc modo totum negotium confectum eſt, quod ad Calendaria potius, eo tempore, quo *Lutherus* mortuus eſt, uſui domeſtica deſtinata, redit. Ipſe igitur vir

lima-

limatiſſimi iudicii & eruditionis profundiſſimæ, D. *I. G. Walchius*, ad illorum normam hoc examinandum eſſe Problema, aſſerit *loc. cit.* his verbis mentem ſuam declarans: *Ich würde demnach kein Bedencken tragen, denenjenigen beyzutreten, welche meynen, Lutheri Sterbens-Tag ſey der Concordien-Tag geweſen, wenn nur dargethan ſey, daß ſich zu Lutheri Zeiten in dem Calender bey dem 18 Febr. der Nahme der Concordiæ befunden habe. Das wird ſchwehrlich darzuthun ſeyn. Entweder müſte man einen ſolchen Calender aufweiſen; oder doch glaubwürdige Zeugniſſe von denenjenigen beybringen, welche damahls, als Lutherus geſtorben, gelebet, und, nachdem ſie ſich dergleichen Calender bedienet, hierauf den Tag der Concordiæ als Lutheri Sterbens-Tag angegeben. Das erſte wird wohl nicht geſchehen kœnnen.* Id, de quo Vir Celeberrimus dubitat, num acquirendum ſit unquam, felici ſucceſſu quæſitum, in lucem produco, &, quamvis unicum ſufficeret, tria tamen in medium prolaturus ſum Calendaria, & ex Bibliotheca quidem noſtra publica, quæ annum, quo *Lutherus* exceſſit, præcedunt, & uſui domeſtico eo tempore inſervierunt; & primum quidem anni 1541; alterum anni 1544, & tertium denique anni 1545, in forma quarta promulgatum. Primi faſti anni 1541 inſcribuntur: *Almanach, nicht allein den Gelehrten, ſondern auch den Kauffleuten, nützlich; durch Dionyſium Sibembürger, der freyen natürlichen*

 chen

chen Künſte, Aſtronomey, und beyder Ertzney, Doctorn, in der lœblichen Stadt Saltzburg beſchrieben und gepracticirt, auf das Iahr, ſo man zæhlet nach Chriſti unſers Heylandes Geburth MDXLI. In calce vero legitur: *Gedruckt zu Nürnberg durch Hans Guldenmundt.* In hoc Calendario duas priores paginas, ad characterum, in eo obviorum, explicationem deſtinatas, ſtatim ſequitur expoſitio, ſecundum morem faſtorum noſtrorum inſtituta, in quolibet menſe dierum, nominum, curſus Solis & Lunæ, additis Planetarum coniunctionibus, & tempeſtatum non ſolum, ſed & fauſtorum eventuum exſpectandorum, prognoſticis. Alterum anni 1544, ab eodem typographo excuſum, eodemque modo exſtructum, a priori nulla re differt, niſi Auctore, qui nomen ſuum hoc modo in titulo profitetur: *Almanach, nicht allein den Gelehrten, ſondern auch den Kauffleuten, nützlich; durch Georgium Seyfridt, der freyen natürlichen Künſte, Aſtronomey, und beyder Ertzney, Doctor, in der fürſtlichen Stadt Culmbach beſchrieben und gepracticirt auf das Iahr, ſo man zæhlet nach Chriſti unſers Heylandes Geburth MDXLIIII.* In altera horum faſtorum pagina, in honorem Marckgrafii Brandenburg. *Alberti* eos eſſe confectos, Auctor lectorem docet, & in fine ecclipſium ſolis, lunæ, & quarundam maxime notabilium coniunctionum, indicium adiunctum eſt. Tertium, anni 1545, cum eo, quod ſtatim dedimus, Calendario, nulla re ex-

cepta,

cepta, convenit, niſi hæc notatu digna videantur, quod in calce hæc leguntur: *Gedruckt zu Nürnberg durch Hanſs Güldenmundt den Eltern, der dieſe Schreib-Kalender am erſten hie gedruckt hat,* quodve cuilibet diei ſyllabæ ex Martyrologiis, de quibus ſupra pluribus egimus, adiunctæ inveniantur.

Nunc ad id, cuius cauſa hæc in medium produximus Calendaria, veniemus, & nomen Concordiæ in eis inveſtigabimus. Ante omnia vero id annotandum cenſemus, hæc tria Calendaria cuilibet diei una eademque nomina adſcripta exhibere, quæ a noſtris autem Calendariis in plurimis diſcrepant, & pauca tantum ſimilia habent, quod inde enatum eſſe coniicio, quod diverſis locis etiam diverſi Martyres culti fuerint. Hinc fit, ut & dies, quos dicunt, rubros, ferias toti eccleſiæ communes prodentes, in noſtris & antiquiſſimis Calendariis conveniant, & in eo, quod de A. 1541 eſt, Calendario nota quadam peculiari feſti dies ſingularium Epiſcopatuum ſignati fuerint, e. g. Saliſburgenſis, Paſſavienſis, Ratisbonenſis, Brixenſis, Freyſingenſis, Bambergenſis, &c. Etſi vero in aliis plurimis Martyrum & ſanctarum perſonarum nominibus noſtra, & illa antiquiora, diſcrepant Calendaria; in eo tamen conveniunt, quod d. 18 Febr. nomen Concordiæ exhibeant clare expreſſum, & in tribus faſtis ubique retentum. Quoniam in eo totius rei probandæ cardo vertitur, operæ pretium eſſe duco, integram ſeptimanam &

eius quidem anni, qui præcedit annum *Luthero* fatalem, exhibere delineatam. In eo igitur, quod anni 1545 eſt, Calendario hæc leguntur menſe Febr.:

15.	len.	d. l.	Herren-Faſſ.
16.	iu.	e.	Iuliana.
17.	li.	f.	Faſtnacht.
18.	con.	g.	Concordia.
19.	iun.	a.	Gabinus.
20.	ge.	b.	Eucharius.
21.	tunc.	c.	Hema.

Id igitur effecimus, quod doctiſſimus *Walchius* efflagitavit, & ex eius temporis Calendariis, quo *Lutherus* vixit, probavimus, d. 18 Febr. nomen Concordiæ etiam tunc adhæſiſſe, & non ſequenti demum ævo adſcriptum fuiſſe, anno quoque mortem *Lutheri* antecedente illud nomen diem 18 Febr. proprium habuiſſe: nullum igitur dubium relictum eſſe poteſt, & A. 1546 in Calendariis eundem morem, qui prioribus, eſſe ſervatum, & nomine Concordiæ diem, quo *Lutherus* obiit, 18 Febr. ſignatum fuiſſe.

Hoc igitur modo dilucide eorum confirmatur ſententia, qui aſſeruerunt, *Lutherum* die Concordiæ e vita exceſſiſſe, & a contradictione aliorum vindicatur, ut inde M. *Ioannes Matheſius*, qui in Homiliis ſuis, vitam *Lutheri* explicantibus,

bus, primus huius opinionis de morte *Lutheri*, quod die Concordiæ contigerit, auctor fuiſſe dicitur, mendacii non amplius arguendus ſit. Et quidni huic etiam, teſtimoniis, quæ produximus, indubiis deſtituto, fides habeatur, cum *Luthero* fuerit coaevus non ſolum, ſed ei quoque familiaris, & inter mortem *Lutheri*, hiſtoriamque eius, a *Mathesio* in concionibus propoſitam, viginti tantum anni interceſſerint? (d) Neutiquam vero mirum cuiquam videatur, illos, qui primi & ante *Mathesium Lutheri* mortem deſcripſerunt, aut de illo locuti ſunt, e. g. *Ionam Cœlium*, nullam feciſſe mentionem, diem Concordiæ fuiſſe, quo ex vita migraverit *Lutherus*, cum demum ex eis, quæ mortem *Lutheri* ſecutæ ſunt, diſcordiis, ea de re cogitare cœperint, & coniicere, diem hunc Eccleſiæ Evangelicæ fuiſſe fatalem, cumque ille dies, quo *Lutherus* obiit, Concordiæ fuerit, concordiam quaſi cum eo periiſſe, & diſcordiam locum eius occupaſſe. Hæc, quæ de problemate, diu a plurimis agitato, nunc vero diſcuſſo, tradita ſunt, Lectorem bene conſulturum ſpero, nec vereor, ne hanc diſputationem minus probaturi ſint.

(d) Quod ex prima *Mathesii* Concione facile cognoſcitur, qua docet, *Lutherum* ante 79 annos fuiſſe natum; nativitatis vero eius annus fuit 1483, docente & probante præter alios *Crinisio* in *D. Martin Luthers vollſtændigen Leben* p. 13.

ſint nonnulli, quam quæ ea de re eruditiſſimi æque ac prudentiſſimi quidam Viri dudum ante me dixerunt.

IV.

IO. ERNESTI IMMAN. WALCHII, P. P.
SOCIETATIS LATINAE IENENS. DIRECTORIS,

DE

ANTIQVA CRVCE STATIONALI AEREA INAVRATA DISSERTATIO EPISTOLARIS,

AD


PERILLVSTREM AC GENEROSISSIMVM

HIERONYM. GVILIELM. EBNER AB ESCHENBACH. (*)

Miſiſti ad me, Vir perilluſtris, per doctiſſimum ac Clariſſimum *Spœrlium* figuram vetu-

(*) Tunc tempore, cum in ſcribenda hâc Epiſtola occuparetur *Walchius*, adhuc viventem, nuper autem, magno Muſarum dolore, ex hac vita evocatum; quæ cauſa eſt, cur, ſingulari libello hanc Epiſtolam in lucem emittendi, abiiciendum doctiſſimo Auctori conſilium fuerit. MENCK.

CRUX STATION
INAURATA ET OPE
EXO



EX SUPELLE
HIERONYMI
AB E

A
STICO

TABVLA ad Miſcellan. Lipſ. Nov. Vol. IX. P. I. pag. 60 ſeq.



ARIA
ER

vetuſtæ crucis ſtationalis, tabulae aeneae inci-
ſam, ac, quid de illa ſentirem, cuiusve ſtatue-
rem illam eſſe aetatis, de me audire benigne
voluiſti. Quantum vero de peropportuna hac,
meam erga Te obſervantiam cognitam Tibi
faciendi, oblata laetor occaſione: laetor vero
quam maxime; tantum, ut tuam de me con-
citatam exſpectationem ſuſtineam, ac rite tuear,
propter virium mearum tenuitatem vereor. Si
quae tamen mihi in hoc negotio tribuendae fo-
rent partes, gratulandi officium perſolvere,
quam iudicis munus exequi, mallem: illud, quod
in manus tuas tam egregium incidit ſacrae
ac piae antiquitatis monumentum, quod ſcio
maximum praeſtantiſſimae tuae antiquariae ſu-
pellectili conciliare decus & ornamentum; hoc
vero, ne, ſi virium mearum periculum minus
feliciter feciſſe videar, mea apud Te, quam plu-
mi facio, exiſtimatio periclitata ſimul eſſe vi-
atur. Morem tamen Tibi, Vir perilluſtris,
ro, ac, ſi, me tibi minus, quam decet, ſatis-
iſſe, intellexeris, non mihi, ſed tuae ſingu-
i erga me benignitati, id tribuas, rogo, tuae-
nimiae in me fiduciae, quam in ſagacioribus
felicioribus collocare debuiſſes ingeniis.
oſas cruces, qualiscunque demum ſint gene-
materiae, ac formae, contemplaturus, com-
e in quinque claſſes deſcribi quaſi ac diſper-
llas poſſe, haud ex vano credo, ita, ut ea-
prima omnes, quae ad ſex priora Secula
nent, cruces; ſecunda illas, quas a Seculo

ſepti-

vetuſtæ crucis ſtationalis, tabulae aeneae inciſam, ac, quid de illa ſentirem, cuiusve ſtatuerem illam eſſe aetatis, de me audire benigne voluiſti. Quantum vero de peropportuna hac, meam erga Te obſervantiam cognitam Tibi faciendi, oblata laetor occaſione: laetor vero quam maxime; tantum, ut tuam de me concitatam exſpectationem ſuſtineam, ac rite tuear, propter virium mearum tenuitatem vereor. Si quae tamen mihi in hoc negotio tribuendae forent partes, gratulandi officium perſolvere, quam iudicis munus exequi, mallem: illud, quod in manus tuas tam egregium incidit ſacrae ac piae antiquitatis monumentum, quod ſcio maximum praeſtantiſſimae tuae antiquariae ſupellectili conciliare decus & ornamentum; hoc vero, ne, ſi virium mearum periculum minus feliciter feciſſe videar, mea apud Te, quam plurimi facio, exiſtimatio periclitata ſimul eſſe videatur. Morem tamen Tibi, Vir perilluſtris, gero, ac, ſi, me tibi minus, quam decet, ſatisfeciſſe, intellexeris, non mihi, ſed tuae ſingulari erga me benignitati, id tribuas, rogo, tuaeque nimiae in me fiduciae, quam in ſagacioribus ac felicioribus collocare debuiſſes ingeniis.

Ipſas cruces, qualiscunque demum ſint generis, materiae, ac formae, contemplaturus, commode in quinque claſſes deſcribi quaſi ac diſpertiri illas poſſe, haud ex vano credo, ita, ut earum prima omnes, quae ad ſex priora Secula pertinent, cruces; ſecunda illas, quas a Seculo

ſepti-

ſeptimo ad octavum; tertia, quas ab octavo uſque ad duodecimum effinxit Salvatoris Numini devota antiquitas, complexu ſuo teneat; cui deinde quarta & quinta claſſis accedit. ad quarum illam cruces Seculi XII uſque ad XV, ad hanc omnes, quas poſthaec ſculpſit artificum ſolertia, amandandas eſſe, cenſeo. Ad primam claſſem quod ſpectat, nec teſtimonia, nec veſtigia, nobis ſuperſunt, ex quibus probari poſſet, cognitas fuiſſe primis Chriſti cultoribus imagines Chriſti, in crucem ſublati. Abſtinuerunt potius ab eiusmodi ſimulacris, partim ut eorum, qui non ita pridem Chriſto nomen dederant, imbecillitati conſulerent, quibus durum videbatur, foediſſimum ac maxima cum infamia coniunctum ſuſpendii ſupplicium, quo ſceleratisſimus quisque afficiebatur, prae ſe videre, Chriſtumque, arbori infelici ſuſpenſum & nudum, divino proſequi cultu: (a) partim ne infenſis Chriſtiani nominis hoſtibus novum calumniandi praeberent argumentum, & ſanctiſſimum illud crucis μυϛήριον profani coetus irriſioni & ludibrio exponerent (b). Uſi potius ſunt primi Chriſtiani aliis, quibus mortem Servatoris Chriſti cruentam, aut

(a) 1 *Cor.* I, 22, 23.

(b) Conf. *Lactantius* Lib. IV *divin. inſtitut.* Cap. 16, *Euſebius Vit. Conſtantini Magni Lib.* III *Cap.* 1, *Paul. Aringhus Rom. ſubterran.* Tom. II *Lib.* 6 *Cap.* 20 *pag* 517, & Celeberr. *Ant. Franc. Gorius Comment. de mitrato capite Jeſu Chriſti Cap.* V §. III *Vol.* III *Symbolar. literar. Florentin. pag.* 105 *ſeq.*

ſuit eius, quæ in genus hominis contulit, infinita beneficia adumbrarent, ſignis, cuiusmodi imagines *boni paſtoris*, in antiquis ſacris monumentis frequentiſſimæ, (c) *agni immaculati*, vel in monte ſtantis, vel in altari iacentis & occiſi, (d) *libri evangeliorum*, & *piſcis*; (e) exſtiterunt, quippe cuius Græcum vocabulum ΙΧΘΥΣ, ſi ſingulæ literæ ſingulas referunt voces, Ieſu Chriſti nomen ita exprimit: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, (f) ne de aliis dicam, quæ paſſim in antiquis Chriſtianorum monumentis ea de re obſervantur. Eo quoque pertinet uſitatiſſimum illud & ubivis fere obvium monogramma , quod & aliis ſcribendi modis exprimitur, & plerumque ita, ut ſimul crucis figuram referat, uti non ſolum ex ipſa hac, quam

(c) Lege, præter multos alios, *Io. Bapt. Paſſerium Diſſ. de Gemma paſtorali Tom. III Theſauri Gemmarum aſtriferarum Goriani pag. 87, Bottarium Tab. LXXX Rom. ſubterran. pag. 75, Boldettum de ſacris Urbis coemeteriis pag. 361 ſeq.*, & *Marangonium de Coemeterio ſanctorum Thraſonis & Saturnini pag. 128.*

(d) Conf. *Bianchinium Tom. II Anaſtaſian. Pontific. pag. 247, Caſalium de ſacr. Chriſt. ritib. Cap. II pag. 4*, aliosque plures apud *Gorium* lib. excitat. *pag. 112.*

(e) Lege *Ioſeph. Cantelorium de Cod. ſancti Evangel. Lib. II Cap. 28.*

(f) Vid. *Anſelmum Coſtadonium Diſſertazione ſopra il peſce come ſimbolo di Geſù Criſto.*

quam dedi; figura patet, in qua litera X crucem ſimul oſtendit; ſed luculentius quoque ex Gemma apud *Aringhum* (g) & *Laur. Begerum* (h) cognoſcitur. Quibus accedit, iſtud in antiquis monumentis paſſim in altum ſublatum, & in omnium conſpectu poſitum, (i) obſervari, ita, ut hac figura, quæ Servatoris nomen & crucem ſimul referat, Chriſti, in crucem acti, & pro nobis mortui, imaginem ob oculos ea ætate ponere voluiſſe Chriſtiani videantur. Id extra omnem dubitationem poſitum eſt, quinque prioribus Seculis ſimulacra Servatoris mortui, & in cruce pendentis, incognita, (k) & ſi quas etiam exprimere, vel pictas, vel ſculptas, voluerunt, cruces capiti, aut coronæ, Servatoris, quem ut

(g) *Roma ſubterran. Tom. II pag. 387.*

(h) *Contemplat. Dactyliothecæ Gemmar. Gorlæi pag. 32, 33.* Vide inprimis de hoc Monogrammate diſputantem præter multos alios *Io. Burchard. Menckenium de Monogrammate*  *pag. 85* eius *Diſſertationum Academic.*

(i) Conf. *Gorium Commentat. laudata Cap. VII pag. 134,* & *Bonarottium Obſervat. in vitrea vaſcula Tab. VIII num. 1.*

(k) In omnium antiquiſſimis, quas ſcio, crucibus haud infimum locum obtinere videtur illa, quam, in ſacrario Apoſtolico reconditam, docto Commentario illuſtravit Epiſcopus Tegaſtenſis, *Fr. Angelus Rocca,* quem quod una cum addita ipſa, tabulæ æneæ impreſſa, crucis imagine ad manus non habeo, vix audeo certum quid de ipſius ætate pronuntiare.

ut vivum repræſentabant, vel impoſitas, vel ad manum ipſius dexteram collocatas, vel circa ipſum poſitas fuiſſe, id quod ex antiquis monumentis apud *Boſium*, *Aringhum*, *Boldettum*, *Bottarium*, *Bonarottium*, *Ciampinum*, *Caſalium*, aliosque, abunde poteſt comprobari. Hæc de prima claſſe.

Seculo deinde poſt Virginis partum, omnibus ſalutarem, ſeptimo conſuetudo invaluit, Servatorem noſtrum in cruce quidem effingendi; neutiquam vero ut mortuum, atque ad lignum clavis affixum; ſed ſtantem, tunica indutum, apertis oculis, manibus orantium more ad cœlum ſublatis, & tali forma ac habitu, qualis non Chriſti patientis, pœnasque dantis acerbiſſimas, ſed ab inferis ad vitam gloriæ pleniſſimam reducis, eſt proprius. Atque eiusmodi imagines, hoc Seculo in uſum adductæ, *ſecundam* claſſem conſtituunt. Probavit id *Io. Bapt. Caſalius*, (l) & poſt *Caſalium* Cel. *Ant. Franc. Gorius*, (m) quorum uterque ad Synodum Trullanam, A. 680 Romano Pontifice *Agathone* & *Conſtantino Pogonato* imperante, habitam, provocat, qua ſancitum fuerit, *ut loco veteris agni, Chriſtus, Deus noſter, humana forma exprimeretur*. Ex quibus verbis quamvis nihil certi credam confici poſſe, aut probari, illis decretum fuiſſe, Chriſtum poſt-

hæc,

(l) *De vet. Chriſt. ritibus Cap. II pag. 3.*

(m) Libr. memorat. *pag. 172 ſeq.*

hæc, tanquam in cruce ſuſpenſum hominem, depingere, quoniam *Chriſtus, humana forma expreſſus*, non idcirco idem ille eſt, qui exhibetur in crucem ſublatus. Quamvis porro multa ſint, quæ tam contra Synodum, quam illius acta, poſſent moneri; res ipſa tamen, quam ex illa diſputarunt viri celeberrimi, ſupra laudati, ſatis eſt expedita atque evidens, ſi ex veteri monumento, a *Ciampino* (n) adducto, quod *Theodori I*, Pontificis Romani, tempore, ideoque Seculo VII, factum dicitur, maxime vero ex allata a *Caſalio* cruce, (o) res controverſa diiudicari debet. Nolo tamen ſimul per id affirmare, novo hoc introducto Chriſtum Servatorem pingendi ac ſculpendi modo abrogatas, aut penitus abolitas, eſſe veteres imagines, quæ Chriſtum vel ut hominem cum cruce in capite, aut nimbo, vel ut agnum Dei immaculatum, vel alio modo, ob oculos ponebant.

Accedo ad *tertiam* Chriſti, in crucem acti, imaginum claſſem, cuius initium ad Seculum octavum referendum eſſe videtur. Cum enim adhuc Chriſtus ad crucem ſtans pictus fuiſſet; cœperunt nonnulli, ut itidem *Gorius* (p) probavit, crucibus Chriſti imaginem graphice, lineari, uti aiunt, cælatura, inſculpere, manibus & pedibus quatuor clavis affixis; apertis tamen plerumque oculis, neque nudo, ſed tecto, corpore,

(n) *Vet. monum. Cap. XVI Tab. 32.*
(o) Loco excitato.
(p) Libro memorato *pag. 175.*

pore, inprimis tunicato. Inſigne eiusmodi pi-
cturæ, quæ, ut omnes rationes docent, ad Secu-
lum IX pertinet, exemplum exhibuit nobis *Io.
Dominicus Bertolius*, (q) de Aquileienſibus an-
tiquis monumentis inſigniter meritus. In his
& ex antiqua pictura vetuſtam imaginem Chriſti
in crucem ſublati, ſuppeditavit. Cernitur ibi
Servator quatuor clavis affixus, cum nimbo,
apertis oculis, ſine ſpinea corona, uti eius ævi
conſuetudo tum ferebat, non admodum longo
ſubligaculo, & brevi crucis ſtipite. Ipſe, hanc
crucis figuram deſcribens, *nell' accennata*, in-
quit, *Chieſetta, eſiſtente ſopra l' atrio, che con-
duce all' antico Battiſterio, ſi vede nella fac-
ciata di mezzo, dietro al ſito, dove vi dovea
eſſer l' Altare, la rozza pittura, che qui ho
poſta in diſegno, la quale pare, che alluda al
Batteſimo. La figura, che ſi vede a man de-
ſtra con quella, come mitra, in capo, pare, che
ſia una Ducheſſa, e potrebbe eſſere Giſla figli-
uola dell' Imperadore Lodovico Pio, e moglie
di ſanto Everardo noſtro Duca nel Secolo IX.
Il peſce può dinotare i Chriſtiani, che beono il
ſangue di Criſto; e perchè rinaſcono nell' ac-
qua Batteſimale, ſono chiamati piſciculi da Ter-
tulliano; ed in altri ſcritti de' Padri ſono di-
viſi in peſci buoni, e mali. E Sidonio al Bat-
teſimo dà il nome di piſcina. La vite, che cir-
conda il Crocifiſſo, allude all' Evangelio: Ego
ſum vitis vera. In alcune Liturgie antiche*

 nel

(q) *Antichità d' Aquileia num. 586 pag. 405 ſeq.*

nel catechizzare la perſona da battezzarſi ſi prega Dio, che conterat & confringat ſuper has aquas caput draconis; *e per ciò in queſta pittura ſi vede effigiato il drago, cioè il Demonio, in ſembianza, al vedere, di eſſere ucciſo da San Giorgio. La figura a man ſiniſtra ſarà della Madonna afflitta per la Crociſiſſione del Figlio. Le veſti vergate e retate, cioè fatte a rete, ſ' incontrano appunto in altre figure dei tempi di Giſla, e degl' Imperadori di Coſtantinopoli, donde, come ora di Francia, venivano le mode in Italia, e particolarmente in queſti noſtri paeſi confinanti ai loro Stati.* In quibus verbis nihil deſidero, niſi quod, a piſce ſanguinem Chriſti in hac imagine hauriri, velit doctiſſimus interpres. Hamum potius dixerim, quod luce clarius cuivis, imaginem inſpicienti, patet, maxime ex eo, quod ab ipſa fœmina in manibus id, quod pro ſanguine habet *Bertolius*, tenetur, nec viſitur quoque ullum vulneris in latere veſtigium, quippe quo plurimæ antiquiores Chriſti imagines deſtitutæ ſunt. Sed nolo his rebus diutius immorari. Audiamus potius *Gorii* de huius Seculi imaginibus verba. Poſtquam enim de Seculi ſeptimi figuris dixerat: *Igitur memorato Seculo nondum obtinuerat, ut Chriſti imago quatuor clavis ſuſpenſa exponeretur;* paucis interiectis, *ex his*, inquit, *elicio, ſculptam integra forma & opere Chriſti crucifixi imaginem ſerius introductam fuiſſe. Id vero antequam fieret, primum, ut*

mihi

mihi videtur, pingi, vel graphice lineari cælatura inſculpi, cæpit, (r) *cui mox exſtans ſculptura ſucceſſit.* Has exſtantes ſculpturas crucibus adiunctas eſſe, putat, Seculo XI, vel XII, ad quod eas Chriſti cruci affixi imagines referendas eſſe, ſupra exiſtimavi, quæ *quartam* conſtituunt claſſem. Hæc claſſis quatuor complectitur Secula, &, ſi generatim diſcrimen indicare debemus, quod inter imagines quatuor horum Seculorum & inter illas eſt, quas proxime antecedentibus Seculis aſſignavimus, id in eo potiſſimum ponendum eſſe videtur, quod imago Chriſti, in crucem ſublati, antea lineari cælatura inſculperetur, nunc vero integro exſtantique opere effičta cruci affigeretur, ita, ut corpus Chriſti a cruce ſeparari, hæcque ab illo ſubmoveri, poſſet. Eadem conſuetudo etiam in illis crucibus retenta fuit, quæ poſt Seculum XV, quo *quinta* claſſis incipit, ſunt fabricatæ, ita tamen, ut inter has atque illas, quæ a Seculo XII uſque ad Seculum XV compoſitæ ſunt, haud levis eſſet differentia, quæ qualis fuerit, paulo infra oſtendendi locus & occaſio erit.

Quæ Tuum antiquitatis muſeum ornat, imaginem Chriſti cruci affixi,(*) Vir perilluſtris, quartæ

 claſſi

(r) Vid. exempla huius cælaturæ apud *Paulum Aringhum Rom. ſubterran. Lib. IV Cap. 47 pag. 195.*

(*) Hanc, etſi forma paulo contractiorem, accurate tamen, ſi rem ipſam ſpectes, expreſſam, *Tabula*, huic *Miſcellaneorum Parti* adiecta, exhibet.

claſſi adſcribendam cenſeo. Quod cur credam, non una, quæ moveat, adeſſe mihi videtur ratio; prius vero & generatim, & ſpeciatim, varia monenda ſunt, quam, iudicium meum fundamento ſuo haud deſtitutum eſſe, monſtravero. Generatim primum ſciendum eſt, ipſa ſigna, ex quibus ætatem eiusmodi ſacræ vetuſtatis monumentorum diiudicamus, ac tempus, quo facta illa ſunt, definimus, probe in fallacia atque certa diſpertienda, hæcque ab illis caute ſecernenda eſſe. Multa enim in eiusmodi crucibus reperiuntur, ſive formam ſpectaveris, ſive modum, ſive ornamenta, quæ pluribus Seculis communia ſunt, ita, ut, ſi his innixus, quid de ætate ſentiat, pronuntiare quis vellet, inſigniter ſeſe & alios falleret. Eo maxime pertinere arbitror imagines parvas, quæ tam ſanctos homines, quam virtutes, referunt, & quibus & Tuam crucem illuſtratam video. In eundem cenſum nimbus quoque cadit, plurimis antiquis Chriſti imaginibus, pictis maxime, additus, quem in antiquiſſimis pariter atque iis, quæ multo recentiora ſapiunt Secula, obſervabis, ac præter nimbum ὑποπόδιον illud, pedum cauſa affixum, quo & Tua imago eſt inſtructa. Hæc omnia plurium ſeculorum, & eorum coniunctim, quæ in diverſas, a me ſupra definitas, cadunt claſſes, ſunt propria, id quod neminem, ſi vel leviter *Ciampinum* perluſtraverit, aut *Aringhum*, aut *Gretſerum*, aut *Bottarium*, aut *Caſalium*, aut alios, qui antiquas diverſorum temporum

cruces

cruces exhibuerunt, aut eas deſcripſerunt, negaturum eſſe arbitror. Deinde, quod ex modo dictis aperte conficitur, ipſa ſigna, quæ nobis crucis cuiusdam ætatem cognitam debeant reddere, non ſeparatim, ſed coniunctim, conſideranda eſſe iudico, ne itidem iudicando, & tempus, in quod cruces incidunt, definiendo, pedem offendamus, ac pro antiquis habeamus, quæ vix ac ne vix quidem prætervlapſa ſuperiora attingunt Secula. Cum enim ſæpe recentioris opificis ingenium, ob nimium antiquitatis amorem, vel quod neſcio quid pulchrum, aut decorum, in ipſa aliqua antiqua crucis, eiusque partium, forma ac figura inveniſſe ſibi viſus eſt, cum, inquam, eiusmodi opificis ingenium & ſolertia a vetuſtioribus crucis imaginibus ſimilitudinem, ſecus ac par erat, aut eius ævi conſuetudo ferebat, duxit: cum porro in antiquiſſimis crucibus, quanquam, id raro accidere, ipſe libentiſſime largior, paſſim earum rerum veſtigia & umbras quaſi obſervamus, quæ inclinatiori ætate in vulgarem uſum & conſuetudinem adductæ demum fuerunt, quidni fallere nos facile poſſumus, ſi eæ ipſæ res, ex quibus iudicium ferre nobis licet, fallacia nobis præbent argumenta? Coniunctim itaque, ſi de antiquitate monumenti cuiusdam ſententia eſt dicenda, ſigna expendenda ſunt, quorum plurima, non ſingula ſeparatim, ætatem definiunt ac tempus, quo factum illud ſit, de quo diſputatur, monumentum. Ita, ſi quis imaginem Servatoris cruci affixi ex eo ſo-

lum, quod vultus in illa minorem, quam hodie pingi ſolet, barbam habeat, pro antiquiſſima velit habere, quoniam in omnibus fere antiquiſſimis crucibus Chriſti facies exhibetur fere imberbis, næ is inſigniter ſeſe deciperet, niſi & alias tam corporis, quam crucis, partes, earumque formas, ipſi, cui illam tribuat, antiquiori Seculo rite reſpondere, monſtraverit. Eadem ratione & ſubligaculum comparatum eſt, quod ſi brevius cernimus, imaginis antiquitatem, iamiam ex aliis ſignis oſtenſam, ſtabilire & firmare, neutiquam vero, niſi alia indicia acceſſerint, ſolum probare poſſe, certiſſime mihi perſuadeo, (s) cum & in antiquioribus longa ſubligacula videantur, (t) id quod & de ὑποποδίῳ ſtatuo, quod, ſi adeſt, crucem antiquam eſſe, quodammodo evincit; neutiquam contra, ſi abeſt, inferri inde poteſt, eſſe illam recentioris fabricæ opus, niſi alia novitatis indicia ſimul ſeſe prodant. Addo porro, neminem, niſi fucum facere velit, explicatam, aut exploratam, ita habere poſſe crucis imaginum ætatem, ut certe & accurate unamquamque crucem uni ſoli aſſignare valeat Seculo, nec neceſſe habeat, aut ſuperius, aut proximum, addere tempori definiendo Seculum, quo crux, de qua diſceptatur, ſimiliter conflari, aut exſculpi, potuiſſet. Nulla enim in crucibus tam manifeſta ætatis ſigna depre-

(s) Conf. *Gorius Comment. laudato pag. 96.*

(t) Vid. *Paulum Aringhum Rom. ſubterran. Lib. IV. Cap. 47 pag. 195.*

deprehenduntur, ut ſingula Secula certe, inter ſe diſcerni poſſint, quin neceſſitas impoſita nobis ſit, ad minimum intra duorum Seculorum ſpatium concludendi definiendam eiusmodi vetuſtæ crucis ætatem. Ad hæc ſciendum denique eſt, imagines ſculptas a pictis, atque in his illas, quas Græca eccleſia ſibi vindicat, a Latinis, probe & caute eſſe ſecernendas, neque in diverſis eiusmodi generis imaginibus eadem diſcernendæ ipſarum, qua confectæ ſunt, ætatis ſigna reperiri, quod fuſe & luculenter, ſi otium in præſens eſſet, poſſem demonſtrare.

Hæc generatim obſervare, ac ſimul per ea viam mihi munire, volui ad ætatem ſculpturæ Tuæ præſtantiſſimæ, Vir perilluſtris, eo curatius indagandam. Antequam vero id fiat, ut generatim dictis *ſpeciales* quasdam, uti in Philoſophorum ſcholis aiunt, obſervationes adiungam, neceſſarium videtur.

I. Si ſculptæ Chriſti, in crucem acti, imagines rude quid, aut agreſte ac barbarum, produnt, ita, ut minus aptam membrorum diſpoſitionem obſerves, nec ſollicitam naturæ, quæ artis eſt magiſtra, videas imitationem, maxime in brachiis, quando illa recta linea expanſa, ac tota quaſi ad transverſum ſtipitis lignum agglutinata, neque pendentia, cernuntur, illæ, inquam, imagines politioribus & ornatioribus habentur vetuſtiores. Quanquam eiusmodi ſculpturam ob id ipſum ſolum, quod inconcinna eſt, atque ab artis regulis aberrat, neutiquam pro antiqua

putandam eſſe cenſeo. Accedere debent alia vetuſtatis ſigna.

II. Eæ cruces, quarum ligna, tam illud, quod erectum ſtat, quam quod *tranſverſum* dicere ſolemus, artificioſius exciſa ſunt, neque recta linea, ut ita dicam, excurrunt, plerumque ad Seculum XV pertinent, nec facile decimo quarto antiquiores debent haberi. Eiusmodi crucem ſtationalem *Ioannes Ciampinus* ſingulari Commentario illuſtravit, Romæ edito A. 1694, quamvis ipſe, licet falſo, eam, quam *Tab. III & IV* exhibuit, Seculo XV antiquiorem habeat.

III. Illæ cruces, in quibus pedum Chriſti uterque ſingulari clavo affixus eſt, illis vetuſtiores ſunt, in quibus pedum alter ſuper alterum ita poſitus eſt, ut unico clavo uterque ſuffixus videatur. In multis, quæ ſuppedaneo inſtructæ ſunt, crucibus, tam antiquioribus, quam recentioribus, clavi plane deſiderantur (u).

IV. Antiquisſimæ cruces Servatorem noſtrum in crucem actum, non ut mortuum, ſed ut vivum, apertis nimirum oculis, referunt, quem morem usque ad Seculum XIII ſervatum fuiſſe, niſi me omnia fallunt, ſuſpicor. Prius tamen barba Servatoris faciei addita eſt, quam oculi, ut clauſi, ſunt picti (x).

V. Illæ

(u) Vid. *Paul. Aringhum Roma ſubterran. Lib. IV Cap. 41 pag. 165.*

(x) Lege eundem loco excitato *pag. 165.*

V. Illæ imagines Chriſti, in crucem rapti, in quibus caput eius ſine ſpinea corona comparet, ante Seculum XV conflatæ videntur, qua de re iam laudatum Celeb. *Gorium* videas (y).

VI. Omnium antiquisſimæ ſunt, in quibus corpus Servatoris tunica indutum cernitur, quamvis, iam Seculo IX nudum pictum fuiſſe, ex imagine, a Celeb. *Io. Dominico Bertolio* (z) in medium adducta, comprobari poſſe, haud ex vano mihi perſuadeam. Poſt Seculum tamen nonum conſuetudinem, Servatorem veſtitum pingendi, non plane deſiiſſe, ex imagine apud *Aringhum*, (a) quæ nono Seculo longe recentior mihi videtur, oſtendi poteſt.

VII. Quæ Servatoris vultum imberbem referunt, cruces & cum brevibus capillis, illis, quæ barbatum exhibent, longe antiquiores, & ante Seculum XIII factæ, videntur (b). Quamvis etiam in iis, quæ corpus Chriſti tunicatum adhuc exhibent, pasſim facies eius barbata cernatur (c).

VIII. In multis, tam antiquioribus, quam recentioribus, vulnus in latere haud conſpicitur, quæ

(y) *De mitrato capite Ieſu Chriſti crucifixi*, *Vol. III Symbol. literar. Florentin. pag.* 179.
(z) *Antichit. d'Aquileia pag.* 406.
(a) *Rom. ſubterran. Lib. IV Cap.* 41 *pag.* 165.
(b) Vid. *Aringhum Rom. ſubterran. Tom. II Lib. VI Cap.* 17 *pag.* 289.
(c) Vid. eundem *Lib. IV Cap.* 41 *pag.* 165.

quæ vero cum ita ſint, neque ex addito, neque omiſſo, iſto lateris vulnere aliquid efficere poſſumus, ad divinandam horum monumentorum ætatem.

IX. Antiquisſimæ cruces nulla elogia habent, in uſu tamen fuerunt ante illa tempora, ad quæ Tuam imaginem refero. Patet id ex figura, quam *Paul. Aringhus* (d) refert. Nec improbabile videtur, Tuam imaginem eiusmodi elogio ornatam fuiſſe, periiſſe vero id temporis iniuria.

Quæ cum ita ſe habeant; cum expenderis, Vir perilluſtris, Tuam imaginem non rude opus eſſe, ſed haud parvam præ ſe ferre elegantiam, corpusque Chriſti, ſi membrorum partes, eorumque ſatis naturalem diſpoſitionem, reſpicias, neutiquam ab indocta manu elaboratum videri; ſi cogitaveris, crucem hanc ſuppedaneo eſſe inſtructam, pedesque Servatoris iuxta ſe eſſe poſitos, duobus diſtinctis clavibus ad lignum ſuffigendos; faciem Servatoris non ut vivam, ſed ut mortuam, clauſis oculis, & barbatam, corpusque nudum, nec tunicatum, exhiberi; deeſſe vero ſpineam coronam; ſi, inquam, hæc conſideraveris, ac ſimul definitum a me tempus, in quod cruces, eiusmodi ſignis præditæ, incidunt, reputaveris, quidni mecum credas, Tuam hanc, de qua diſputo, præſtantisſimam crucem Seculo XIII, aut ad minimum illi, quod hoc excepit, eſſe vindicandam? Quæ ſententia non ex

iis

(d) Libr. memor. pag. 165.

iis ſolum, quas modo dedi, obſervationibus, ſed ex aliis quoque argumentis, poteſt abunde confirmari. Provoco ad literarum ductum, quem in illis parvis pictis imagunculis, fortitudinis, caritatis, temperantiæ, iuſtitiæ, prudentiæ, ſymbola referentibus, obſervabis, & quem Seculorum, iam memoratorum, proprium potisſimum eſſe, nemo facile negabit. Provoco ad nimbum, virtutibus his tributum, quem ſcio quidem iam IV & V Seculo in uſum adductum fuiſſe; ſimul tamen conſtat, poſt iconomachorum interitum, Seculo, inquam, nono & decimo, parcius illum adhibitum, & iis ſolummodo, qui in Sanctorum numerum cooptati fuerant, plerumque asſignatum fuiſſe, ſequioribus vero poſthæc Seculis conſuetudinem rurſus invaluiſſe, multas imagines nimbo ornandi, quæ nihil minus, quam divos divasque, referrent. Quis vero non videt, in Tuis imaginibus neutiquam ſanctarum fœminarum capita, ſed virtutum ſymbola, exhiberi, (e) quas vix ornatas fuiſſe nimbo mihi perſuadeo, ſi decimo, aut nono, Seculo confecta Tua crux fuiſſet, ne dicam, eo ævo quatuor Evangeliſtarum inſignia, neutiquam vero virtutum imagines, in uſu fuiſſe (f).

Varia

(e) De nimbis his vide præter alios *Ioannem Nicolai Diſſ. de nimbis antiquorum*, Ien. 1699.

(f) Vid. *Anſelm. Coſtadonium*, amicum meum, quem maximi facio, Diſſertatione mox laudanda *Cap. IX pag. 99*, & Celeb. *Gorium de mitrato capite Ieſu Chriſti Cap. VII p. 10.*

Varia tamen opponi ſententiæ meæ poſſe, prævideo. Ipſam crucem, diceret aliquis, illa longe ſimpliciorem, ac rudiorem, eſſe, quam doctiſſimus *Anſelmus Coſtadonius*, Monachus Camaldulenſis, eleganti Commentario (g) nuper illuſtraverit. Quodſi vero *Coſtadoniana* crux, prout doctiſſimus Vir exiſtimat, ad Seculum undecimum foret referenda, quam tamen multo elegantiorem, pluribusque ornamentis inſtructam, quisque fateretur, quidni hanc, de qua diſputamus, ob ſimplicitatem, antiquiſſimorum Seculorum propriam, longe vetuſtiorem ſtatueremus? Sed quis non videt, *Coſtadonianam* imaginem ex Græca aliqua fabrica prodiiſſe, hancque ideó cum illis, quæ in Latina eccleſia factæ ſunt, crucibus, ſi elegantiam totumque ſculpendi modum reſpiciamus, neutiquam eſſe comparandam. Nec ſcrupulum movere nobis debet, quam obſervamus, nimbi omiſſio. Quamvis enim omnes imagines, memoratis his Seculis pictæ, nimbum plerumque habeant, quod inficiari nolim; probe tamen picturas a ſculpturis ea in re diſcernendas eſſe, nec, quae de illis, etiam de his, dici affirmarique poſſe, firma ſtatutaque ſententia mihi perſuadeo. Nec eſt, quod obiiciat aliquis, aut ὑποπόδιον, quod cruci affixum cernimus, aut breviſſimam vultui Servatoris adpictam barbam, aut lapillorum, quibus

(g) *Oſſervazioni ſopra un antica tavola Greca, in cui è rinchiuſo un inſigne pezzo della croce di Geſù Criſto.*

quibus cruces ornari paſſim videmus, abſentiam, tanquam vetuſtioris ætatis indicia. Etenim, ut ſcabellorum horum uſus priſcis temporibus cum recentioribus, uſque ad decimi quarti Seculi finem, communis fere exſtitit, ſic antiquiores imagines ne breviorem quidem barbam vultui Chriſti dare ſolent, &, ſi qua barbæ reperiuntur veſtigia, in punctis ſolummodo crebris, ad mentum Servatoris factis, ſunt quærenda (h). Lapillorum vero uſum, nemo facile negabit, liberum omni tempore exſtitiſſe, & ab eorum pependiſſe voluntate, quibus vel viliorem, vel pretioſiorem, Chriſti cruci affixi imaginem conflari placuit.

Multa quidem adhuc ſupereſſe video, ad hoc argumentum ſpectantia, maxime de ipſis crucibus ſtationalibus, tam maioribus, quam minoribus, (i) ad quas & Tuam, ſi illa typi magnitudinem haud excedit, referendam eſſe puto; ſed iure meritoque verboſiori mihi non una verendi eſt ratio, ne gravis Tibi potius videar, quam gratus, Tuaque abutar ſingulari erga me benignitate. Cui ſi me habueris commendatum,

(h) Vid. *Ant. Franc. Gorium de mitrato capite Ieſu Chriſti pag. 97.*

(i) Vid. *Paulum de Angelis Deſcript. baſilic. S. Mar. maioris Lib. VIII Cap. 1, Auguſtinum Fivizanium Tract. de ritu ſanctiſſimæ crucis, Romano Pontifici præferendæ Lib. II Cap. 6, Io. Ciampinum Inveſtigat. hiſtorica de cruce ſtationali pag. 10.*

tum, ſi me Tua, quam plurimi facio, complexus fueris gratia, nihil mihi arbitrabor accidere potuiſſe iucundius, nihil, crede mihi, optatius, nihil antiquius. Ienae, d. VI Februar. MDCCLII.

V.

ANTHOLOGIA GRAECA, NVNC PRIMVM E CODICE MSTO EDITA, STVDIO IO. IACOBI REISKE.

MISSVS PRIMVS.

PRAEFATIO.

Anthologiam Græcam, a vulgari *Planudea*, typis excuſa, diverſam, cuius maxima pars in lucem nondum prodiit, viri docti hoc & ſuperiore Seculo diligenter triverunt, indeque prolatis fragmentis ingenii ſui monumenta illuſtrarunt. Quo in numero ſunt *Salmaſius*, *Holſtenius*, *Kuſterus*, *Alberti*, *Bentleius*, *Dorvillius*, *Maius*, *Ienſius*, & *Rhunkenius*, Viri de literis bene meriti, & mihi ſemper ſuſpiciendi, qui Græcorum Epigrammatum, ante ſe ineditorum, bonam partem in Commentariis quisque ſuis ad *Solinum* & *Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores*,

res, ad *Stephanum Byzantinum*, ad *Suidam*, ad *Heſychium*, ad *Callimachum*, ad *Charitonem*, & in *Vanno Critica*, in *Catalogo manuſcriptorum Codicum Bibliothecæ Uffenbachianæ*, pone Lectiones *Heſychianas*, in *Epiſtola critica ad Valckenaerium*, prodiderunt. *Leichii* pæne fueram oblitus, egregii iuvenis, & in præclaris conatibus intercepti, qui Carminum ſepulcralium guſtum ex eodem Codice, e quo hæc edo, ad Ampliſſimi Senatus Lipſienſis Bibliothecam pertinente, anno 1745 hac in urbe publicæ luci expoſuit.

Tot & tam præclaris ego quoque ſtimulatus exemplis, decrevi periculum mearum in hoc genere virium facere, voluntatem certe meam de literis bene merendi demonſtrare. Totam dabo illam huius *Anthologiæ* partem, quæ ſalvo pudore prodi legique poteſt. Non amo vetuſtatis membra lacerare. Intereſt quoque rei literariæ, ut totum illud corpus habeant, e quo penum ſuam *Suidas* tam pulcre locupletavit, quo conſtet, ad quem quæque locum ſpectent. Iucundum quoque eſt, una ſerie continua legi, quæ per tot Auctores veteres iuxta recentesque ſparſa iacent. Sed, cum, brevibus defungi, paucisque pagellis meam circumſcribere operam, decreverim, ſectabor macrum ſtrictumque interpretandi genus. Non deerunt olim, poſt vulgatum Græcum Codicem, qui amplis eum commentariis per otium onerent. Forte ipſe ego aliquando, ſi vita viresque ſuppetant, &

copia fiat *Dorvillianorum* in hunc librum Commentariorum, quos vetuſta iam fama & diuturna exſpectatio in celebritatem miſit, ſtudio rei literarum communis, & pietate in Manes viri, cui multa magnaque debeo, curatiorem operam *Anthologiæ* huic impendam, veſtemque ampliorem & ornatiorem circumponam.

De libri fatis atque diſpoſitione, Codicisque Lipſienſis præſertim dotibus, differendi otium mihi fecerunt Viri docti, *Maius* & *Leichius*, locis laudatis, & *Emanuel Martinus* in *Epiſtolis*. Flagitant tamen mox dicenda, ut ordinem partesque libri breviter perſequar. Diſtributum eſt totum opus in ſex Capita, quorum ultimum Lipſienſi noſtro Codici deeſt. Primam vero famoſa illa & ſacra, meritoque ſuo hactenus ignorata, efficit *Stratonis* Μȣσα παιδικὴ, ſeu *Muſa puerilis*, puerorum amores turpi ore canens, carminibus 247. Secunda ſectio minuta eſt, & tenuis argumenti. Habet enim triginta carmina, ſingula diverſis metris, ut e. c. hexametris, pentametris, & ſenariis, ſimul contextis, variegata; in quibus, præter antiquitatem & Auctorum famam, quod ſuſpicias, valde multum non ineſt. At tertia ſectio libri optima, meo iudicio, aut certe in optimis, eſt. Amatoria carmina continet 118 in fœminas, hilaritate multa perfuſa, Gratiarum plena. Quarta carminibus 158 conſtat, dedicatoriis, ſeu quibus paſtores, piſcatores, nautæ, ruſtici, alii, inſtrumenta artis aliave Diis dedicantes, producuntur.

Hanc

Hanc partem pæne totam transfudit *Suidas*, aut potius diſcerptam ſparſit per Lexicon ſuum, & tam frequenter citavit in notis ad eum *Kuſterus*, ut ea ſola pæne uſus videatur. Qualis tandem ſit carminum, quæ partem quintam efficiunt, ſepulcralium ratio, facile intellectu eſt; & iam conſtitit e *Leichiano* ſpecimine, quod de centum propemodum Carminibus viginti duo exhibet. Ad ultimam claſſem reiecit huius diſtributionis auctor τὰ ἐκφραςικὰ, aut alias τὰ ἐπιδεικτικὰ dicta, ſeu deſcriptiones rerum variarum. Hæc Carmina, numero 154, *Io. Ienſius* loco ſupra laudato Græce duntaxat edidit, Codex autem Lipſienſis non tenet. Eruditi viri, *Salmaſius*, *Holſtenius*, & alii, ea paſſim diligenterque citarunt, ut pro maiore parte iam ante *Ienſium* edita, ſed ſparſim, exſtarent.

Tota itaque hæc collectio ultra 800 Carmina, ſeu fragmenta, adſcendit; & inſunt, ut omni acervo, ſequioris quædam notæ atque ſeculi. Multa inſunt improba; levis argumenti ſunt tantum non omnia. At ſunt tamen arguta pleraque, & elegantis atque poeticæ dictionis, etiamſi non morum, exempla. Nugis homuncionum noſtrate genus haud minus, quam graviſſimis doctrinis, hilaritate & laxamentis animus haud minus, quam contentis meditationibus, indiget. Neque debent, ſi quæ nequius atque licentioſius enuntiata fuerint, editori invidiam ciere. Non certe ciebunt apud probos, & intelligentes rerum. Quid enim? Verecundus & ſobrius

eſſe nequit obſcœnorum interpres & editor? Quid vero tandem ad me, alius quid ſcripſerit? Egeſſerit ille de inſalubri ſolo peſtilentem annonam. Ea certe non in meo crevit agello. Et quare tandem impudicis ita offendemur, ut ob ea ſimul quoque modeſta & honeſta, quorum etiam proventus hic adeſt, damnemus & abiiciamus?

Sed alia res eſt, aliterque ſtatuendum, de *Stratonis* memorata ſuperius *Muſa puerili*, quam æternis tenebris dignam eſſe, cum viris doctis omnino pronuntio. Moribus quidem ab iſta Muſa corruptio metuenda non eſt, ſi ſuo cultu, id eſt, mere Græco, exhibeatur. Partes eius omnes turpes non ſunt. Iuvenes, quibus ætas lubrica & animus in vitia pronus eſt, rari eo literarum proficiunt, ut Græca pura intelligant, eoque vitium a contagio contrahant. Viros autem, quibus interprete Græcorum opus nullo eſt, matura ætas, & lectio bonorum librorum exemplaque, & uſus rerum, adverſus hæc tela muniunt. Latuit *Strato* hactenus, & æternum per me quidem latebit porro. Et nihilo minus tamen vel absque *Stratone* & *Meleagro* magiſtris didicerunt nequam artes, quos animi error, & cœli ſui calor, in mares furiavit. Incubuit per tot ſecula terris hæc lues, neque magis, quam ulla alia peſtis, deſeret noſtrum genus, quamdiu noſtrum, id eſt, humanum, vitioſum, caducum, erit, etiamſi Græculis negetur, ægræ mentis ſuæ deliramenta effutire, etiamſi do-

ctores

ctores & illecebras nequitiarum omnes ſuſtuleris. Bene tamen prudenterque viri docti, quorum in manibus integra verſabatur Anthologia Græca, partem hanc ſolam intactam reliquerunt. Verendum enim eſt, ne, qui publicæ luci fœdam hanc puerilem Muſam exponere velit, odium eo ſibi a bonis omnibus conſciſcat, ſuæque recte ac ſecus factorum conſcientiæ acrem aculeum infigat, Debet ſibi quisque, debet Deo & orbi literato, acti a ſe otii rationem, quod mihi male perdere videtur, qui in rebus conſumit manifeſto cum damno, & perexigua cum delectatione, coniunctis, aliarum rerum multo meliorum, quarum larga meſſis ſupereſt, incurius. Fuiſſe *Stratones*, & *Meleagros*, & *Petronios*, & ore arguto amores ceciniſſe infames, humano generi ad dedecus ſatis eſt, quod tolli & diſſimulari ſatius eſt, quam diduci, quam profundi latius; ſatisque valet ad deprimendos illi ſpiritus, qui, quibus morbis homo pateat, ignorat. Novo uno alterove vocabulo Græca Lexica ditare, ſcitam aliquam diſcere comparationem, ſuaves audire modulos, obſervare Poetam, ad *Homericas* alludentem fabulas, omne eſſet commodum, ad rem literarariam ex editione Muſæ *Stratonicæ* redundaturum; quantillum, ſi cum noxa inde emerſura compararetur! Aut, ſi neges, damnum inde provenire, brevis tamen & vana voluptas hæc erit, cito evaneſcens titillatio, in opprobrium humani generis ceſſura. Cui bono, inconſultam fortu-

eſſe nequit obſcœnorum interpres & editor? Quid vero tandem ad me, alius quid ſcripſerit? Egeſſerit ille de inſalubri ſolo peſtilentem annonam. Ea certe non in meo crevit agello. Et quare tandem impudicis ita offendemur, ut ob ea ſimul quoque modeſta & honeſta, quorum etiam proventus hic adeſt, damnemus & abiiciamus?

Sed alia res eſt, aliterque ſtatuendum, de *Stratonis* memorata ſuperius *Muſa puerili*, quam æternis tenebris dignam eſſe, cum viris doctis omnino pronuntio. Moribus quidem ab iſta Muſa corruptio metuenda non eſt, ſi ſuo cultu, id eſt, mere Græco, exhibeatur. Partes eius omnes turpes non ſunt. Iuvenes, quibus ætas lubrica & animus in vitia pronus eſt, rari eo literarum proficiunt, ut Græca pura intelligant, eoque vitium a contagio contrahant. Viros autem, quibus interprete Græcorum opus nullo eſt, matura ætas, & lectio bonorum librorum exemplaque, & uſus rerum, adverſus hæc tela muniunt. Latuit *Strato* hactenus, & æternum per me quidem latebit porro. Et nihilo minus tamen vel absque *Stratone* & *Meleagro* magiſtris didicerunt nequam artes, quos animi error, & cœli ſui calor, in mares furiavit. Incubuit per tot ſecula terris hæc lues, neque magis, quam ulla alia peſtis, deſer[illegible]m genus, quamdiu noſtrum, i[illegible] vitioſum, caducum, erit, [illegible]ur, ægræ mentis [illegible]mſi doctores

ſtores & illecebras nequitiarum omnes ſuſtuleris. Bene tamen prudenterque viri docti, quorum in manibus integra verſabatur Anthologia Græca, partem hanc ſolam intactam reliquerunt. Verendum enim eſt, ne, qui publicæ luci fœdam hanc puerilem Muſam exponere velit, odium eo ſibi a bonis omnibus conſciſcat, ſuæque recte ac ſecus factorum conſcientiæ acrem aculeum infigat. Debet ſibi quisque, debet Deo & orbi literato, acti a ſe otii rationem, quod mihi male perdere videtur, qui in rebus conſumit manifeſto cum damno, & perexigua cum delectatione, coniunctis, aliarum rerum multo meliorum, quarum larga meſſis ſupereſt, incurius. Fuiſſe *Stratones*, & *Meleagros*, & *Petronios*, & ore arguto amores ceciniſſe infames, humano generi ad dedecus ſatis eſt, quod tolli & diſſimulari ſatius eſt, quam diduci, quam profundi latius; ſatisque valet ad deprimendos illi ſpiritus, qui, quibus morbis homo pateat, ignorat. Novo uno alterove vocabulo Græca Lexica ditare, ſcitam aliquam diſcere comparationem, ſuaves audire modulos, obſervare Poetam, ad *Homericas* alludentem fabulas, omne eſſet commodum, ad rem literarariam ex editione Muſæ *Stratonicæ* redundaturum; quantillum, ſi cum noxa inde emerſura comparetur! Aut, ſi neges, damnum inde pronire, brevis tamen & vana voluptas hæc erit, o evaneſcens titillatio, in opprobrium humani eneris ceſſura. Cui bono, inconſultam fortu-

nam imitari, quæ ſordes has veteris ævi nobis obtruſit, præſtantiſſimum quemque Hiſtoricum, *Polybium*, *Livium*, *Tacitum*, mutilavit, & pæne negavit.

Satis ineſt tertiæ parti, a qua editionem meam ordior, quo dolorem & æſtum animi leniat, ſi quem gravis Venus & ſæva tentigo torquet. Inſunt huic parti, quæ de mulierum amoribus agit, licentiam ſpirantia quædam, & moroſis Catonibus haud facile approbanda, quorum ex iudicio, quod prævideo, ſatius fuiſſet, velum illis obducere. Non tamen ea dedecent humanam naturam, neque maculam editoris exiſtimationi adſpergent.

Cum mihi non licuerit multum temporis in adornanda hac Anthologiæ Græcæ editione conſumere, neque præſto ſint ſubſidia, qualibus carere nequit, quisquis vetuſta monumenta Græca & Latina, præſertim primus, edere cum laude & fructu cupit, plurium puta Codicum manuſcriptorum copia, quorum collatio quam utilis, quam prorſus neceſſaria, ſit, intellexi, ut e multis aliis argumentis, ita maxime ex illis Carminibus huius Anthologiæ, quæ viri docti paſſim librorum ſuorum, plerumque melius, interdum vero quoque, ut fit, peius, citant, quam in Codice Lipſienſi leguntur; non audeo meam hanc opellam pro perfecta editione venditare. Sit tanquam fundamentum, cui iuſtum ædificium, ampliores commentarios, ſuperſtruant, quibus otium, quibus animus eſt, & eruditio rei

par,

par. Sit velut præcurſor iuſtæ editionis, ſi quis hanc ab exceſſu celeberrimi *Dorvillii* vacuatam provinciam invadere velit, me non reluctaturo, compilator minutiarum amans, tædiorum tolerans, & adverſariis a lectione veterum Poetarum, & eroticorum, turgidis onuſtus. In id ego in præſentia dedi operam, ut Latina facerem hæc Carmina, ut fragmentorum, a *Suida* & aliis inde decerptorum, ſedulo indagata cubilia indicarem, ut tandem ſenſum breviſſimis absque operoſo apparatu illuſtrarem. In tertia præſertim parte brevitati ſtudebo, quia neque *Suidas*, neque alii, multum illinc excerpſerunt. In quarta vero parte eo uberior ero. Illam enim pæne totam exſcripſerunt *Suidas* & *Kuſterus*, eoque largam copiam variantium lectionum ſuggeſſerunt. Contingat forte, ut felicioris memoriæ, & amplioris lectionis, homo fragmenta Anthologiæ huius, paſſim latitantia, indicet, quæ meam notitiam effugere. Non invidebo ipſi ſedulitatis laudem. Quis unus homo tot libros, ad hanc rem facientes, poſſideat, tam grandes in numerato habeat? *Ienſius* pæne dimidiam ſuorum Epigrammatum partem denuo recoxit, olim iam editam; ideoque graviter a Clariſſ. *Dorvillio* reprehenſus fuit, qui tamen ipſe in Notis ad *Chariton*, *pag.* 332 Epigramma aliquod velut incerti Auctoris, & nondum editum, evulgavit, quod inter *Callimachea* *num.* 47 edit. *Græviana* iam dudum legitur; item aliud *pag.* 348, quod *Maius* in *Catal.*

 Uffenb.

Uffenb. p. 578, & *Salmaſius Ex. Pl. p.* 278, iam dederant. In Latina interpretatione ſi quid humani paſſus fuero, & a vera verborum mente aberravero, facilem, ut ſpero, paratamque ab illis veniam impetrabo, qui, me uno ſolo, eoque non optimo, Codice uſum fuiſſe, reputabunt; illo ipſo, qui Clariſſ. *Leichio*, Carmina ſepulcralia interpretanti, toties obfuit, & acerbas reprehenſiones concivit, quibus opuſculum eius, rara ceteroquin eruditione refertum, tam in patria, quam in Belgio, vexatum fuit. Non valet humanum ingenium, utcunque acre & vigil, omnes librariorum lapſus, ſæpe monſtroſos, emendare. Malo huic penitus exſtirpando cum ingenio facit idoneus numerus Codicum bonæ notæ manu exaratorum. Nullus enim Codex, utcunque præſtans, per omnia ſibi ſimilis, & a vitiis immunis, eſt; neque contra tam vitioſus ullus eſt, ut alteri bono ſuppetias ferre, & aliquot ſaltem bonas lectiones præſtare, nequeat. Mutuam ſibi præſtant opem generis utriusque Codices, ſi peritas in manus incidant. Quod mihi hac ipſa in Anthologia exemplo non uno conſtitit. Ille ipſe Codex, quem Celeb. *Dorvillius* ſatis ſuperciliose *futilium chartarum* elogio mactavit, haud paucas mihi lectiones ſuggeſſit, lectionibus Vaticani Codicis absque controverſia meliores. Si modo is ipſum Codicem Vaticanum, non vitioſum apographum, inde derivatum, quod mihi quidem videtur, citavit. Utcunque hac de re ſit, quamvis ex uno eodemque Codice, olim Pa-

latino,

latino, nunc Vaticano, credantur omnia huius Anthologiæ exemplaria, quotquot in doctorum hominum manibus verſantur, emanaſſe, mirum tamen non eſt, ea inter ſe tantopere diſcrepare. Unus ſcriba in hoc errat, alter in alio: raro idem omnes delinquunt.

Eſſet hic locus inquirendi & dubium expediendi, unusne Codex antiquus Anthologiæ huius, an plures, exiſtant in Bibliothecis Italiæ, ſi plura apographa mihi ad manum eſſent. Codex Lipſienſis, ab *Iſaaco Grutero*, ut fertur, ex apographo *Salmaſiano* derivatus, non habet eam partem, quam *Ienſius* edidit. Ergone deeſt Codici Palatino, aut Vaticano, unde *Salmaſius* apographum ſuum fecerat? Non tuto licet hoc inde efficere. Valde tamen probabile eſt. *Ienſiana* fragmenta e ſchedis, ut videtur, *Guyeti*, aut *Menagii*, quod idem eſt, prodierunt. *Menagianas* ſchedas paſſim citant ſchedæ, de quibus protinus dicam, *Dorvillianæ*. Unde autem docti Galli ea habuerunt? Forte ab *Holſtenio*, qui in Notis ad *Stephanum Byzantinum* ubique laudat Codicem *Barberinianum* Epigrammatum Græcorum, & ex eo nonnulla citat, quæ neque in Codice Lipſienſi, neque in *Ienſiano* opuſculo, reperio. Unde efficitur, *Barberinianum* Codicem locupletiſſimum omnium eſſe, adeoque e Palatino non deſumtum. Habet idem *Barberinianus* Codex etiam Scholia & argumenta, ſingulis Epigrammatibus praefixa, & ad ſenſum eorum facilius percipien-

dum facientia, quae, quoniam Codici Lipſienſi deſunt, videntur etiam Palatino deeſſe. Sed haec decidere, cum ego quidem nequeam, permitto illis, quibus ambo illos Codices Romanos, aut eorum apographa, inſpiciendi, & comparandi, copia eſt.

Clariſſ. *Leichius pag. 8* laudatae Praefationis, unicum olim, ait, Heidelbergæ in Palatina Bibliotheca exſtitiſſe Epigrammatum Codicem, quem *Claud. Salmaſius*, *Scaligero* hortante, edendum ſuſceperit. „A quo conſilio (verba eius „ſunt,) infiniti librarii errores, & lacunæ, quibus „fœde affectus erat, eum poſtea deterruiſſe videntur. Forte fuerunt hi defectus Codicis Palatini, noſtro Lipſienſi communes, inter impedimenta *Salmaſiani* conſilii. Putem tamen, alia maioris momenti interceſſiſſe. Ingenium certe, quale *Salmaſii* fuit, vel maiora non terrent, non vincunt, obſtacula. Domuit ille vir vel ferociores beſtias. Scatet omnino Codex Lipſienſis vitiis; ſed eorum partem maximam cum aliis habet communem. Ingenium quoque non prorſus hebes eorum pleraque novit emendare. Me quidem a conſilio meo non abſterrent, quæ ſuperant, mendæ quædam inemendabiles, quarum numerum facile ineas. At quantillum me ad *Salmaſium!* Ut conſtet tamen, Codicem Lipſienſem, utcunque detractum eius pretio iverit Clariſſ. *Dorvillius*, tam contemnendum & pravum profecto

non

non eſſe, quin *Dorvillianos* iactatæ præſtantiæ libros interdum emendare poſſit; & ut porrò appareat, quantopere inter ſe differant exemplaria, fierique ex eo poſſit æſtimatio, cenſerine debeant omnia ex uno fonte emanaſſe: iuvat Epigrammata quædam, a Clariſſ. *Dorvillio* in Notis ad *Charitonem* edita, ad examen vocare, eaque omnia e *Libro* Anthologiæ ineditæ *primo*, quem totum ab editione mea arcere conſtitui, depromta. Non carebit ea res uſu. Emendatiora ſcilicet deinceps, & Latina quoque, legentur illa fragmentula. Prodidit itaque vir de literis elegantioribus meritiſſimus laudati libri *pag. 88* ſcitum hoc carmen *Meleagri*, βεβλήσθω κύβος &c. *num. 108*, quod chartæ parcus, & exſcribendi tædio, non apponam niſi Latine. Saltem id monere neceſſe eſt, ut Codex *Dorvill.* recte habet *ηνίδε, ecce*, pro vitioſa Cod. Lipſ. lectione ἠίδε, ſic viciſſim hunc rectius habere τόλμα, ubi ille τολμῶν. Præterea grandis macula elegans illud apoſpaſmatium adhuc obſidet, quam eluere V. D. multum, ſed fruſtra, laboravit. Legendum nempe *verſu 4*: Ἄπλετάχος. πᾶ δ᾽ ἡ πρόσθε &c. Ambo Codices, *Dorvill.* & meus, σπουδή vitioſe legunt, repetito σ e fine vocis præcedentis, & tribus vocabulis in unum colliquatis. Diſceptant in illo carmine ferus *Meleagri* in amores & comeſſationes impetus, & prudentia ſobrietatis, & literarum amans. *Iacta ſit alea*, faciamus periculum, ait flagitiorum amor, *accende* tu, puer, faculam,

qua-

quacum comeſſatum eam. *Procedo, ecce, aude modo, mi Meleager.* Interrumpit virtus, *O furcifer, quid agitas?* Scelus. *Comeſſatum ibo.* Virtus. *Comeſſatum ibo, ais? Quo te, mi anime, vertis?* Scelus. *Tune vero exiſtimas, penes amorem ratiocinii & prudentis conſiliorum penſitationis quidquam eſſe? Accende faculam pretinus*, tibi, puer, aio. Virtus. *Atqui ubi manet priſtinus ille tuus in ſtudia literarum amor?* Scelus. *Abeat in malam rem immanis ille ſapientiæ labor ærumnoſus. Satis eſt, me eo profeciſſe, ut ſciam, Cupidinem ipſius quoque Iovis ſpiritus depreſſiſſe, & ſibi ſubiugaſſe.* Immediate præcedebant hæc duo carmina, quæ *Dorvill. pag. 89* dat. *Num. 106* ἄδηλον:

Ἄκρητον μανίην ἔπιον. Μεθύων μέγα μύθοις,
Ὥπλισμαι πολλὴν εἰς ὁδὸν εὐφρόσυνος.

Furorem hausi non temperatum, temulentus immaniter ſermonibus,
Communitum & inſtructum habeo pectus lætitia longam ad viam,

quam ſcilicet ad amatum meum inire paro. Facile eſt, perſpicere, pro ultima voce legendum eſſe, aut εὐφροσύναις, aut εὐφροσύνας, ut redeat ad μύθοις, & cum eo copulandum ſit. *Num. 107* ἄδηλον:

Κωμάσομαι. Τί δέ μοι βροντέων μέλει, ἤ τι κεραυνῶν,
Ἢν βάλλῃ. Τὸν ἔρωτ᾽ ὅπλον ἄτρωτον ἔχων,

Μακρὴν

Μακρὴν δ' ἔχι μάτην ὁδὸν ἵξομαι, ἐςὶ δ' ἀωρὶ
Καὶ σκότος. Ἀλλὰ μέγας φανὸς ἐμοὶ Θεμίσων.

Exhibeo lectionem Codicis Lipſienſis, quam cum editione *Dorvill.* conferat, cui volupe eſt. Monendum tantummodo, pro ἔχων *verſu z* legendum eſſe ἔχω, & in βάλλῃ ſubintelligendum eſſe ὁ βάλλων, vel ὁ Ζεύς. Senſus itaque eſt: *Comeſſatum ibo, quid enim opus mihi eſt tonitrua & fulgura curare, quæ Iupiter forte iactet? Scutum habeo invulnerabile, amorem. Longam viam, at non fruſtra, ibo. Atqui,* (hic obiectionem ſibi format *Meleager,*) *atqui de nocte intempeſta eſt, & denſa caligo? Atqui* (ipſe ſibi reſpondet,) *magnus mihi phanus eſt Themiſo.* Ad *Themiſonem* contendo, cuius amor vicem phani, vel laternæ, mihi præſtat, ut viam per tenebras ad eum conficere poſſim.

Pag. 89 edidit Clariſſ. *Dorvill.* carmen num. *88.* Ὦ νθρωποι βωθεῖτε &c. cuius in ſecundo verſu Codex Lipſienſis rectius habet ἄρτι με πρωτόπλȣν, quam ille edidit; ut in ultimo verſu quoque rectius πρᾳότερον, quam πικρότερον, ut e Latinis his apparebit: *Opitulatum ſuccurrite vos homines. Me, poſt primum modo factum navigationis periculum, figentem in continenti ſolo veſtigium, trahit huc violentus amor; & velut facem e longinquo protendens e puero facit emicare formam adſpectu-*

ſpectu amabilem. Accedo igitur propius & propius, & conformatam in aere ſpeciem pueri iucundam, ab eius corpore labiis abſtractam, ἡδὺ φιλῶ, ſuaviter oſculor (ita enim legendum eſſe puto). *Tranquillioresne ergo Veneris fluctus in ſolo continenti emetior, dic, amabo, quam ſunt maris acerbi, quod ſuperavi?*

Carmen 61 Dorvill. pag. 512 dedit, ſed ita, ut e Codice Lipſienſi *verſu 5* βραβεύη reſtitui debeat. Verſionem Carminis hanc habe: *Imaginem Cupidinis, Venere nati, Praxiteles quidem ſtatuarius olim e marmore Pario confecit; nunc autem te, o Praxiteles, Deorum pulcherrimus, Cupido, vivam ſtatuam ipſe finxit & figuravit; quo ille quidem Cupido, vitæ expers inter res exanimes, hic vero in vivis, illices amorum ſpargerent, adeoque Cupidines ubique tam in terra, quam in beatorum inſulis, imperarent. O beatiſſima inter mortales ſacra urbs, quæ Diis genitum recentem Cupidinem iuvenum ductorem nutrivit!*

Notandum adhuc, *verſu 3* Codicem Lipſienſem dare νῦν σ᾽ ὁ θεῶν, unde effeci, νῦν δ᾽ ὁ θεῶν κάλλιϛος ἔρως σ᾽ ἔμψυχον, quod in Latinis expreſſi.

Carmen 147 θαρσαλέως τρηχεῖαν exſtat apud *Dorvill. pag. 332.* Sed ille verſu penultimo male σε dedit, pro quo reſtituendum eſt σὺ e Codice Lipſienſi, ut apparebit e Latinis. Audacter ſub præcordiis aſperum tolerabo mœrorem, & duræ vinculum pedicæ. Non enim

nunc

nunc primum diſcimus, o *Nicander*, clamores amoris, ſed ſæpe iam experti ſumus Amorem. Καὶ σύ με Ἀδράστεια, (ita legendum putem, non μέν, quod etiam Lipſienſis habet, aut certe καὶ σύ μέ γ᾽ Ἀδράστεια,) *tu ergo me, o Adraſtea, ob pravum conſilium puni, & tu, numinum acerbiſſimum, Nemeſis.* Τίσαι non eſt tertia perſona optativi activi, ſed ſecunda imperativi medii aor. 1, *ulciſcere te in perſona mea.* Satisfac tibi me puniendo, qui olim amatores ſprevi, nunc viciſſim ab iis, quibus frui cupio, ſpernor & reiicior.

Carmen 191 Dorvill. pag. 505 dedit, ſed cum duobus grandibus mendis, *verſu 4* γαλακτοπαγεῖ, & *verſu 5* διδοὺς, pro quorum illo γαλακτοπαγῆ, pro hoc δίδως, e Cod. Lipſienſi reſtituendum eſt. Latine carmen ita ſonat: *Pro aureis ænea licet nunc dicere, ut proverbium habet. Soſiades enim pulcher, & hirtus Diocles, inter ſe ludum, qui* δὸς λάβε *appellatur, ludunt.* (Ludus erat Græcis, quo unus luſor δὸς, *da*, & alter λάβε, *accipe*, dicebat; hoc applicat Poeta ad pæderaſtam, fœdum *Dioclem*, ad cuius rogationem δὸς, Ganymedes eius, *Soſiades*, muliebris patientiæ ſtuprum promte præſtabat τὸ λάβε, ſui copiam ipſi faciens.) *Quis autem unquam æquiparavit roſas, & vepres? Quis ficus & fungos? Quis lacti concreto ſimilem agnum hirtæ vaccæ? O ſtolide Soſiades, qualia das, & qualia eorum invicem fers?*

ſit ? Et modo Tydeides quoque Glauco donavit.

In *Carminis 97 verſu penultimo* lectionem Codicis Lipſienſis τὶ θαμβεῖς ego quidem lectioni τι θάμβος, quam *Dorvill. pag. 526* cum toto Carmine exhibuit; præfero.

Ad emendanda Codicis Lipſienſis vitia mihi, cum ingenio, locisque paſſim citatis, profuerunt quoque ſchedæ, quas, cum commodius nomen non ſuccurreret, *Dorvillianas* appellavi, utpote nactus eas ab illo viro, quem ſæpe expertus ergà me fui liberalem, & multo, quam ullum alium Batavorum, beneficentiorem. Dabat ille mihi, cum adhuc Leydæ agerem, (decennium ferme effluxit,) in mandatis, ut ſchedas, quas ab amico, neſcio quo, nactus fuerat, ſcriptas ab ignota mihi quidem manu, & *Urſinianis* fragmentis Poetarum Græcorum, Antwerpiæ, apud Plantinum, A. 1568 editis, inſutas, in uſum ſuum exſcriberem. Parui, ſed ſimul ipſe mihi quoque paravi apographum, quinque foliorum in forma quarta, quorum tamen primum neſcio quo devenerit; cetera adhuc ſervo. Continent autem hæ ſchedæ Carmina ferme quadraginta *Noſſidis*, *Anytæ*, *Simonidæ*, & aliorum, partim a clariſſimo *Wolfio* in Fragmentis Poetriarum Græcarum, partim a *Ienſio* pone Lectiones *Heſychianas*, edita, partim etiam adhuc inedita.

Opuſculum, quod modo memorabam, *Ienſianum* ab editione mea non ſinant abeſſe, quamvis abnor-

abnormibus calami vitiis ſcateat, & largam coniecturis atque emendationibus copiam præbeat, etiam poſt ſtrenuos labores & præclara de illo merita doctiſſimorum hominum *Heringæ*, atque *Rhunkenii*. Forte accedent interea temporis, donec illuc venero, (eſt enim ea pars operis ultima,) ſchedæ *Gœtzianæ*, de quibus *Leichius* in Præfat. ad *Carm. ſepulchralia pag.* 12 memorat. Latent illæ in vicinia, Halæ, earumque ſpes mihi nuper facta eſt a celeberrimo Halenſis Academiæ Theologo. „Codicis Palatini apographum, unde hæc Epigrammata excerpſimus, Ill. *Maſcovius*, qui „non ipſe modo humaniores literas religioſiſ-„ſime colit, ſed earum quoque ſtudioſos modis „omnibus fovet & ornat, ex Bibliotheca Sena-„tus Lipſienſis nobis liberaliter ſuppeditavit. „Deſcriptus eſt liber ex *Salmaſii*, ut apparet, „exemplari, accurata *Iſaaci Gruteri* manu, & „olim *Gisberti Cuperi*, Viri ſummi, fuit, qui „eius in Epiſtolis ad *Clericum & la Crozium* „paſſim meminit.„ Ut verba hæc Clariſſ. *Leichii* mea facerem, res ipſa flagitabat. Quod *Leichio*, idem mihi quoque, beneficium indulſit Vir ſummus, non uno nomine de literis immortaliter meritus.

In edendo ita me geſſi, ut certas, ſive ex ingenio meo, ſive ex aliorum ſcriptorum collatione, depromtas, emendationes protinus in ipſo textu exhiberem, in notas reiecta vitiorum, quæ

Codicem Lipſienſem obſident, commemoratione. Omnes meæ ſunt emendationes, quarum auctorem & prædem nominatim non indicavero.

Hæc erant, quæ Lectorem monere volebam. Solum id adhuc teneat velim, primos quosque conatus perfectos non exire, ſed ingenii opera eodem proceſſu, atque quæ natura condit, creſcere. Formatis depactisque primis corporum minutis ſtaminibus addendæ iterum iterumque moleculæ, donec auctæ numero in grandem molem coaleſcant. Neque tædio id ſit, quod multa Anthologiæ apoſpaſmatia, iam olim edita, recoquam. Non aliter per inſtituti mei rationem poſſum. Neque erit eorum unum aliquod, cui novum aut decorem, aut ſupplementum, non addiderim. Viri docti noſtra patrumque ætate multa, fateor, ex hac Anthologia citarunt, ſed aut non dederunt, quæ dabant, integra, contenti ſtichum unum alterumve prodere, aut dederunt abſque Latina interpretatione, interdum quoque ſatis mendoſe. Utile igitur & opus erat, ea Latina civitate donata, &, quoad eius fieri in hac ſubſidiorum penuria poterat, emendata, unoque continuo filo nexa, exhibere. Quod gratiæ, ut mihi quidem perſuadeo, haud parum habet. Plurima profecto eorum, quæ nunc edo, & deinceps, volente Deo, edam, recentia ſunt & illibata. Cetera, quæ novitatis gratia carent, lepore tamen adeo non

carent,

carent, ut ea relegere quemquam pigeat. Suavem cantilenam homo muſicus vel iterato audire aveat.

CAPVT ANTHOLOGIAE INEDITAE TERTIVM, CONTINENS AMATORIA.

ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΕΡΩΤΙΚΩΝ.

Carmen 278 Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ.

Στῆλαι καὶ γραφίδες καὶ κύρβιες εὐφροσύνης μὲν
Αἴτια τοῖς ταῦτα κτησαμένοις μεγάλης.
Ἀλλ' ἐς ὅσον ζώουσι. Τὰ γὰρ κενὰ κύδεα φωτῶν
Ψυχαῖς οἰχομένων οὐ μάλα συμφέρεται.
Ἡ δ' ἀρετὴ σοφίης τε χάρις κἀκεῖθι συνέπει,
Κἀνθάδε μιμνάζει μνῆστιν ἐφελκομένη.
Οὕτως οὔτε Πλάτων βρενθύεται, οὔτε Ὅμηρος
Χρώμασιν ἢ στήλαις ἀλλὰ μόνῃ σοφίῃ.
Ὄλβιοι ὧν μνήμη πινυτῶν ἐνὶ τεύχεσι βίβλων
Ἀλλ' οὐκ εἰς κενεὰς εἰκόνας ἐνδιάει.

Statuæ quidem & imagines pictæ publicæque tabulæ delectationem
Creant conſecutis magnam.

At donec vivunt tantummodo. Nam inanes hominum honores
Animabus defunctorum non magnopere conducunt.
Virtus autem & ſapientiæ gratia etiam illuc abeuntem comitatur,
Et ibi manet, a memoria ſui non deſerta.
Tantopere neque Plato, neque Homerus, faſtuantur
Pictis imaginibus erectisve ſtatuis, quantum ſola ſapientia.
Beati, quorum memoria ſubtilium in codicibus librorum,
Non vita vacuis imaginibus, inhabitat.

Non video, quid huc faciat hoc Epigramma, cui cum amoribus mulierum commune nihil eſt. Niſi forte, quæ ſequuntur uſque ad finem, omnia ſint *Agathiæ* collectio, cui celeber ille Auctor, & plus, quam illa ſecula ferebant, venuſtus, hoc Epigramma, literarum, ſtudia commendans, tanquam Præfationem præſcripſerit. Coniecturam hanc ſequentia confirmant. *Verſu quinto* mallem κεῖκεισε, *illuc*, pro κεῖκεῖθε, *ibi*.

Carmen 279 eiusdem.

Φεύγετε νέοι παῖδα Κυθήρης τοξοβόλον Ἔρωτα.

Fugite, o iuvenes, filium Veneris, ſagittarium Cupidinem.

Vix

Vix videtur integrum eſſe, plura tamen in Codice meo non inveni.

Carmen 280 eiusdem.

Νέοις ἀνάπτων καρδίαις σοφὴν ζέσιν,
Ἀρχὴν ἔρωτα τῶν λόγων ποιήσομαι.
Πυρσὸν γὰρ οὗτος ἐξανάπτει τοῖς λόγοις.
In corde iuvenum accenſurus ignem ſapientiæ
Sermonibus, faciam ab amore initium diſſerendi.
Amor enim tædam accendit literis.

Quantum intelligo, ſenſus eſt *verſus* ultimi, amorem incitare ad literarum ſtudia, quos occupaverit, animos. Quod interdum contingere poteſt. Vel forte ſenſus eſt: quo Cupido præit, velut faculam gerens, & viam monſtrans, ſeu ad quam literarum partem fert animus, atque ſtudium iuvenum, eam cito diſcunt.

Carmen 281 Στατυλλίου Φλάκκου.

Ἀργυρέον λύχνον με συνίστορα πιστὸν ἐρώτων
Οὐ πιστῇ λύχνον Φλάκκος ἔδωκε κόρῃ.
Ἧς παρὰ νῦν λεχέεσσι μαραίνομαι τῆς ἐπιόρκου
Παντοπαθῆ κούρης αἴσχεα δερκόμενος.

✻ ✻ ✻ ✻

Φλάκκε, σε δ' ἄγρυπνοί χαλεπαὶ τείρουσι μέριμναι,
Ἀμφοὶ δ' ἀλλήλων ἄνδιχα καιόμεθα.

Me lychnum argenteum, nocturnorum amorum fidelem conſcium
Infideli dedit Flaccus puellæ:
Cuius apud thorum fatiſco, periuræ,
Omnis iniuriæ patientia ſcelera puellæ videns.
Te vero, Flacce, duræ interea terebrant ſollicitudines.
Ambo ergo nos, ſeorſim quisque, urimur.

In *verſu ſecundo* exſtabat in Codice Lipſienſi: Φλάκκον ἔδωκεν ἀπῇ. Quod reformavi. *Verſu quarto* παιδοπαθῆ pro παντοπαθοῦς poſitum eſt, adeoque turpitudinibus tributum, quod puellæ debebatur. Alloqui autem lychnum, velut numen venerari, aut, ut hic factum, loquentem introducere, mos eſt Poetarum, ut aliquot exemplis ex Anthologia edita poteſt oſtendi.

Carmen 292 Γαιτυλικοῦ εἰς ἑταίρων τινά.

Ἀγχιάλου ῥηγμῖνος ἐπίσκοπε, τοὶ τάδε πέμπω
Ψαιστὰ καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης.
Αὔριον Ἰονίου γὰρ ἐπὶ πλατὺ κῦμα περήσω,
Σπεύδων ἡμετέρης κόλπον ἐς Ἐιδοθέης.

Οὔριος

Ὄυριος ἀλλ' ἐπίλαμψον ἐμῷ καὶ ἔρωτι καὶ ἱςῷ,
Δέσποτι καὶ θαλάμων, Κύπρι, καὶ ἠϊόνων.
Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δουλίδας ἐκλεγόμεθα,
Οἱ μὴ τοῖς σπαταλοῖς κλέμμασι τερπόμενοι.
Ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρου, σοβαρόν τε φρύαγμα,
Καὶ μέχρι κινδύνων ἑσπομένη σύνοδος.
Ταῖς δὲ χάρις καὶ χρὼς ἴδιος, καὶ λέκτρον ἕτοιμεν
Δώροις ἐκπάγλοις οὐκ ἀλεγιζόμενον.
Μιμοῦμαι Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέος, ὃς προέκρινεν
Ἑρμιόνης ἀλόχου τὴν λάτριν Ἀνδρομάχην.

Litoris undoſi præſes Venus hæc tibi mitto
Libula, ceteraque modici dona ſacrificii.
Cras enim Ionii maris in vaſtos fluctus me committam,
In gremium veſtræ Eidotheæ feſtinans.
Age itaque, affulge ſecundis cum auris meo, & amori & malo,
O Venus, thalamorum iuxta litorumque domina.

Pompaticis ancillas præferimus
Nos quidem, quos luxurioſa furta non delectant.
Illis quidem fragrat cutis unguento, frons arrogans quid & inſolens tuetur;
Ad pericula usque promti amplexus.
His vero nativæ ſunt gratia & cutis, & paratus lectus,
Donis inſanis non pellectus.
Imitor Pyrrhum, Achillis filium, qui prætulit
Hermionæ uxori ancillam Andromacham.

Elegans hoc eſt Epigramma, quod aut imitatus eſt *Horatius Carm.* aut *Getulius* hauſit ex *Horatio.* Non enim de Auctoris ætate mihi conſtat. Videtur tamen potius poſterius. Ambo certe carmina conferri merentur. *Suidas* paſſim, ut in voc. ἐπηγμῖνι: Ἰόνιος κόλπος, & Εἰδοθέα videtur ad hoc fragmentum reſpexiſſe, quamvis nihil inde niſi partem ultimam *primi verſus*, & totum ſecundum in voc. ψαιςὰ citaverit, ubi σοι pro τοι habet. In voc. Εἰδοθέα ait ὄνομα κύριον, nomen proprium id eſſe. Num ergo pro vexato illo apud *Petronium Oenothea*, vel *Enothea*, aut *Genothea*, vel denique *Enthea*; legendum *Eidothea*, vel *Idothea*? Facile ex *Enothea* efficiatur *Eitothea*, quomodo forte ſcripſerit librarius Græcæ compoſitionis ignarus.

rus. Notat autem ea vox mulierem *Veneri ſimilem.* Ad Venerem nempe præcipue in hoc muliebri nomine reſpicitur. *Verſu quinto* intelligit *malum navis*, & metonymice totam ſuam navigationem. Venus porro litoribus æque atque thalamis & lectis coniugalibus præſidere credebatur olim, quod in mari nata ferretur. Curam, exempla & teſtimonia huius rei comportandi, mando illis, qui de rebus non magni momenti prolixos commentarios operoſe conſtruunt. Inſanum ſtudium amorum ſumtuoſorum vetitorumque, & cum multis periculis coniunctorum, ut ſunt corruptio matronarum primi ordinis, cum noſtro Poeta damnarunt, præter laudatum *Horatium*, *Dio Chryſoſtomus*, *Petronius*, & alii, quorum teſtimonia citare & exaggerare vix opus eſt in re nota, neque hodienum adhuc deſita. Nitimur omnes in vetitum, cupimusque negata. Eſt idem humanum genus, atque olim fuit, & deinceps erit. *Amplexus usque ad pericula promti* ſignificat matronarum difficiles & periculoſos amores, non ſemper patentes, cum illæ pericula ſubire in amatorum gratiam vereantur. Pro voce κινδύνων erat in Codice MSto κινδύνȣ, quod tueri ſe quidem poterat, præferendum tamen alterum puto. *Verſu* denique *12* pro ἐκπάγλοις, emendatione mea, legitur in Cod. MSto ἐκ πατάλοις. Pro quo in margine adſcriptum eſt καὶ σπατάλης, quod, non

ſatis percipio, quid ſibi velit. Marginalos illæ notæ vulgo *Salmaſio* tribuuntur, quam recte maleve, non dixerim.

Carmen 183 Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως.

Ὅτι πάσας τὰς ὕλας ἡ ἡδονὴ ἀσπάζεται, καὶ χωρὶς χρυσοῦ ἑταίρα οὐχ ἁλίσκεται. *Quod omnes materias voluptas admittat, & absque auro nulla meretrix captetur.* Per *materias* intelligit metalla, & numos, inde cuſos.

Χρυσέος ἦν γενεὴ, καὶ χάλκεος, ἀργύρεόν τε
Πρόσθεν. παντοίη δ᾽ ἡ Κυθέρεια τὰ νῦν.
Καὶ χρηστοῦ τίει, καὶ χάλκεον ἄνδρ᾽ ἐφίλησεν,
Καὶ τοὺς ἀργυρέους οὔποτ᾽ ἀποστρέφεται,
Νέστωρ, ἡ Παφίη. Δοκέω δ᾽ ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς
Οὐ χρυσὸς, χρυσοῦς δ᾽ ἦλθε φέρων ἑκατόν.

Aureum quondam & aeneum & argenteum erat
Seculum. Nunc autem generis omnis eſt Venus. (a)
Et aureum (b) *honorat, o Neſtor, Venus virum, & aeneum oſculatur,*

Neque

(a) Id eſt, poteſt hodie libido mercede cuiuscunque generis, aurea, argentea, aenea, expleri.

(b) Id eſt, aureos numos ferentem, & ſic porro.

Neque argenteos unquam averſatur.
Puto quoque, eum, qui ad Danaën itaſſe dicitur, Iovem
Non aureum, ſed aureos centum ferentem, virum fuiſſe.

Carmen 284 Μάρκου Ἀργενταρίου εἰς Μέλισσαν τὴν ἑταίραν.

Ποιεῖς πάντα, Μέλισσα, φιλανθέος ἔργα μελίσσης,
Οἶδα, καὶ ἐς κραδίην τοῦτο, γύναι, τίθεμαι.
Καὶ μέλι μὲν στάζεις ὑπὰ χείλεσιν ἡδὺ φιλεῦσα,
Ἢν δ' αἰτῇς, κέντρῳ τύμμα φέρεις ἄδικον.
Cum api florum amante facis eadem, o Meliſſa (c), *omnia.*
Novi, & animo id, o mulier, conditum ſervo.
Dulce quidem mel a labiis oſculando fundis.
At mercedem poſcens aculeo pungis iniquo.

Carmen 285 Ῥουφίνου εἰς πόρνας.

Πυγὰς αὐτὸς ἔκρινα τριῶν. εἵλοντο γὰρ αὐταί
Δείξασαι (d) γυμνὴν ἀστεροπὴν μελέων.
Καὶ

(c) Luſus in hac voce eſt Latinæ linguæ haud imitabilis. *Meliſſa* & nomen muliebre eſt, & notat quoque apim.
(d) Adſcriptum video in margine velut emenda-

Καὶ ἐ ἡ μὲν τροχαλοῖς σφαραγιζομένη (*) γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ γλυτῶν ἤθεεν (e) εὐαφίην.
Τῆς δὲ διαιρομένης (f) φοινίσσετο χιονέη σὰρξ
Πορφυρέοιο ῥόδε μᾶλλον ἐρυθροτέρη. (g)
Ἡ δὲ γαληνιόωσα χαράσσετο h) κύματι κωφῷ
Αὐτομάτη τρυφερῷ χρωτὶ σαλευομένη.

Ei.

tionem δέιξασθαι. Verum ea non emendatio, ſed corruptio, eſt. Conſtructio enim ſic fluit: Αὐταὶ γὰρ, δέιξασαι - εἵλοντο με, nempe κριτὴν, vel κρίνειν, quod ex præcedente verbo ἔκρινα tacite repetendum & ſupplendum eſt.

(*) In Codice Lipſienſi ſcriptum inveni σφραγιζομένη. Quod huc non quadrat, ſenſu metroque repugnante.

(e) Ἤθεεν non ſatis placet. Expreſſi tamen in Latinis, cum emendatio non ſuccurreret. Verbum eſt in re tam molli & delicata nimis violentum. *Exprimere* velut per colum, tactus mollitiem, Arabicum, aut Gothicum, ſapit.

(f) Dubitavi, quomodo verbum hoc redderem. Poteſt enim varios ſignificatus hic loci recipere. Significat autem *crura in greſſum diſtendere*, *ſchreiten*. Vid. *Caſaubonum* ad *Theophraſti Charact.* item *diducere clunes*. Verum aptiſſimum huic loco iudicavi, quod in Latinis dedi.

(g) Firmat hic locus emendationem meam ad *Charitonis pag. 24 v. 18.*

(h) Χαράσσετο proprie eſt *ſinebat*, vel *faciebat*, *ſe ſulcari*, id eſt, efficiebat, ut ſulci prodirent

Εἰ ταύτας ὁ θεῶν κριτὴς (i) ἐθεάσατο πυγάς,

Οὐκέτ' ἂν οὐδ' ἐσιδεῖν ἤθελε τὰς προτέρας.

Ambigo, reddamne Latine Carmen hoc nequam, an omittam. Sed age tamen, morem meum non deſeram. Certe nequius non eſt *Alciphronis* Epiſtola *Libri I, 39*, in qua myſteria hæc ſatis inverecunde revelantur. Illa ſi potuit a *Berglero* Latine abſque reprehenſione reddi & edi; quidni mihi quoque liceat, Carmen hoc utroque ſermone exhibere?

Nates trium puellarum iudicavi. (k) *Deligebant enim ipſæ me arbitrum,*

Monſtrantes nudum nitorem membrorum.

Una

in cuti ſua; undas exeitabat, ut in Latinis dedi. Coniungit τὴν γαλήνην, tranquillitatem vultus nempe, cum κύματι, fluctu, reſpiciens ad mare, cuius ambo ea prædicata ſunt, hic metaphorice puellæ applicata.

(i) In Codice Lipſienſi, uti etiam in Anthologia edita *VII*, 141, ſtructa erant verba ſic: Εἰ ταύτας ὁ θεῶν ὁ κριτής. Margini Codicis Lipſienſis adſcriptum erat: εἰ ταύτας δὲ θεῶν ὁ κριτής. Sed lectio hæc admitti nequit, quia δὲ vacuum eſt, utpote nihil hic ſignificans, & κρι in κριτὴς longum eſt. Facile autem apparet, quare compilator Anthologiæ editæ, ceteris abiectis, poſtremum tantummodo diſtichon ſervaverit, & collectioni ſuæ inſeruerit.

(k) Natibus de forma contendere, & nates iudi-

Una quidem volubilibus perſtrepens gelaſinis,
Candida exprimebat e natibus tactus mollitiem.
Alterius, induſium tollentis, apparebat rubeſcens nivea cutis,
Purpurea roſa fulgentior.
Tertia, tranquillum monſtrans vultum, undas excitabat fluctu muto,
Vi ſua in tremorem compellens delicatulam cutim.
Has ſi vidiſſet nates Dearum arbiter, Paris,
Certe noluiſſet antiquas illas (1) *vel adſpicere.*

Carmen 286 Eiusdem.

Μή τ᾽ ἰσχνὴν λίην περιλάμβανε, μήτε παχεῖαν.
Τούτων δ᾽ ἀμφοτέρων τὴν μεσότητα θέλε.
Τῇ μὲν γὰρ λείπει σαρκῶν χύσις, ἡ δὲ περισσὴν
Κέκτηται. Λεῖπον μὴ θέλε, μηδὲ πλέον.

Neque

care, erat ergo in conventibus meretricum & ſcortatorum ſolennis occupatio. Hodie certe facetuli ægerrime ferrent, ſi a puellis ſuis iuberentur εἰς τὸν πρωκτὸν ὁρᾶν.

(1) Ut quis velit, poteſt vel ad Deas, vel ad nates, referre.

Neque valde macram amplectere, neque valde obeſam.
Sed, inter ambas, medium quod ſit, id ama.
Illi enim deficit carnium ubertas, haec autem ſuperflua
Gaudet. Neque deficiens cupito, neque ſuperfluum.

Carmen 287 Νικάρχȣ.

Ὅτι τὰς εὐμεγέθεις δεῖ φιλεῖν. *Proceras amandas eſſe.*

Εὐμεγέθης πείθει με καλὴ γυνὴ, ἄν τε καὶ ἀκμῆς
Ἅπτητ', ἄν τε καὶ ᾖ, Σιμύλε, πρεσβυτέρη.
Ἣν μὲν γάρ με νέα περιλήψεται, ἣν δὲ παλαιὴ
Γραῖα με καὶ ῥυσσὴ, Σιμύλε, δικάζεται.

Procera & formoſa me obſequioſum habet mulier, ſive primam iuventutem
Attigerit, ſive etiam, Simyle, paulo ſit provectior.
Nam, ſi iuvencula me amplectatur (bene) (1).
Si vero vetula anus & rugoſa me, Simyle, - - - -

Car-

(1) Notus eſt idiotiſmus Graecorum, quo apodoſin illam, qua ſignificatur quis prodoſi acquieſcere,

Carmen 288 τῦ αὐτῦ πρὸς ἑταῖραν Φιλυμένην παραίνεσις.

Τῆς μητρὸς μὴ ἄκυε Φιλυμένη. Ἢν γὰρ ἀπέλθω,
Καὶ θῶ ἅπαξ ἔξω τὸν πόδα τῆς πόλεως,
Τῶν καταπαιζόντων μὴ σχῆς λόγον, ἀλλὰ γ' ἐκείνοις
Ἐμπαίξασ' ἄρξαι πλεῖον ἐμῦ τι ποιεῖν.

Matri ne auſculta, o Philumene, ſed, ut exceſſero,
Pedemque extulero ex urbe,
Contemne irriſores, & viciſſim ipſis
Irridens, incipe me magni facere.

Obſcuri nonnihil, & parum ſalis, deprehendo. *Verſu tertio* dederat Codex Lipſienſis ἀλλὰ ἐκείνυς ἐμπαίξαισ' ἄρξαι. Poſſet quoque tentari ἀλλ' ἐς ἐκείνυς ἐμπαίξασ' ἄρξαι.

Carmen 289 τῦ αὐτῦ, πρὸς ἑταίραν Λέμβιον καὶ Κερκύριον, εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα μικρῶν καραβίων τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. *Eiuſdem, in Cercurium & Lembium, duas meretrices.*

re, omittunt. Εὖ γε. In ſequentibus autem aut corruptum eſt δικάζεται, aut ego acumen illius verbi non percipio. Propterea lacunam ibi reliqui in Latinis.

tes. Sunt autem ea nomina parvorum navigiorum, quæ penes nos ſandalia dicuntur (1):

Λέμβιον, ἡ δ' ἑτέρα Κερκούριον, αἱ δύ' ἑταῖραι
Αἰὲν ἐφορμοῦσιν (2) τῷ Σαμίων λιμένι.
Ἀλλά, νέοι, πανδημὶ τὰ λῃστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
Φεύγετε. Ὁ συμμίξας καὶ καταδὺς πίεται.

Lembium, & altera, Cercurium, duæ meretrices,
Semper ſubſident Samiorum portui.
At vos, o iuvenes, quotquot eſtis, populares,
ſcaphas Veneris piraticas
Vitate. Quisquis illis illidit, & in illis mergitur, abſorptus periit.

Carmen

(1) Inſcriptio hæc profecta eſt a librario, recentioris ætatis homine. Conf. *Du Cangii Gloſſ. mediæ & infimæ Græcitatis h. v.* Argutum ſatis eſt hoc fragmentulum. Scaphis ſolebant olim Græci mulieres comparare, & negotium venereum navigationi, aut remigio. Scapha ſic eſt mulier, lectus oceanus, vir nauta, pars eius in eo negotio maxime actuoſa remus, actio ipſa navigatio. Novum hoc non eſt illis, qui *Ariſtophanem* & Anthologiam editam callent.

(2) Ἐφορμοῦσιν, an ὑφορμοῦσιν, rectum ſit, diſputat Celeb. *Dorvillius ad Chariton. pag. 318*, ubi totum hoc Epigramma ſub nomine *Rufini* edidit. Sed recte tuetur vulgatam, quæ notat *ſupercubant*, ſtant in oſtio ipſo portus, *ſie liegen vor Ancker.* Vid. Antholog. *H. Stephani pag. 104 lin. 8.*

Carmen 290 Κυκλιάκλορος (1).

Παρθενικὰ κέρα τὰ κέρματα πλείονα ποιεῖ
'Ουκ ἀπὸ τᾶς τέχνας, ἀλλ' ἀπὸ τᾶς φύσιος.

Puella virgo numos multiplicat,
Non ab opificio, ſed a naturæ dotibus.

Carmen 291 Φιλοδήμȣ.

Χαῖρε σύ. Καὶ σύ γε χαῖρε. (2) Τί δεῖ σε καλεῖν; τί δέ; μήπω
Τȣ̃το. Φιλόσπȣδος. Μή τε συ. Μή τιν' ἔχεις;
'Αεὶ τὸν φιλέοντα. Θέλεις ἅμα σήμερον ἡμῖν
Δειπνεῖν. Εἰ συ θέλεις. Ἔστ' (*) ἀπό σȣ παρέσῃ.
Μηδὲν μοι προδίδȣ. Τȣ̃το ξένον. 'Αλλ' ὅσον ἄν σοι
Κοιμηθέντι δοκῇ, τȣ̃το δός. 'Ουκ ἀδικεῖς.
Πȣ̃ γίνῃ; πέμψω. Καταμάνθανε. Πηνίκα δ' ἥξεις.
Ἣν συ θέλεις ὥρην. 'Ευθὺ θέλω. Πρόαγε.

Poeta.

(1) Nomen Auctoris ſuſpectum. Carmen ipſum interpretatione ampliore non indiget, neque ſalis multum habet.

(2) In Codice erat καὶ. σύγχαιρε. Et paulo poſt (*) 'Ευτ'.

Poeta. *Salve.* Puella. *Et tu quoque ſalve.*
Po. *Quo nomine oportet te citare?* Pu.
Quid vero hoc ad te? Nondum
Hoc (quære). Po. *Seria es?* Pu. *Neque*
tu eſto (ſerius). Po. *Habesne tecum*
aliquem?
Pu. *Semper* (habeo mecum) *amantem.* Po.
Visne mecum hodie cœnare?
Pu. *Si tu quidem cenſes.* Po. *Anne vero*
ſponte tua venies?
Pu. *Nihil mihi da.* (3) Po. *Miris modis agis.*
Pu. *Sed, quantum tibi exacta nocte gau-*
dioque libuerit, tantum da. Po.
Æqua es.
Ubinam habitas? Mittam (qui te arceſſat).
Pu. *Audi.* (4) Po. *At quando venies?*
Pu. *Quacunque hora volueris.* Po. *At ego*
quidem protinus volo. Pu. *Ergo præi.*
Sequar te.

Inter lepidiſſima totius Anthologiæ Carmina hoc eſt. In Codice manuſcripto miſere con-

 fuſæ

(3) Videtur Poeta ſe pingere, tanquam ſi puellæ numos in arrhabonem certi adventus in anteceſſum daret, puella repudiante contra mores meretricum, quæ pecuniam nunquam recuſant. Propterea ſubiungit, *miris modis agis.* Hanc animi liberalitatem a ſorte tua non exſpectaſſem.

(4) Fingendum eſt, puellam Poetæ ſuum domicilium indicare. Similis locus eſt apud *Ariſtophan. Acharn. v. 1057.*

fuſæ erant interpunctiones, & nulla comparebant perſonarum colloquentium indicia. Diſtinxi ergo melius in Græcis, & in Latinis perſonas adſcripſi.

Carmen 292 Ῥυφῖνε εἰς Θάλειαν τὴν ἑταίραν.

Πολλάκις ἠρασάμην σε λαβὼν ἐν νυκτὶ, Θάλεια,
Πληρῶσαι θαλερῇ θυμὸν ἐρωμανίῃ.
Νῦν δ' ὅτε μοι (5) γυμνὴ γλυκεροῖς μελέεσσι πέπλασαι,
Ἔκλυτος ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ.
Θυμὲ τάλας, τί πέπονθας. Ἀνέγρεο, μηδ' ἀπόκαμνε.
Ζητήσεις ταύτην τὴν ὑπερευτυχίην.

Sæpe te, Thalia, per noctem frui, optavi, ut mihi contingeret,
Indomitoque animum ſatiare Veneris impetu.
Nunc vero, quando nuda mihi accubas tuis cum dulcibus membris,
Reſolutus ego iaceo veternoſo torpore.
Miſer anime! Quid tibi contigit? evigila,
Ante peractum laborem ne fatiſce.

Requi-

(5) Inſerui μοι pro lacuna, quæ in Codice erat. Πέπλασαι eſt pro πεπέλασαι.

Requires aliquando votis irritis hanc, in promtu poſitam, felicitatem, ſpe votisque potiorem.

Carmen 293 τȣ̃ Δικαίȣ Γάλλȣ, forte *Severi Galli.*

Ἐι δυσὶ (6) λειτȣργȣ̃σα πρὸς ἓν τάχος ἀνδράσι, λύδη,
Τῷ μὲν ὑπὲρ νήδυν, τῷ δ᾽ ἀπὸ τῶν ὄπιθεν (7)
Ἐισδέχομαι φιλόπαιδα γυναικομανῆ φιλυβριστήν,
Ἐι σπεύδεις ἐλθὼν σὺν δυσὶ μὴ κατέχȣ.

Carmen 294 ἀδέσποτον.

Καὶ πενίη καὶ ἔρως δύο μοι κακά. Καὶ τὸ μὲν οἴσω
Κȣ́φως, πῦρ δὲ φέρειν Κύπριδος ȣ̓ δύναμαι.

(6) Ita repoſui, ſenſu flagitante, pro τρισὶ, quod erat in Codice.

(7) In Codice erat τῷ δ᾽ ὑπὸ τὸ ὄπιθεν. Videtur de muliere loqui, duo viros πρὸς ἓν, ſimul uno eodemque tempore, patiente, & unum ab antica, alterum a poſtica, admittente. Sequens Diſtichon prorſus non intelligo. Neque grande damnum in eo. Τάχὸς pro θᾶττον, vel τάχιστα, videtur poſitum.

Paupertas & amor, duo me mala, cruciant,
& illam quidem feram
Æquo levique animo. At Veneris ferre
ignes non valeo.

Carmen 295 Διοσκορίδου.

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν. Ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.
Ἀλλ' ἡ μέν ψευδὴς, κενὰ δ' ὅρκια, τῷ δ' ἐφυλακτεῖ (8)
Ἵμερος, ἡ δὲ θεῶν οὐ φανερὴ δύναμις.
Θρήνους, ὦ ὑμέναιε, παρὰ κλήϊσιν ἀκούσαις
Ἀρσινόης, παστῷ μεμψαμένους προδότῃ.

Iureiurando nos obligabamus (9). *Iusiurandum erat id, quod fidelem*
Arſinoes amicitiam Soſipatro ſpondebat.
Verum illa quidem periura. Irrita ſacramenta. Hunc (10) *autem allatrat*
Steri-

(8) In Codice eſt τῷ δὲ φυλάχθει, & paulò poſt μεμψάμενος. Curæ & ineffic aces cupidines, ſomnum arcentes, *allatrare* dicuntur hominem.

(9) Scilicet *Arſinoe* atque *Soſipater*, nuptias ſibi condicentes. Sed puella fidem fallebat, alteri nubens.

(10) Δεικτικῶς, id eſt, me ipſum, Poëtam, *Soſipatrum.*

Sterilis cupido. Deorum vis nuſquam conſpicua.

Lamentationes, o Hymenae, apud fores audias

Arſinoes, thalamo eius geniali perfidiam obiectantes.

Carmen 296 τȣ͂ αὐτȣ͂ εἰς Ἀρισονόην (11).

Ἡ πιθανή μ' ἔςρωσεν Ἀρισονόη, φίλ' Ἄδωνι,

Κοψαμένη τῇ σῇ ςήθεα πὰρ καλύβῃ.

Εἰ δώσει ταύτην καὶ ἐμοὶ χάριν, ἥν ἀποπνεύσω,

Μὴ πρόφασις. Σύμπλȣν σύμμε λαβὼν ἄπαγȣ (12).

(11) Ita repoſui e ſequente verſu pro Ἀρσινόην, quod erat in Codice.

(12) In Codice erat συμμελαβὼν ἀπαλὸν. Poſſet quoque ἄπαγε, vel ὕπαγȣ, coniectari pro ultima voce. Conf. *Carm.* 352, ubi legitur σύμπλȣν σύν με λαβὼν ἀγέτω. Ibi συν & λαβὼν, per thmeſin poſita, idem valent atque συλλαβὼν. Hic autem σύμμε idem eſt atque σύ με. Metrum videtur flagitaſſe, ut μ geminaretur. Saltem id neceſſe viſum fuit Poetæ. Alloquitur autem *Charontem.*

Eloquii potens Ariſtonoe me proſtravit, amice Adoni (13),
Plangens pectus apud tuum tabernaculum.
Si & mihi hanc indulgebit gratiam mortuo,
Nullæ amplius nectuntor moræ. Convectore me aſſumto, perge ad inferos.

Carmen 297 τȣ͂ αὐτȣ͂.

Μήποτε γαςροβαρῆ πρὸς σὸν λέχος ἀντιπρόσωπον (14)
Παιδογόνω κλίνης κύπριδι τερπόμενος.
Μεσσόθι γὰρ μέγα κῦμα, καὶ ȣ̓κ ὀλίγος πόνος (15) ἔςαι,
Τῆς μὲν ἐρεσσομένης, σȣ͂ δὲ σαλευομένȣ.
Ἀλλὰ πάλιν (*) ςρέψας ῥοδοειδέϊ τέρπεο πυγῇ,
Τὴν ἄλοχον νομίσας ἀρσενόπαιδα κύπριν.

Ne

(13) Exſtruebant fœminæ in feſto *Adonis*, quo ipſum plangebant, in tectis domuum tabernacula, in quibus luctum illum Phœnicicum peragebant. Conſ. *Ariſtophanes*, *Seldenus de Diis Syris*, aliique multi, qui de Adoniaſmis, Sabbatiaſmis, &c. ſcripſerunt.

(14) Tueri ſe bene poteſt hæc lectio; uti etiam ſequens κλίνης, ſubintellecto σεαυτὸν. Mallem tamen ἀντιπρόσωπος & κλινῇς in ſubiunct. Aor. 2 paſſivi.

(15) In margine Cod. Lipſ. corrigebatur πλόος, Sed bene habet præſtatque vulgatum πόνος.

(*) Hoc habeo e ſchedis *La Crozianis*, de quibus dicam in Admonitione, fini adiungenda. In Cod. Lipſ. erat πρὶν.

Ne unquam, o ventricoſe, coniugi tuæ vultibus adverſis
Accubes, Veneri, liberorum creatrici, operam dans,
Intercedit enim ingens fluctus, & labor haud exiguus erit ſuperandus,
Illa dum remigatur, tu dum horſum prorſum ageris.
Sed inverſæ roſeis illude clunibus,
Uxorem pro puello amaſio reputans.

Flagitioſum eſt carmen. Videtur pharmacum pæderaſtiæ tradere velle, dum illegitimum cum uxore commercium *Piſiſtrati (Herodot. I, 61,)* imitari docet. Vid. *Carm. 315.*

Carmen 298 τῦ αὐτῦ εἰς Δωρίδα τὴν πόρνην.

Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων διατείνας
Ἄνθεσιν ἐν χλοεροῖς, ἀθάνατος γέγονα.
Ἡ γὰρ ὑπερφυέεσσι μέσον διαβᾶσά με ποσσὶν
Ἤνυεν ἀκλινέως τὸν κύπριδος δόλιχον,
Ὄμμασι νωθρὰ βλέπυσα, τὰ δ᾽ ἠΰτε πνεύματι φύλλα,
Ἀμφὶ σαλευομένης ἔτρεμε πορφυρέα.

Μέχρις ἀπεϐπνεύσθη λευκὸν μένος ἀμφοτέροισιν

Καὶ Δῶρις παρέτοις (16) ἐξεχύθη μέλεσι.

Doridem roſeoclunem ut ſuper ſtragulis diſtendi & explicui (17)

Floribus in herbidis, immortalis evaſi.

Incomparabilibus enim pedibus ſuper medium me atque reſupinum divaricatim ſtans,

Recta perfecit longum Veneris curſum.

Oculis languidum tuens, qui (18) *purpurei, velut folia vento icta,*

Inter-

(16) Clariſſ. *Rhunkenius*, qui in *Epiſtola critica prima* Carmen hoc Græce prodidit *pag. 39*, iam ante me emendavit παρέτοις, pro παρέροις, quod in eius meoque pariter Codice legitur. Schedæ La Crozianæ clare παρέτοις exhibent. In margine Cod. Lipſ. adſcriptum erat παράροις, quod prorſus non intelligo. Quatuor primos verſus citavit etiam Clariſſ. *Alberti ad Heſych.* voce Ἀῤῥεπῶς.

(17) Nota eſt e *Petronio* dictio, *meretricem evolvere*, aut *explicare*. *Ariſtophanes* id appellat ἔρια Μιλήσια διαπετάννυειν, peplos muliebres, e lana Mileſia factos, explicare, clauſtra pudicitiæ reſerare.

(18) Ambigebam, πορφυρέα ad ὄμματα, an ad φύλλα, referrem. Si poſterius rectius ſit, conſtruendum erit ſic: Τὰ δὲ πορφυρέα φύλλα

Interea, dum huc illuc ea quatiebatur, tremebant,
Donec deſtillaret a nobis ambobus niveum robur, (19)
Et Doris, reſolutis fuſa membris, ſupina caderet.

Carmen 299 Μελεάγρȣ πρὸς τὸν ἔρωτα.

Τὴν πυρὶ νηχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίῃς
Φεύξετ᾽, ἔρως. Κ᾽ αὐτὴ, σχέτλι᾽, ἔχει (20) πτέρυγας.

Natantem (21) *in igni animam ſi ſæpe uras,*
O Cupido, aufugiet. Nam & ipſa quoque habet alas, o miſer. (22)

Car-

λα ἔτρεμε, διά τε πνεύματι. *Folia vero purpurea, velut vento icta, dum illa agitabatur, circumcirca tremebant.*

(19) Intelligit guttas ſudoris, inſtar margaritarum candidarum e cute prodeuntes & deſtillantes, & ſimul robur auferentes ſecum.

(20) Ita repoſui pro ἔχεις mei Codicis.

(21) Reſpicitne ad dogma aliquod philoſophicum de anima? Vix putem. Vult tantummodo animam ſignificare amoris angoribus & cruciatibus, inſtar ignis urentibus atque dolorificis ſeptam.

(22) Miratur & increpat eius in bene tractanda anima inſcitiam; ob quam in proximo Epigrammate νήπιος, *infans*, *rudis*, appellatur.

Carmen 300 Ἀρχίȣ εἰς τὸν ἔρωτα.

Νήπι' ἔρως, πορθεῖς με. Τὸ κρήγυον εἰς με κένωσον

Πᾶν συ βέλος, λοιπὴν μηκέτ' ἀφεὶς γλυφίδα,

Ὡς ἂν μȣ̃νον ἔλοις ἰοῖς ἐμε, καί τινα χρῄζων

Ἄλλον οἰςεῦσαι μηκέτ' ἔχῃς ἀκίδα.

Infans Cupido, vaſtas perdisque me. Optimum ergo & cædi idoneum in me deprome

Telum, nulla relicta ſagitta in pharetra ſuperſtite.

Quo me ſolum telis conficias, &, alium aliquem

Configere cupiens, ſagittam non invenias.

Carmen 301 Ῥȣφίνȣ εἰς παρθένον λȣομένην,

Παρθένος ἀργυρόπεζος ἐλȣ̃ετο χρυσέα μαζῶν

Χρωτὶ γαλακτοπαγεῖ μῆλα διαινομένη.

Πυγαὶ δ' ἀλλήλαις περιηγέες εἰλίσσοντο,

Ὕδατος ὑγροτέρῳ χρωτὶ σαλευόμεναι.

Τὸν δ' ὑπεροι δαίνοντα (23) κατέσκεπε πεπταμένη χείρ,

Οὐχ' ὅ-

(23) In Codice Lipſ. eſt τȣ̃ δ' ὑπὲρ οἰδαίνοντα. In ſchedis *La Crozianis* χρωτὶ σαλευομένȣ, τῶν δ' ὑπὲρ οἰδαίνοντα.

Ὀυχ' ὅλον Ευρώταν, ἀλλ' ὅσον ἠδύνατο.

Virgo, argenteis pedibus prædita, lavabat ſe, aurea mammarum

Poma in cuti, concretum lac imitante, humectans.

Clunes autem, adverſus ſeſe convergentes, bene tornatæ, rotabant ſeſe,

A cuti, magis, quam aqua eſt, lubrica, quaſſatæ.

Protuberantem autem velabat expanſa manus

Eurotam (24), *non totum quidem, at quatenus poterat.*

Carmen 302 τȣ̃ ἀυτȣ̃ εἰς Φιλίππην ἑταίραν.

Τῇ κυανοβλεφάρῳ παίζων κόνδακα Φιλίππῃ

Ἐξ ἀυτῆς κραδίης ἡδὺ γελῶν ἐπόθην.

Δώδεκα σοι βέβληκα. Καὶ ἄυριον ἄλλα βαλῶ σοι

Ἠ πλέον, ἠὲ πάλιν δώδεκ' ἐπιϛάμενος.

Εἶτα

(24) Notus eſt fluvius Eurotas apud Spartam. At is quidem hic in cenſum non venit. Latet nequitia, & alluſio ad τὸ ἐυρὺ, *amplum*. Deſignat antrum virginale, quod arietationes maſculæ libidinis ampliare nituntur. Conf. *Ariſtænet. Epiſt. I, 3.*

Εἶτα κελευομένη ἦλθεν. Γελάσας δὲ πρὸς αὐτὴν

Εἴθε σε καὶ νύκτωρ ἐρχομένην ἐκάλεν.

Carmen hoc, quia non perfecte intelligo, coactus ſum absque Latina interpretatione prodere,

Carmen 303 τοῦ αὐτοῦ εἰς ἀνώνυμόν τινα γυναῖκα.

Οὔπω σοῦ τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν, ἀλλ' ἔτι πολλὰ·

Λείψανα τῆς προτέρης σώζεται ἡλικίης.

Καὶ Χάριτες μίμνουσιν ἀγήραοι, οὐδὲ τὸ καλὸν

Τῶν ἱλαρῶν μήλων ἢ ῥόδον ἐξέφυγεν (25).

Nondum formam tibi omnem longum ævum exſtinxit; ſed adhuc multas

Reliquias ſuperioris ſervas ætatis.

Gratiæ penes te manſerunt ſenii expertes, neque decus

Lætorum pomorum roſarumve abiit.

Carmen 304 Μάρκου Ἀργενταρίου.

Ἀντιγόνη Σικελὴ πάρος ἤσθα μοι, ὡς δ' ἐγενήθης,

Αἰτωλή, κἀγὼ Μῆδος, ἰδοὺ γέγονα.

Anti-

(25) Leg. ἢε ῥόδων ἔφυγεν. Per mala intelligit mammas, per roſas autem genas.

Antigona Sicula eras olim mihi, at, ut facta es

Aetola, etiam ego factus ſum Medus, ut vides.

Ludit in puellam, origine. Siculam; quam ait Aetolam factam fuiſſe, id eſt, incepiſſe αἰτεῖν, rogare mercedem indulgentiæ ſuæ. Iocus hic *Ariſtophani* debetur, qui, magiſtratus Athenienſes, ob munerum cupiditatem infames, facileque corrumpendos, ait, manus habere ἐν τοῖς Αἰτωλοῖς, & podicem ἐν τοῖς Χάοσι. Cum itaque puella rogare mercedem inceperit, ſe, ait Poeta, Medum evaſiſſe, id eſt, nihil ipſi dediſſe. Vox enim Μῆδος reſoluta in duas emergit, μὴ δὸς, *nihil da*. Sed hic iocus ſerioris eſt Græcitatis. Conf. Cl. *Dorvill. ad Charit. pag. 615*, ubi luſus idem occurrit, μὴ γίνε Μῆδος, *ne fias erga me aliquis, qui nihil dat, nihil indulget*. Σάκας γὰρ ἔσῃ, *fies enim paulo poſt Sacas, barbatus, ſenex, canus*, & Ἀστυάγης aliquis, qui non poteſt amplius στύειν, arrigere. Impurum carmen illud nomina barbarica intexuit, & accommodavit flagitioſiſſimae ſuae ideae, *Sacas*, *Aſtyagen*, *Cyrum*, & *Cambyſem*, quorum illum huius *Ganymedem* fuiſſe, fama tulit.

Carmen 305 Ῥουφίνου.

Ὦ πόσσους κατέφλεξε τὸ πρὶν θεοείκελον κάλλος.

Plura

Plura non inveni hoc de fragmentulo.

Carmen 306 Παλλαδᾶ. Οἱ δὲ ἄλλοι Ῥούφινυ. Σκωπτικὸν εἰς γυναῖκα Ζήνωνος.

Πρωτομάχου πατρὸς καὶ Νικομάχης γεγαμηκὼς
Θυγατέρα, Ζήνων, ἔνδον ἔχεις πόλεμον.
Ζήτει Λυσίμαχον μοιχὸν φίλον, ὅς σ᾽ ἐλεήσας
Ἐκ τῆς Πρωτομάχου λύσεται Ἀνδρομάχης.

Protomachi patris & Nicomachæ filiam
Quia duxiſti, o Zeno, bellum domi habes.
Quære tibi Lyſimachum, amicum mœchum, qui, tui miſertus,
Te a Protomachi filia liberabit, Andromacha.

Bene obſervavit Clariſſ. *Maius*, qui Epigramma hoc in *Catalogo Manuſcriptorum Bibl. Uffenbachianæ pag. 578* utroque ſermone edidit, ingenioſi fruſtuli leporem Latine abſque acuminis damno exprimi haud poſſe. Ludit nempe Poeta in voce *μάχη*, *pugna*, vel *bellum*, quæ vocum *Protomachus*, *Nicomacha*, *Lyſimachus*, & *Andromacha*, partem efficit. Facetum eſt, quod uxori nomen *Andromachæ* affingit, quaſi quæ bellum viro perpetuum intentet. Sed magis eſt, quod mœchum *Lyſimachum*, quaſi belli ſopito-

pitorem & pacatorem, appellat, utpote qui, quamdiu adulteræ adeſſet, marito a rixa otium faceret, animo mulierculæ ad ſe tracto. Πρωτομάχȣ in ultimo verſu poteſt nomen proprium patris eſſe, quomodo Clariſſ. *Maius* etiam accepit, ſed poteſt quoque nomen adiectivum eſſe, quod mihi non improbabile videtur. Πρωτομάχος Ἀνδρομάχη poſſet eo modo eſſe fœminarum omnium rixoſiſſima & pugnaciſſima, & quaſi anteſignana.

Carmen 307 τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐπαινȣ̃ντος τὸν ἡδὺν καὶ ἄνετον βίον. *In laudem vitæ iucundæ & remiſſæ.*

Τȣ̃το βίος, τȣ̃τ' αὐτὸ τρυφῆς βίος. Ἐῤῥέτ' ἀνίαι.
Ζωῆς ἀνθρώποις ὀλίγος χρόνος. Ἄρτι Λυαῖος,
Ἄρτι χοροὶ ςεφανοί τε φιλανθέες, ἄρτι γυναῖκες.
Σήμερον ἔσθλα πάθω. Τὸ γὰρ αὔριον ȣ̓κέτι (26) δῆλον.

Hoc eſt vivere, hoc ipſum eſt, & aliud nihil, hilariter vivere. Procul mærores.
Exiguum humanæ vitæ ſpatium eſt. Modo Bacchus,

Modo

(26) Forte legendum ȣ̓κ ἔνι. Attamen ἔτι ſæpius pro ἤδη ponitur, & ȣ̓κέτι pro *nondum*.

Modo choreæ, & ſerta floribus amica (27)
modo mulieres (præſto ſint).
Ut bene mihi ſit hodie. Craſtina enim incerta ſunt.

Carmen 308 ἄλλο (28).

Δαίμονες, ἐκ ᾔδειν ὅτι λέεται ἡ Κυθέρεια
Χερσὶ καταυχενίες λυσαμένη πλοκαμές.
Ἱλήκοις, δέσποινα, καὶ ὄμμασιν ἡμετέροισιν
Μήποτε μηνίσῃς θεῖον ἰδεσι τύπον (29).
Νῦν ἔγνων. Ῥοδόκλεια, καὶ ἐ Κύπρις. Εἶτα τὸ κάλλος
Τᾶτο πόθεν; σὺ, δοκῶ, τὴν θεὸν ἐκδέδυκας.

O Dii, non noram Venerem hic lavare,
Comis per cervicem promiſſis.
Propitia ſis, domina, noſtriſque oculis
Iram tuam ne infige, quia divinam viderunt imaginem.

At

(27) Quia ſerta abſque floribus nulla ſunt. Ambo igitur inter ſe amica ſunt & familiaria.

(28) Obſervavi, ſæpe in hoc Codice ἄλλο, ſuperſcriptum carminibus, idem valere atque τῦ αὐτῦ. Erit ergo Carmen hoc *Rufini*, cuius præcedentia ſunt.

(29) Recepi lectionem in margine Codicis ſcriptam μηνίσῃς pro eo, quod in textu erat μεμνήσῃς; & ἰδεσι repoſui pro ἰδᾶσα, quod ibidem reperiebam.

At nunc tandem agnoſco, quid rei ſit. Rhodoclea, non Venus, eſt. Unde vero tandem

Tibi tam elegans forma? Videris mihi Venerem ipſam forma ſua ſpoliaſſe.

Conſpectu nudæ amicæ, ſe lavantis, fingit Poeta, ſe primo turbatum, eam non agnoviſſe, ſed pro *Venere* accepiſſe. Propterea deprecatur iram velut Deæ. Putabant enim gentiles, ſi quis Deam nudam videret, eum aut oculis, aut mente, capi. At agnoſcit tandem errorem oculorum. Ultimum diſtichon citat Celeberr. *Dorvillius* in *Vanno critica pag.* 210.

Carmen 309 *τȣ̃ αὐτȣ̃ εἰς τὰς γυναικῶν ὁμιλίας. In conſuetudinem cum mulieribus.*

Εἰ τοίην χάριν εἶχε γυνὴ μετὰ κύπριδος εὐνὴν,

Ουκ ἄν τοι χρονέεσκεν ἀνὴρ ἀλόχοισιν ὁμιλῶν.

Πᾶσαι γὰρ μετὰ Κύπριν ἀτερπέες εἰσὶ γυναῖκες.

Si talem haberet mulier gratiam poſt peractam Venerem, (qualem in ipſo eius exercitio,)

Propere defungeretur maritus opere coniugali.

*Nam extra amplexus inſuaves ſunt omnes
mulieres.*

Craſſe philoſophabatur Poeta, virtutum fœminei ſexus ignarus. Sunt, qui voluptatem carnalem minimum coniugii oblectamentum reputant, eique amicitiam, qualis a coniugibus concordibus excolitur, præferunt, ſuaviſſimum dextræ ſiniſtræque per omnem vitam fortunæ lenimen & condimentum.

Carmen 310 ἀδέσποτον.

Ἔιθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με
χερσὶν
Ἀραμένη χαρίσῃ ςήθεσι χιονέοις.

*Utinam roſa fierem purpuraſcens, ut mani-
bus me
Sublatum reponeres ſuper pectore niveo.*

Græci ergo, æque atque Arabes, & eorum imitatores Hiſpani, & Romanenſium fabularum ſcriptores, & Poetæ erotici, inſanierunt. Violentus amor eſt, in transverſum agit bonam mentem. Quid enim, mi homo? roſa ſi eſſes, homo non eſſes, ſed ſenſu voluptatis huius imaginariæ careres.

Carmen 311 Κλαυδιανȣ̃.

Ἴλαθί μοι, φίλε Φοῖβε. Σὺ γὰρ θόα (30)
τόξα τιταίνων
Ἐβλή-

(30) Ita reſcripſi ex editionibus *Claudiani*, in quibus hoc Carmen inter Epigrammata *num.* 15 legitur.

Ἐβλήθης ὑπ' ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν ὀϊστοῖς (31).

Propitius mihi ſis, (32) *amice Apollo, tu, qui contenta tela mittis.*

Et te quoque Cupido ſagittis feriit velocibus.

Carmen 312 Μάρκου Ἀργενταρίου εἰς Λυσιδίκην.

Αἶρε τὰ δίκτυα ταῦτα, κακόσχολε, μηδ' ἐπιτηδὲς
Ἰσχίον ἐρχομένη σύστρεφε, Λυσιδίκη.
Οὔ σε περισφίγγει λεπτὸς στολιδώμασι πέπλος,
Πάντα δὲ σοῦ βλέπεται γυμνὰ καὶ οὐ βλέπεται.
Εἰ τόδε σοι χαρίεν καταφαίνεται, αὐτὸς ὁμοίως
Ὀρθὸν ἔχων βύσσῳ τοῦτο περισκεπάσω.

legitur. In Cod. Lipſ. eſt τ' αἰθρέα, quod non omnino pravum, altero tamen deterius, eſt.

(31) Dictio ὑπ' ὀϊστοῖς pro ὑπ' ὀϊστῶν, Latinum Auctorem ſatis prodit. Frequens tamen eſt in Anthologia edita, & maxime in illis fragmentis, quæ Græcia a Romanis ſubacta iisque commixta poſteriora ſunt.

(32) Propter dictum aliquod de Apolline, eiusque amoribus, liberius a Poeta, ut videtur, prolatum.

Tolle retia iſta, o naſutula, neque affectata cum cura
Contorque (33) *femur, o Lyſidice, ad me veniens.*
Non te peplus amicit tenuis, indutui aptus;
Sed omnia, quæ corpore geris, conſpectui patent, quamvis quodammodo non patere videantur.
At, ſi tamen hic tibi omnino arridet veſtitus, & ipſe ego quoque ſimilem in modum
Byſſo amiciam hoc rectum (34).

Carmen 313 Κρινάγορε εἰς πόρνην καλεμένην Πρώτην.

Δειλαίη, τί σε πρῶτον ἔπος, τί δὲ δεύτατον εἴπω;

Δειλαίη,

(33) Sic ut pars femoris media, qua vaſtus interior & rectus muſculus iacent, interius verſus alterum femur convertantur, & partem fœminei corporis, inter crura ſitam, quodammodo occultent.

(34) Hoc qui ſponte ſua non capit, *Ariſtophanis Lyſiſtratam* legat, ſuadeo, & interpretes conſulat, quid ibi χοιροκομεῖον ſit. Nota omnia de tenui puellarum veſtitu, per quem omnia corporis membra pellucebant. Seneca *nebulas textiles* appellabat, & Petronius *nebulam lineam*. Vid. ad eum Interpp. *pag. 362 nov. edit.* Pertinet ad laſciva Carmina, ſed admodum facetæ.

Δειλαίη, τῦτ' ἐν παντὶ κακῷ ἔτυμον.

Πρώτη σοι δ' ὄνομ' ἐςὶν ἐτήτυμον. Ἦν γὰρ ἅπαντα

Δεύτερ' ἀμιμήτων τῶν ἐπὶ σοι χαρίτων.

Miſera (35) *quo te primo, quo te poſtremo compellabo vocabulo?*

Miſera, hoc in omni malo verum eſt (36).

Prote (id eſt, Prima) *nomen tibi merito datum eſt. Sunt enim omnia*

Secunda inimitabilibus Gratiis tibi innatantibus.

Carmen 314 Ἀντιπάτρυ εἰς πόρνην τινὰ καλυμένην Εὐρώπην.

Δραχμῆς Εὐρώπην τὴν Ἀτθίδα, μήτε (*) φοβηθῇς

Μηδένα, μηδ' ἄλλως ἀντιλέγουσαν ἔχε,

I 4 Καὶ

(35) Sic eam præ amore & admiratione alloquitur Poeta. Pariter quoque inter blanditias nos dicimus: *ach du bæſes Kind, ach du armes Kind.*

(36) Senſum extundere commodum ex hoc verſu non valeo; quapropter etiam interpretationem probam non ſpondeo.

(*) Clariſſ. *Leiche*, qui in Notis ad Carmina ſepulcralia *pag. 16* Carmen hoc edidit, exhibuit μηδέ. In δραχμῆς ſubintelligitur ἦν ὠνῇ, *ſi emas.*

Καὶ ϛρωμνην παρέχουσαν ἀμεμφέα, χ', ὁππότε χειμὼν
Ἄνθρακας. Ἦ ῥα μάτην, Ζεῦ φίλε, βοῦς ἐγένου.

Drachma Europam, Attica oriundam, (ſi conduxeris) *neque reverere*
Ullum alium (37), *neque alias renuentem illam habebis.*
Sed & ſtragulas tibi præſtabit non improbabiles, &, ſæva hieme,
Carbones (38). *Sane ergo fruſtra bos factus es, amice Iupiter* (39).

Carmen 315 Μάρκου Ἀργενταρίου ὅτι θῆλυς ἔρως εὐκέρμοστον τῇ φύσει, ὁ δ' ἄῤῥην ἀνάρμοστος καὶ ἀσεβής. *Quod amor fœminarum naturæ ſit congruus, puerorum autem ipſi adverſus & impius.*

Θῆλυς ἔρως κάλλιστος ἐνὶ θνητοῖσι τέτυκται,
Ὅσσοις ἐς φιλίην σεμνὸς ἔνεστι νόος.

Ἐι

(37) Rivalem, vel qui plus offerendo te loco deturbet.
(38) Vel calens carbonibus hoſpitium.
(39) Tanto ambitu tibi non erat opus, Europam cupienti, ut bos fieres. Poteras illa minore molimine & exiguo aere frui. Ad luſum adhibetur Europa fabuloſa. Solebant enim pagani fœdas & ridiculas Deorum ſuorum actiones ſubſannare. Frequens talium præ aliis eſt *Lucianus.*

Ἐι δὲ καὶ ἀρσενικὸν ςέργεις πόθον, οἶδα διδάξαι
Φάρμακον, ᾧ παύσεις τὴν δυσέρωτα νόσον.
Στρέψας Μηνοφίλαν εὐίσχιον ἐν φρεσὶν ἔλπου
Ἀυτὸν ἔχειν κόλποις ἄρσενα Μηνόφιλον.

Mulierum amor rerum lumanarum eſt pulcberrimum iis,
Quotquot cum animo nati ſunt ad amorem decora cum gravitate propenſo.
Quodſi vero Venerem omnino præfers præpoſteram, ſcio remedium, quod tibi tradam,
Quo inſanum ſolvas amorem.
Menophilam benelumbem (40) *a poſtica comprimens, imaginare tibi,*
Te amplecti amicum Menophilum.

Carmen 316 Φιλοδήμȣ εἰς τὴν ἑαυτȣ̃ μοιχαλίδα νύκτος ἐλθȣ̃σαν, *in mæcham ſuam de nocte ad ſe venientem.*

Καὶ νυκτὸς μεσάτης τὸν ἐὸν (*) κλέπτȣσα συνευνον

I 5 Ἠλ-

(40) Ut *elumbis* dicitur, ita quoque *benelumbis* non ſine venia dici, quod ſpero, poterit. Facilior certe venia vocem hanc formanti, quam Carmen nequam condenti, erit. Videtur ad ſuperius *Carmen 297* confictum eſſe.

(*) Schedæ *La Crozianæ* ἐμὸν.

Ἦλθεν (41), καὶ πυκνῇ τεγγομένη ψακάδι.
Τἄνεκ' ἐν εὐπρήκτοισι καθήμεθα, κοὐχὶ λαλεῦντες
Εὕδομεν ὡς εὕδειν τοῖς φιλέουσι θέμις.
Vel media de nocte, marito inſcio & deluſo,
Veniebat, conferta humens pluvia.
Propterea ſedebamus in rebus ſecundis, (42), *& taciturni*
Dormiebamus, ut amantes dormire fas eſt.

Carmen 317 Διοδώρου. Ἐπ' ἔρωτι παραίνεσις.
Μὴ σύ γε, μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδεται ἄσσων
Ἀμφοτέρων, κλεινοῦ κοῦρε Μεγιστοκλέους,

Κῆν

(41) Sic ſcripſi pro ἦλθον, quod in Codice eſt & in ſchedis *La Crozianis*,

(42) Proprie *in rebus ex voto*, ex animi ſententia, *confectis ſedere*, ſecunda fortuna uti, notat καθῆσθαι ἐν εὐπράκτοις, dictio alias mihi non lecta; ſed convenit quodammodo cum illa apud *Theocritum* ἐπὶ ξηροῖσι (nempe λίθοις) καθῆσθαι, quamvis ſententia prorſus contraria ſit. Hæc enim dictio notat, ſuper crudis lapidibus, in duro, aſpero, ſolo ſedere, nullo pulvinari, ſtragula, vellere, herba, molli quacunque re, ſubſtrata; proverbialiter pro *excidere ſpe ſua*, corvus deluſus hiare, *ſich auf den bloſsen Hintern ſetzen*. Videbatur mihi *Theocritea* hæc dictio illuſtratione digna, quod interpretes aliqui eam non recte cepiſſent. Schedæ *La Crozianæ* habent πυκινῇ & ἀπρήκτοισι.

Κῆν ςίλβῃ χαρίτεσσι λελεμένος, ἀμφιδονέης (43)
Τὸν καλόν. Οὐ γὰρ ὁ παῖς ἤπιος ἐδ' ἄκακος.
Ἀλλὰ μέλων πολλοῖσι, καὶ ἐκ ἀδίδακτος ἐρώτων.
Τὴν φλόγα ῥιπίζειν δείδιθι, δαιμόνιε.
Non tu certe, præclari fili Megiſtoclis, etiamſi formoſus amicus
Ambobus tibi carior videatur ocellis,
Etiamſi a lavacro Gratiis niteat, ſubigas
Eum. Non enim mitis eſt puer, neque innocens,
Sed multorum ſtudium (44) *eſt, & amorum haud rudis.*
Flammam flabello excitare metue, o bone.

Carmen 318 Φιλοδήμε εἰς Καλλίςιον τὴν ἑταίραν.

Νυκτερινὴ (45) δίκερως φιλοπάννυχε φαῖνε Σελήνη,
Φαῖνε δι' ἐυτρήτων βαλλομένη θυρίδων.

Αὔγα-

(43) In Cod. Lipſ. erat ἀμφιδοναίης.
(44) Id eſt, multi eum ambiunt & amant.
(45) Exſtat in *Heinſii* Carminibus Græcis *pag. 143*, & in Clariſſ. *Wolfii* Fragmentis Sapphus, *pag. 250*.

Αὔγαζε χρυσέην Καλλίστιον. Ἐς τὰ φιλεύντων
Ἔργα κατοπτεύειν ἐ φθόνος ἀθανάτῃ.
Ὀλβίζεις καὶ τήνδε καὶ ἡμέας, οἶδα, Σελήνη,
Καὶ γὰρ σὴν ψυχὴν ἔφλεγεν Ἐνδυμίων.

Noctiluca, bicornis, pervigiliis amica, luce, Luna,
Luce radiis per feneſtras ſcite cancellatas traiectis.
Colluſtra auream Calliſtium. Ad amantium
Actiones deſpicere, immortali Deæ nefas & invidioſum non eſt.
Beatos procul dubio prædicas ambo nos, Luna,
Nam & te accendit olim Endymio.

Carmen 319 Φιλοδήμε τωθαστικὸν ἐπί τινι ἐρῶντι σαπρῶν, καὶ πολλὰ παρέχοντι ταῖς ἑταίραις. *Philodemi* in aliquem, qui turpes & olidas amabat, & in meretrices multa prodigebat, Carmen ſubſannatorium.

Πέντε δίδωσιν ἑνὸς (46) τῇ δεῖνα ὁ δεῖνα τάλαντα,

Καὶ

(46) Nempe λέκτρε, vel συμπλοχμε, βινηθμε, vel ſimile.

Καὶ βινεῖ φρίσσων, καὶ, μὰ τὸν (47), ἐδὲ καλήν.

Πέντε δ' ἐγὼ δραχμαῖς (48) τῶν δώδεκα Λυσιανάσση,

Καὶ βινῶ, πρὸς τῷ κρείσσονα (49), καὶ φανερῶς.

Πάντως ἤτοι ἐγὼ φρένας. ἐκ ἔχω, ἢ τό γε λοιπὸν

Τὲς κείνε πελέκει δεῖ διδύμες ἀφελεῖν.

Quinque talenta dat ille illi pro unico amplexu,

Et ſubigit tremens rigensque præ metu, &, medius fidius, ne formoſam quidem.

Ego vero Lyſianaſſæ quinque drachmas mercedem duodecim congreſſuum (do)

Et ſubigo, non tantum formoſiorem, ſed & palam.

Fieri nequit, quin aut ego mente captus ſim, aut deinceps

Tremenda falce teſticulos illi amputari oporteat.

Carmen

(47) Subintelligitur τὸν Ἔρωτα, vel quodcunque aliud Numen voluerit aliquis ſubſtituere. Poſſit quoque legi ναὶ μὰ τὸν, ſed non opus.

(48) In Cod. Lipſ. erat δραχμῆς. Tota dictio eſſet hæc ferme. Πέντε δραχμαῖς δίδωμι Λυσιανάσση ὑπὲρ τῶν δώδεκα ὀχειῶν.

(49) Subintelligitur βινεῖν.

Columbatim lingulat, ungue ſcalpit, amplectitur brachiis.
At crus cruri affricans, ex ipſis mortuis clavam excitat (55).

Carmen 322 Ποσειδίππου εἰς λάγυνον ἐπηρεάν.

Κεκροπὶ ῥαῖνε λάγυνε πολυδρόσον ἰκμάδα Βάκχου,
Ῥαῖνε (56) δροσιζέσθω συμβολικὴ πρόποσις.
Σιγάσθω Ζήνων, ὁ σοφὸς κύκνος, ἥ τε Κλεάνθους
Μοῦσα, μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

Cecropia lagena (57) *ſpumantem Bacchi liquorem ſparge.*

Sparge,

(55) Intelligunt hoc, qui tritum noſtratibus illud de frigido intelligunt. *Sadducæus eſt; reſurrectionem carnis non credit.*

(56) Sic repoſui pro βαῖνε, quod eſt in Cod. Lipſ. Nam, ſi βαῖνε debet idem hic ſignificare, quod Latinum, *i, age*, Græcum id non eſt. Non βαῖνε Græci, ſed ἄγε, ἴθι, dicunt. Habeo aſſentientem Clariſſ. *Wolfium*, qui Carmen hoc ad *Sapphonem pag.* 212 edidit. Deinceps claris literis eſt σιγάσθω in Cod. Lipſ., quod non abſque cauſa moneo.

(57) Id eſt, fictilis lagena Attica. Nam in Attica regnavit olim Cecrops, & ollæ fictiles fiebant celebres, quæ per omnem Græciam divehebantur, ut conſtat ex *Ariſtophanis* Acharnenſibus. Conf. *Du Cange Gloſſ. Lat.* voce *Anax.*

Sparge, inquam, ſpumeſcat effuſa amicabilis (58) propinatio.
Sileat Zeno, ſapiens ille cygnus, (59) & Cleanthis Muſa;
Nobis autem curæ ſit dulcamarus amor.

Carmen 323 Ἄδηλον, εἰς λάγυνον ὁμοίως οἰνηράν.

Στρογγύλη, εὐτόρνευτε, μονοῦατε, μακροτράχηλε,
Ὑψαύχην, στεινῷ φθεγγομένη στόματι,
Βάκχου καὶ Μουσῶν ἱλαρὴ λάτρι καὶ Κυθερείης,
Ἡδύγελως, τερπνὴ συμβολικῶν ταμίη.
Τίφθ', ὁπόταν νήφω, μεθύεις σύ μοι; ἢν δὲ μεθυσθῶ,
Ἐκνήφεις; ἀδικεῖς συμποτικὴν φιλίην.

Rotunda, bene tornata, (60) uniauris, longicollis,
Alticervix, anguſto ſonans ore, (61)

Bacchi

(58) Vel *conventualis;* qualis nempe in conventibus & compotationibus amicorum in uſum venit, quæ pertinet ad τὰς συμβολὰς, τὰ συμπόσια, ἐν οἷς συμβάλλουσιν οἱ ἐθάδες.

(59) Non intelligo quare *Zeno* ſapiens cygnus appelletur. Num a canitie? Conf. *Anthol. H. Steph. pag. 180, 10.*

(60) Lagenam ergo ligneam deſignat, una anſa, vel auri, inſtructam.

(61) Pitylum edens, dum effundit vinum ſuum.

Bacchi, & Muſarum, & Veneris, ancilla hilaris,
Dulce ridens, ſuavis compotationum diſpenſatrix, (62)
Quare tandem, quando ego quidem ſobrius ſum, tu es ebria? (63) *quando vero viciſſim ego ebrius ſum,*
Redis ad ſobrietatem? Amicitiæ compotatoriæ vim facis.

Admonitio.

Edidi in ſuperioribus *pag. 102 ſeq.* Carmen *Gætulii*, quod, cum typis excuderetur, neſciebam iam publice proſtare. Paulo poſt incido in *Danielis Heinſii* Carmina, Lugduni Batav. ab eius filio, *Nicolao*, A. 1640 edita, & in iis, inter Carmina Græca, cum aliis viginti propemodum, ex Anthologia inedita depromtis, & Latino carmine redditis, etiam hoc invenio *pag. 149*, nullo lectionum diſcrimine, niſi hoc inſigniori. Scilicet *verſu 12* pro δώροις ἐκπάγλοις vidi ibi editum δώρων καὶ σπατάλης. Quod redditur *Munera queis, & queis luxus abeſſe ſolet.* Libera iam eſto Lectoribus optio. *Heinſianam* hanc non eſſe emen-

(62) Quia, quo parcius largiusve lagena miniſtret, eo plus minuſve diſerti ſunt compotores atque hilares, citius tardiusve ſolvuntur convivia.

(63) Luſus eſt, ſed ſubfrigidus, in verbis μεθύειν, *ebrius eſſe*, & ἐκνήφειν, *ad ſobrietatem redire.* Illud Poetæ Græci ponunt pro *plenus eſſe.*

emendationem, deierare auſim. Uſus fuit Codice Anthologiæ *Scaligerano*. *Scaliger* eum a *Salmaſio* acceperat. Habuit ergo Codicem *Salmaſianum*, & in eo hanc emendationem, quam pro more ſuo ſibi vindicavit. Diſcimus ſaltem hinc, *Salmaſium* non ſolum καὶ σπατάλης, ſed etiam δώρων, emendaſſe; adeoque Codicem Lipſienſem partem tantummodo Notæ *Salmaſianæ* referre. Ad *Carmen 382* adhuc notari velim, excidiſſe, neſcio qua incuria, indicium loci *Horatiani*. Deſigno quartam Odam Libri ſecundi. De ætate *Gætulii* mihi quoque poſt ſuperiora folia prelo liberata conſtitit. Inſpecto enim *Bibliothecæ Græcæ Fabricianæ Volumine ſecundo*, quo catalogus Poetarum habetur, quorum fragmenta in Anthologia edita leguntur, invenio, *Gætulium Plinii* iunioris æqualem fuiſſe. Velim ergo, ſuperiora hinc emendari.

Sed & aliud eſt, de quo Lectorem in hoc Epilogo, quandoquidem citius non licuit, moneri fas eſt. Citavi in ſuperioribus bis, vel ter, ſchedas *La Crozianas*. Earum hæc eſt ratio. Incidebat nuper in manus meas *Theſaurus epiſtolicus La Crozianus*, a Clariſſ. *Uhlio* editus, in quo virum incomparabilis eruditionis *La Crozium*, video mentionem facere excerptorum ex Anthologia Græca inedita, quæ penes ſe ſint, a ſe e Codice *Spanhemiano* derivata. Horum dum me tenet deſiderium, & modos excogitare iubet, quibus illorum uſum nanciſcerer, ex inſperato mihi ſignificat Vir eruditiſſimus, & originum linguæ noſtræ callen-

tiſſimus, *Haltauſius*, Scholæ Nicolaitanæ Rector, edito *medii ævi Calendario* bene de literis meritus, easque propediem limatiſſimo *Gloſſario Germanico*, quod avide exſpectatur, ſibi magis obſtricturus; is igitur mihi ſignificat, ſchedas illas in Bibliothecam Ampliſſimi Senatus Lipſienſis perveniſſe, easque protinus mihi monſtrat, & uſibus meis permittit. Contigit illud, cum iam duæ plagulæ huius opellæ typis excuſæ fuiſſent. Continent igitur illæ ſchedæ non tantum Epigrammata Græca omnia illa, quæ in *Holſtenii* Notis ad *Stephanum Byzantinum*, in *Olearii* Diſſertatione de Poetriis Græcis, denique in *Bentleii* opere Anglicano adverſus *Phalaridis* Epiſtolas, proſtant, ſed etiam bonam partem Anthologiæ nondum editæ, in qua decuriam propemodum Epigrammatum inveni, quibus Lipſienſis noſter Anthologiæ Codex caret. Quod argumento mihi fuit, *Iſaacum Gruterum*, ſeu quicunque alius Codicem illum exaravit, aut ſtudio, aut errore & ἀβλεψίᾳ, multa omiſiſſe, quæ in Codice Palatino exſtabant. Schedæ enim *La Croziana* ex Palatino derivatæ fuerunt, ut ex earum inſcriptione patet, quæ hæc eſt: *Epigrammata Græca inedita*, *deſcripta primum a* Friderico Sylburgio *e Codice Manuſcripto Bibliothecæ Palatinæ; ex cuius apographo, quod erat apud* Iſaacum Voſſium, *ea deſcripſit illuſtriſſimus* Ezech. Spanhemius; *ex cuius Codice ego ea deſcripſi Berolini A. C. 1716.*

VI.

VI.
COMMERCIVM EPISTOLARE
DVORVM MAGNI NOMINIS
VIRORVM,
LVDOVICI BOVRGVETI
ET
GISBERTI CVPERI,
QVO
ILLVSTRIORA MVLTA PHILOSOPHIAE, ANTIQVITATVM, ET LITERARVM ELEGANTIORVM, CAPITA DOCTISSIME ILLVSTRANTVR.

ACCEDVNT DVAE
BOVRGVETI AD IO. BAPT. OTTIVM,
ET
IO. WOODWARDVM,
EPISTOLAE.

PARTICVLA I.

LECTORI
S. D.
F. O. MENCKENIVS.

Habent inter homines doctos eam nonnulli doctrinæ ac meritorum famam, ut, quicquid demum ab his ſcriptum unquam, & quocunque modo, conſtat, dignum id putetur, quod in ſeræ manus poſteritatis veniat. Sunt hi illi ipſi, quibus maxime merentibus, nec diſſentiente

 ullo,

ullo, quidam in republica literata principatus defertur, & qui, nihil, quam levia & inutilia, ſcribere, ſatius exiſtimant. Horum igitur in ſcriniis ſi quid tale, unde aliquis ad literas redire fructus poſſit, malo harum fato abſconditum, & quodam quaſi pulvere obtectum, lateat; id & veſtigantibus ſtudioſe, & in publicam hanc lucem protrahentibus, recte, omnium iudicio, inſignis gratia habetur. De *Bourgueto* & *Cupero*, amicorum coniunctiſſimo pari, quæ aut olim fuerint, aut nunc ſint, hominum iudicia, ſi quis ſit, qui, neſcire ſe, dicat, næ eum eſſe rerum omnium, quæ geruntur inter eruditos, prorſus ignarum oportet. Et *Bourguetum* quidem, in quo æquale ius Mercurius & Muſæ habuerunt, ſubtilem Philoſophum, ſolertem naturæ inquiſitorem, antiquitatum, maxime abſtruſiorum, diligentiſſimum inveſtigatorem, &, quantum in his omnibus valeret, exquiſitis ſpeciminibus demonſtrantem, tam communis olim plauſus conſecutus eſt, ut, quæcunque in doctrinæ genere tam vario ab ipſo ſunt edita, & legantur cupide, & in ſummo paſſim pretio habeantur. *Cuperi* autem, Conſulis Daventrienſis, magni utique doctrina elegantiore hominis, piis Manibus, ita, qui literis honorem habent, omnes favent, ut nulla frequentior iuſtiorque ſit querela, quam Epiſtolarum, quas & ipſe ad doctos ætatis ſuæ cives dedit, & ab his mutuas accepit, quarum a ſe volumina numero centum collecta, ipſe ad *Bourguetum* ſcribit, partem adhuc publice

blice valde levem & exiguam exſtare. Nam, cum ita ei fuerit in more poſitum, ut graviſſima quæque & enodatu difficillima antiquitatum argumenta non aliter per literas explicaret, ac ſi liber ei de his integer ſcribendus eſſet, nec quidquam leviter, aut negligenter, ſed accurate omnia, & inſigni cum eruditionis apparatu, pertractaret, hinc nemo non intelligit, quanto literarum bono ſit futurum, ſi quem ita, multum in his rebus valens, fortuna amaverit, ut epiſtolaris illius commercii, quod *Cupero* cum omnium pæne regionum doctiſſimis fuit, quæcunque demum exſtant, & a poſſeſſoribus ſuis indigniſſima cuſtodia detinentur, liberare ſuis vinculis, & quaſi in libertatem vindicatas, exponere ante oculos omnium, reliquias poſſit. Sed hoc quidem vix ſperare unquam licet, diſperſis per totum pæne terrarum orbem illis *Cuperianæ* Muſæ oſſibus, horumque forte plurimis dudum in pulverem, aut putredinem, converſis. Habes interim, quod gaudeas, Lector, novam hic Epiſtolarum, tantum boni in ſe continentium, partem, eamque omnium, quæ ad hunc diem prodierunt, meo iudicio nobiliſſimam, proferri, quippe qua res minime vulgares, ſed ex intimis Hiſtoriæ naturalis, & politioris literaturæ, receſſibus petitæ, ita in partem utramque diſputantur, ut, ſitne *Bourgueto*, literarum, ſeu alphabetorum, originem a *Moſis* demum ætate repetenti, & foſſilibus marinisque rebus, per altiſſimos paſſim montes obviis, tanquam firmiſſimo quodam ad confirmanda

ea, quæ de diluvio Noachico inde a tot ſeculis narrantur, argumento, utenti, an *Cupero*, partes contrarias fortiter tuenti, palma deferenda, admodum difficile ſit iudicatu. Atque, finita hac, quæ iucundum per ſe ſpectaculum præbet, concertatione, inprimis utile Lectori eſt futurum, Duumvirorum doctiſſimis de Sinenſi literatura colloquiis intereſſe, & amica de excolendis hiſce ſtudiis conferentes inter ſe conſilia audire. Nam, ſi his Epiſtolis, quod lectu cognituque dignum eſſet, nihil aliud ineſſet, vel ſola hæc, quæ de Sinarum ſive antiquitate, ſive lingua & dicendi modis, ſive moribus & inſtitutis, notata hic leguntur, pretii & commendationis eis plurimum acquirerent. Quæ his acceſſerunt duæ *Bourgueti* ad *Io. Bapt. Ottium*, & *Io. Woodwardum*, Epiſtolæ, ideo ab hoc loco abeſſe non potuerunt, quod multa eorum, quæ ad *Cuperum* ſcribit *Bourguetus*, ſine his intelligi vix poſſint, ſintque per ſe etiam rerum cognitu utilium pleniſſimæ. Hæ igitur, omnes ac ſingulæ, quod aſſervatæ & cuſtoditæ adhuc diem diligenter ſint, ipſius ſtudio *Bourgueti*, qui faſciculum hunc Epiſtolarum, Gallice ſcriptarum, Latina, ut vides, Præfatione ornavit; quod in tuas nunc demum, Lector, tradi manus poſſint, humanitati politiſſimi omni genere doctrinæ *Io. Georgii Schelbornii*, ſacrorum in Memmingenſi republica antiſtitis, viri, quem boni omnes ament, digniſſimi, debes. Is, cum literatum hunc theſaurum Tigurini beneficio amici, *Io. Iac.* *Zim-*

Zimmermanni, Muſis auſpicati nominis, accepiſſet ad id, ut ei locum aliquando in *Amœnitatum hiſtorico-theologicarum*, quarum edendarum curam tunc ſuſceperat, opere præclaro daret, perinde futurum arbitratus, qua demum via publicis hæ opes uſibus paterent, nec idoneis deſtitutus rationibus, cur, minus commode inferri has in ſuum illud opus poſſe, iudicaret, noſtram, maluit, quam ſuam, ea in re bonis literis operam inſervire. Feci igitur, quod fieri a me voluit *Schelhornius*; cui nempe uni, ſi quid in toto hoc edendi inſtituto boni & præclari ineſt, eo nomine laus & gratia debetur. Huic certe *Miſcellaneorum* operi, alias fortaſſe nimium obſcuro, ab hac velut gemma haud parum ſplendoris accedit, &, quo minor eſt eorum numerus, qui ſe ita nobis liberales præbent ac munificos, hoc æquius eſt, viciſſim nos rem tam per ſe eximiam & ſpectabilem donanti proſperitatum exquiſita quæque genera, & ſecundam omni ex parte fortunam, precari. Quæ in fronte Epiſtolarum leguntur, ideo a me addita argumenta ſunt, ut prius, quam ad ipſam harum lectionem accederes, nihil te lecturum, niſi quod ſit lectu dignum, ſcires. Cuius laboris, etſi valde tenuis, & omnis laureæ expertis, me tamen, cum ſit commodus Lectori, adeo non pœnitet, ut maiorem mihi videar ex re tam levi, modo utili, quam ex ſplendidiſſima quaque, cuius uſus plane nullus eſt, gloriam capturus.

MONITVM BOVRGVETI.

Sequentes Epiſtolæ non fuere ſcriptæ, ut prelo committerentur, ſed literariam amicamque de variis argumentis collationem continent Ampliſſimi Celeberrimique *Giſberti Cuperi* cum nullius nominis mercatore, tunc temporis Venetiis degente. Amicorum ſollicitationibus tandem factum eſt, ut *Cuperianarum* reſponſionum, Epiſtolarumque mercatoris, apographa Viro Max. Reverendo, *Iacobo Zimmermanno*, in Academia Tigurina S. Theologiæ Profeſſori Celeberrimo, tradita ſint, ut iis apographis uteretur, ut libuerit. Cum inpræſentiarum uberiores notas addere non licuerit; hæc pauca obſervari velim : 1) Quod adhucdum in eadem ſententia de Alphabetorum origine permanſerit Epiſtolarum auctor; 2) quod ſententiam de inſtantanea creatione mutaverit, & cum Ampliſſimo *Cupero*, omnibusque fere Theologis, *Moſaicæ* narrationi de rerum ortu adhæreat, eamque ſententiam phænomenis naturæ innixam putet; 3) quod Telluris primigeniæ diſſolutionem adhuc ſtatuat, eamque demonſtrabilem exiſtimet; 4) quod, linguas omnes a tribus potiſſimum dialectis primitivæ linguæ ortum duxiſſe, arbitretur, quas dialectos cum *Leibnitio* vocat *Iapeticam*, *Arameam*, & *Chamiticam*, ſive *Ægyptiam*; 5) quod nunc etiam, Sinenſium traditiones cum hiſtoria *Moſaica* conciliari poſſe, putet; 6) quod P. *Sicardi*, Ieſuitæ, obſervationes, in Ægypto factæ, conjectu-

ras

ras Epiſtolarum Auctoris confirment circa antiquorum Ægyptiorum monumenta; 7) quod demum anno 1732 Epiſtolarum auctor Alphabetum Etruſcum, dialectosque Etruſcorum, Pelaſgorum, & Umbrorum, invenerit; 8) quod autem ad libros Sinicos attinet, quos ad Auctorem miſerat Ampliſſimus *de Witzen*, Annalium Sinicorum continent compendium a *Puon-ku*, ſive a rerum ortu, ad ultimum uſque familiæ *Y-ven*-Imperatorem, qui regnare deſiit demum A. 1369 poſt Chriſtum natum. Hi Annales nunc in Bibliotheca publica Genevenſi exſtant, cum Clave Sinica *Mentzelii*, quam exſcribebat mercator A. 1709 ex Codice manuſcripto, quem Vir Max. Reverendus, *Dom. Erneſtus Iablonski*, Regius Concionator Berolinenſis, Neocomum miſerat.

EPISTOLA I.
BOVRGVETI
AD
CVPERVM.

Tria a ſe parari, ſcribit: primum, ut Hiſtoriam criticam Alphabetorum componat; alterum, ut ex foſſilibus, paſſim per altiſſima montium obviis, veritatem diluvii Noachici confirmet; tertium, ut, quæ vulgo de Chaldæorum, Ægyptiorum, Brachmanum, & Chinenſium, antiquitate narrantur, ad fabulas pertinere, oſtendat.

Quoique la connoiſſance, que j'ai de vôtre ſavoir & de vôtre honnêteté, Monſieur, envers tous

tous les gens de lettres, m'ait depuis longtems fait concévoir une eſtime trés particuliére de vôtre perſonne; & que l'amitié dont m'honnorent Mr. de *Leibnitz*, *La Croze*, & Mr. *Jean Baptiſte Ott*, m'ait donné ſouvent occaſion de deſirer l'honneur de vôtre correſpondance; néanmoins la choſe n'a pû ſe faire, ſitôt que j'aurois voulu. Je prens dont à preſent la liberté, Monſieur, de m'addreſſer directement à Vous, eſpérant que Vous ne dedaignerés pas les aſſûrances, que j'oſe Vous donner de mon trés humble reſpect. J'avoüe que le beſoin, que j'ai de vôtre ſecours, par rapport à mes Etudes, devoit m'avoir depuis long temps obligé à chercher avec empreſſement l'amitié d'une Perſonne de vôtre rang & de vôtre mérite: mais je me flatte que vous voudrés bien m'honnourer de vôtre entretien. Je me conſole en quelque maniére de ce que les embarras du négoce m'ont empéché de mettre en effet le deſſein, que j'avois de Vous communiquer mes penſées ſur divers ſujets de Literature, pour me procurer quelque part dans l'honneur de vôtre affection, & pour recevoir toutes les lumiéres, qu'une Perſonne auſſi univerſelle & eſtimée, que Vous, Monſieur, & d'une auſſi vaſte erudition, que la vôtre, pourroit me communiquer. Et quand je Vous dirai, que c'eſt là le ſentiment de Mr. *Leibnitz*, & de *La Croze*, & que c'eſt enſuite du conſeil qu'ils ont eu la bonté de me donner, que j'ai l'honneur de Vous écrire la pré-

ſente,

ſente, pour Vous prier trés humblement, de me faire la grace, de vouloir bien ſéconder l'intention, que j'aurois de me rendre utile au public, s'il m'étoit poſſible. Je ne ſais pas, ſi Mr. *Ott* ne Vous a jamais communiqué un plan que je me ſuis fait depuis quelques années, pour une *Hiſtoire critique de l'Origine des Lettres*. J'ai eu cependant quelque ſoupçon qu'il Vous en a fait part, parcequ'il m'a envoyé quelques fois des Extraits de vos ſavantes Lettres, où vous combattés un des principaux points, que je me propoſois de prouver, qui eſt que les Caractères littéraux, ou alphabetiques, n'ont commencé à être en uſage dans le monde, que ſous *Moyſe*, & que le premier exemplaire de cette écriture de cette eſpéce a été la Loy de Dieu écrite ſur les tables de pierre en *Sina*. Peut être auſſi que Mr. *Ott* Vous aura rapporté les Réponſes abrégées, que je lui faiſois ſur vos difficultés, qui ſont dignes de vôtre profond Savoir. Vôtre ſentiment eſt ſuivi par un grand nombre de Savans, & le mien en a beaucoup moins; cependant j'ai été autrefois dans le vôtre, mais je l'ai changé. Je crois que les raiſons qui m'y ont obligé, ſont plus fortes que celles du parti contraire. Mais ce n'eſt pas ici le lieu d'en parler. L'Autre espéce d'Etude, à laquelle je me ſuis beaucoup attaché, eſt celle des choſes naturelles, & principalement ce qui regarde les Mineraux, & les Foſſiles; & cela par rapport à la vérité du

Délu-

Déluge, que je crois pouvoir prouver d'une maniére trés forte, & avec la derniére évidence, par les monumens de la nature. Je ſuis à cet égard dans les ſentimens de Mr. *Woodward*, avec qui j'ai correſpondance de lettres. Mais j'ai fait pluſieurs obſervations, dans mes Voyages, ſur les montagnes & dans la mer, qui m'ont donné lieu d'expliquer ſon ſiſtéme, avec beaucoup moins de difficultés qu'il n'y en a dans la maniére dont il l'explique lui même, dans ſon petit *Abrégé de la Géographie phyſique*. Enfin la troiſiéme eſpèce d'etude, qui fait l'objet de mes ocupations, c'eſt celle, qui regarde les prétendues Antiquités des *Caldéens*, des *Egiptiens*, des *Brachmanes*, des *Chinois*. Ce n'eſt pas ſimplement pour ſuivre les tracès du P. *Pezron*, puisque je ſuis d'une opinion contraire: mais c'eſt principalement pour déterrer toutes ces fameuſes Antiquités, & faire voir par les monumens de ces nations, que tous ces prétendus nombres prodigieux de Siecles, qu'ils donnent à leurs monarchies, ne ſont que des Fables, & que tout ce qu'ils ont de plus certain eſt trés conforme à ce que nous ſavons de l'hiſtoire du monde par *Moyſe*. Il eſt vrai que tous nos ſavans, qui ont traité de la vérité de la Religion Chrétienne, ont dit quelque choſe ſur ce ſujet: mais il me ſemble, que la choſe vaut bien la peine d'étre un peu plus approfondie, puisque les incrédules n'ont pas encore vû tout ce qu'on peut dire ſur un ſi

riche

riche ſujet. Et comme ils ſont fortement prévenus pour ces prétendües Antiquités, rien ne ſeroit plus utile que d'en montrer la fauſſeté par les propres monumens, dont ils prétendent ſe ſervir contre nous. C'eſt pour réüſſir dans ce deſſein, que j'avois écrit en 1707 une longue Lettre au P. *Bouvet*, Jéſuite à Pekin. J'envoyai cette Lettre à Berlin, à Mr. *La Croze*, qui la communiqua à Mr. *de Leibnitz*, & ce ſavant eut la bonté de l'envoyer au P. *Le Gobien* à Paris. J'en donnai une autre copie au P. *Bouchet* à Rome, qui m'avoit promis de l'envoyer par une autre voye à la Chine. Cependant j'ignore encore ce qu'eſt devenüe la Lettre, & peut être n'aurai-je jamais de Réponſe. Et comme je lui demandois pluſieurs Livres Chinois, Mr. *de Leibnitz* & Mr. *La Croze* m'offrirent de s'employer auprés de Vous, afin que par votre moien, Monſieur, je puiſſe avoir le grand Dictionnaire du *Goet*, qui conſiſte en quatre pâquets chacun de ſix Livres; les Annales de la Chine, qui ſont en tout 120 Livres; & les Oeuvres de *Confucius*. Tout cela pourroit être envoyé de Batavia, par les Amis que ſans doute Vous y avez. Outre le payement de l'achat & des fraix, je Vous en aurois une obligation toute particuliére. Jusqu'ici les Jeſuites n'ont abſolument point employé la Critique pour develope ce qu'il y a de vrai, ou de faux, dans ces Annales, dont on fait peut être plus d'eſtime qu'elles ne méritent. Quoiqu'il en ſoit, j'au-

animi conſtantiam, & divinum, quod in acerbiſſimo dolore ſenſit, auxilium. Pluribus verbis tradit, morbum tam periculoſum & doloroſum fuiſſe, ut propemodum extra orbitam prolapſus fuiſſet. Ne vero divinam læderet providentiam, dicit, ſe, confirmato animo, ſuppreſſis omnibus dolorum aculeis, veluti murum aheneum, ſtetiſſe, & hoc iniiſſe conſilium, ſe animo prorſus leonino, ſeu omnium fortiſſimo & conſtantiſſimo, ſub Dei auxilio, veluti ſubter denſa teſtudine, omnes laturum eſſe caſus, ſperaſſeque, fore, ut ſuperior ex hoc certamine diſcederet, ſed, ſuis ſe excidiſſe auſis & ſpe, libere profitetur. Etenim exponit, Deum tanto vehementiori impetu, ipſo, quo conflictabatur, morbo, in eum irruiſſe, quanto fortiori firmiorique animo ſeſe inſtruxerit, tantisque illum affeciſſe doloribus, ut inermis plane ac proſtratus iacuerit, veluti homo, nullis armis inſtructus, ſeu imbecillis bellua, quam leo, prædæ ſitiens, & ad rabiem provocatus, ferociter comminuit. Innuit porro, ſe e leone in gruem, x) hirundinem, y) columbam, z) tanquam inermes, timidas, querulasque aviculas, eſſe mutatum, ut medios inter graviſſimos dolores, pipitus, atque gemitus, more gruum, ac columbarum, vel deſertarum, vel accipitribus expoſitarum, cum lachrymis effu-

x) *Bochart. Hierozoic. l. c.*
y) *Idem l. c.*
z) *Idem l. c.*

derit, quod verſus ſequentes planius docent. Heu quantum mutatus a leone!

VIII. Quæ ſi nunc æqua expendimus lance, tria potiſſimum in his *Hiskiæ* verbis latent argumenta, in calce obſervationis non negligenda. *Primum* eſt humanæ fragilitatis nota. Mortales, ſuas vires non ſatis explorantes, plerumque plura ſibi tribuunt, quam ferre humeri valent. Cum leonibus ſe comparant, nec non æquo conſtantique animo omnes, quibus in vita obnoxii ſunt, caſus ſuſtinere, & æquam ſemper ſervare mentem, arbitrantur; ſed res parum ſecundæ, diuturna morborum genera, nec non ſpirituales tentationes, eorum conſtantiam tam turpiter frangunt, ut fragilitatis & infirmitatis memores, ad Chriſti vulnera, ſolaminisque divini ubera longe ſuaviſſima, confugiant. *Alterum* eſt ſumma, qua pollet Deus, in mortales poteſtas. Gravis res eſt, Deum habere iratum. Miſer & imbecillis eſt homo, quando Deus ei ſuam gratiam atque auxilium detrahit. Quod perſentiſcunt potiſſimum homines, gratia divina ob ſcelera deſtituti, quandoque pii, quorum pietatem, fidem, fiduciam, atque conſtantiam, non raro explorat Deus. *Tertium* eſt ſolatii divini & auxilii præſtantia, quam, exantlatis demum vexationum & calamitatum procellis, grata mente prædicat, & exquiſitiſſimis verbis extollit *Hiskias*, rex Iudæ, poſt *Davidem* facile optimus.

II. COM-

II.

COMMENTATIUNCULA PHILOLOGICA DE ΕΥΤΡΑΠΕΛΙΑ VETERUM, NON OMNIBUS PROBATA, AD ILLUSTRANDOS LOCOS QVOSDAM AVCTORVM, QVI DICVNTVR, CLASSICORVM, UT ET PAVLI AD EPHES. V, 4. CONSCRIPTA

a
M. I. F. FRISCHIO.

I.

Multa quidem & elegans doctiſſimorum Virorum fuit diligentia, quam in Græci huius vocabuli, quod in fronte poſuimus, origines, auctoritatem, & varium uſum inquirendum, conferre ſtuduerunt, inter quos *Schelbornii, Bibl. Bremenſ. Claſſ. V pag. 58 ſeq.* & *Elsneri, Obſerv. Tom. II pag. 221*, labores noſtris temporibus præcipuum ſibi locum vindicare videntur; non tamen ita omnis ſcribendi copia in hoc genere exhauſta eſt, ut nihil addi poſſit, quod, ſi non novitatis, tamen utilitatis, ſpecie ſe commendet. Excuſſa quidem ſunt ſcriptorum veterum monumenta ita, ut actum ageremus, ſi de iis evolvendis locis ſoliciti eſſemus, ubi hoc vocabulum occurreret; ſed omnis rei cardo vertitur in eo, ut, quid ſenſerint

Græ-

Græci, de εὐτραπέλοις hominibus dicentes, accurate expediatur, atque ex loquendi uſu firmiter declaretur.

II. Altius itaque εὐτραπελίας origines non erunt repetendæ, ſed proximæ modo, quæ in vocabulo εὐτράπελος unicuique ſunt obviæ, inveſtigari debent. Compoſita huius nominis forma facile ſuadet, ut credam, de homine, facile ſe vertente, intelligere potuiſſe Græcos hanc vocabuli notionem. Sed confirmanda hæc res omnis eſt ex uſu atque auctoritate loquendi, quam modó convenire cum origine, modo diſcrepare ab ea, multis exemplorum copiis facili negotio ab aliis oſtenditur. Seligamus itaque ea fini ex omnibus, ubi hoc exſtat vocabulum, unicum *Aeliani Var. Hiſt. Lib. V Cap. 13* locum, & ſeveriori examini ſubiiciamus illum, ut exinde, quæ probata ſit nominis noſtri auctoritas, dilucide appareat. Athenienſes ibi dicuntur ἀγχίστροφοι πρὸς νεωτερισμοὺς, quæ dicendi ratio nihil infert aliud, quam quod Athenienſes, ſub quacunque nova regiminis & reipublicæ forma, temporibus ſervire, omnia tolerare, facileque ſuſtinere, didicerint, licet aliis hominibus omne onus inſuetum grave videretur. Ἀγχίστροφος itaque hoc in loco non eſt ille, qui ſtudioſus rerum novarum, & proclivis ad novitates, ore Romano dicitur, ſed qui omnes novas res, omnesque mutationes, ſtatim perferre aſſolet. Confirmo hanc meam interpretationem ex communi huius vocabuli uſu, quem *Suidas* ſub indice litera exhibet, ita ſeribens:

bens: Ἀγχίστροφοι, συστραφέντες, ἢ ταχὺ ἐπιστρεφόμενοι. Exempla adiecta plenius, ſi librum inſpicias, docent, nihil aliud ſignificare poſſe hoc vocabulum, quam hominem verſatilem & mutabilem ſtatim pro temporum conditione. *Alcibiadem*, relatum legimus, hominem fuiſſe varium in omni genere vitæ, ita, ut, apud quoscunque eſſet populos, nihil eo, vel in vitiis, vel in virtutibus, eſſet excellentius, quin imo princeps poneretur, & cariſſimus omnibus haberetur. Nihil hic alios moror, ſed *Schelbornii* Celeberrimi coniecturam tantum miror, qui conficit, Athenienſes hic haberi poſſe dicaces, & cavillantes in magiſtratum, & in regiminis ſui formas, cum tamen nec titulus huius hiſtoriæ, nec vocula quædam, ſuadeat, ut ad has nos recipiamus latebras. Res enim enarrata docet, cives Athenienſes regnum *Cecropis*, & reliquorum regum, σωφρόνως tuliſſe. Deinde lubenter paſſos eſſe, ut periculum facerent tyrannidis. Quin imo poſtea uſum Ariſtocratiæ, ac denique Anarchiæ, induxiſſe, & celeriter mores ſuos mutaſſe ſecundum ea, quæ tunc erant, tempora. Iuvat hoc effatum elegans *Aeliani* ſententia ſub finem adiecta: ταύτην δὲ τὴν ὅτως ἀγχίστροφον μεταβολὴν τῦ τρόπυ, εἰ ἐπαινεῖν χρὴ, ἀλλὰ ἔγωγε τῦτο ὐκ οἶδα. Mores itaque Auctor noſter, puritatis dictionis ſtudioſiſſimus, taxat Athenienſium, quod tam levi animo omnes mutationes ſubire & ſuſtinere potuerint. Addi ulte-

ulterius poteſt, difficulter ex rebus geſtis Athenienſium confirmari poſſe, quod cupidi ſemper rerum novarum fuerint, licet vel ex ſacris conſtet paginis, eos novis narratiunculis quam maxime ſtuduiſſe, quod novitatis ſtudium cum rei publicæ commutandæ regimine conferri nequit. Ex eo fit, ut etiam dicantur ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεταβολὰς παντὸς μᾶλλω, æquo animo ſe accommodantes ad quasvis commutationes. Ita non infeliciter *Suidas* ἐπιτήδειος exponit per φίλος εὔνυς, ἁρμόδιος, talis eſt, qui ſe facilem præbet & benevolum erga aliquem, qui omni ſtudio ſe applicat & confert ad rem aliquam ſuſtinendam. Quod in Athenienſes pro argumento ſubſtrato facile dici poſſe arbitror.

III. Sed quorſum hæc diſputantur? Num quæſtio hic eſt de Athenienſibus, eorumque moribus, inſtituenda? An ex affini vocabulo aliquid pro noſtra cauſa demonſtrari poterit? Ita omnino eſt. Ἀγχίστροφος enim & εὐτράπελος plane inter ſe ratione ortus conveniunt, ut fratres fere germani haberi queant. Reſolvere non licet amplius ſtamina horum vocabulorum, quæ tantum a ſubtilitate abſunt, ut manibus quaſi palpari queant. Utrumque enim eum, qui facile & confeſtim vertitur, denotat. Sed forte hæc nondum ita ſunt expoſita, ut idem de εὐτράπελος valeat, quod de ἀγχίστροφος dictum eſt? Dubitatio vero hic nulla aderit, ſi nobiſcum perpendamus, alterum pro alte-

altero poni vocabulo, & mutuas ſubire vices. Iidem enim Athenienſes, qui ἀγχίστροφοι dicuntur, etiam mutato nomine, non re, εὐτράπελοι nominantur, & quidem eadem in cauſa, ubi de moribus huius civitatis in novos principes ab *Aeliano* narratio inſtituitur. Δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας εὐτράπελοι ἦσαν, noſter ſcribit Auctor, quorum verborum pro ea, quam iam ſtabilivimus, explicatione ſenſus alius nullus ſit, quam *quod ultra modum*, quam intendendi ſignificationem particula adiecta δεινῶς docet, fuerint leves Athenienſes in commutandis moribus pro regiminis ſui ratione. Nulla amplius inter hæc vocabula intercedit differentia, quam ea, quæ leviſſima putatur, qua ſcilicet ἀγχίστροφος eum notat, qui *ſubito* commutatur; εὐτράπελος vero, qui ſine difficultate quadam, & *leviſſime*, eſt convertendus. Apparet ſtatim, diſcrimen illud tam parvum eſſe, ut omnino fere inter ſe conveniant homines ſubito & leviter commutandi, ratione modo *temporis*, modo *formalis actionis*, ut dicunt, habita. Hinc prima εὐτραπέλου notio ſatis ex hoc teſtimonio eſt confirmata, quæ ex more Romano verſatilem & flexibilem hominem oſtendit. Vix itaque cum *Suida* conſentio, qui primario εὐτράπελον dicit eum, qui riſum excitandi, & alios lepide imitandi, conſuetudine utitur. Non omnis quidem hæc opinio eſt negligenda, quod ex ſequentibus verbis patebit, ſed ita modo reſtringenda, ut non primario εὐτράπελος ea inferat,

ferat,

ſerat, quæ *Suidæ* volunt verba, moderate exponenda.

IV. Facile nunc erit diiudicatu, quid εὐτραπελία fuerit veterum. Ne tamen andabatarum more pugnemus, evolvamus literarum monumenta, ab *Ariſtotele* conferta, quæ, ut *Schelhornius* quidem fecit, omittenda non ſunt. Ipſe enim ita accurate, &, quod dicunt, vivis coloribus, depinxit εὐτραπελίαν iſtam, ut mediocri tantum diligentia in exponenda hac doctrina opus videatur. Omnis vita continetur ſeria & ludicra conſuetudine, iudice Stagirita noſtro, ideo, quia fieri nequit, ut ſine corporis periculo, animique defatigatione, ſeriis ſemper vacare liceat negotiis. Ne quid vero nimii, vel parum, fiat in hac vitæ recreatione, limites finesque deſcribit, quos transgredi, minus honeſtum iudicat. In medio conſiſtit virtus. Hinc, extrema duo fugienda eſſe, recte docet, ne minus moleſti & difficiles habeamur, neque in notam ſcurrilitatis incurramus. Poſteriores homines dicit βωμολόχυς, οἱ τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, qui ſcilicet in riſum nimium, quam par eſt, effundere ſe aliosqoe ſtudent. Priores ἀγρίυς & σκληρὺς nominat, qui nec iocoſi quidpiam proferre, nec niſi invide & moroſe audire, poſſunt, uti uberius ſe explicat in *Lib. IV Cap. VIII Ethicorum ad Nicomachum*. Nunc terminis ſuis includit, & plenius deſcribit, quid ſit εὐτραπελία in ſe ſpectata, ubi hanc huius rei percipimus finitionem, quod ſit quædam

dexte-

dexteritas concinne & lepide iocandi. Demonſtrabimus hic ante omnia, hanc iocandi facilitatem non inter vitia, ſed virtutes, ab *Ariſtotele* poni. Conſtat hoc ex eo, quoniam ἐπιδεξιότης, appellatur agendi quædam dexteritas, ſeu agilitas. Convenit cum Græco hoc vocabulo. Romanorum *virtus*, docente *Nepote*, in fronte ſtatim libri ſui de *Epaminonda* ſcribente, in *virtutibus* ipſius commemorari, ſaltaſſe eum commode, ſcienterque tibiis cantaſſe. Præterea aſſertum noſtrum ex eo patet, quia neceſſariam hanc ad requiem & animi voluptatem iudicat iocandi agilitatem, uti Philoſophus ſub finem huius *Capitis* id aſſerere non dubitat. Formam, ſeu rationem, in eo ponit, ut ἐπιμελῶς παίζειν quis ſciat, cuius uberiorem affert explanationem, docens, ea tantum iocoſe dici & audiri debere, quæ viro bono,& ingenuo conveniant, quæque ad honeſtatem & decorum ſpectant. Excluditur hinc omnis turpitudo, vanitas & iniuria verborum, quod pluribus repetere non licet, ne nauſeam lectori excitemus. Conſtat itaque, εὐτραπελίαν *Ariſtoteli* eſſe probatam lepide iocandi facilitatem, quæ iis ineſſe creditur, qui felici, flexibili, & verſatili, ſunt ingenio, ut alterius dicta ſubito arripere,& in alienum ſenſum, iocandi cauſa, transferre, poſſint. Iidemque ſunt, qui εὐτράπελοι dicuntur, quique, pro temporum hominumque conditione, ita ſe vertere poſſunt, ut lepidi atque arguti iudicentur ſocii.

V. Inquirendum hoc in loco eſt in vulgatam doctorum virorum ſententiam, qui, urbanitatem & comitatem Græcorum eſſe εὐτραπελίαν, perhibent. Plurimi id ſibi voluerunt, dum nullam fere invenirent apud Romanos dicendi rationem, quæ unico verbo ideas huius vocabuli accidentales comprehenderet. Et facile largimur, hanc Græcorum virtutem Romanos unico non deſignaſſe nomine, quod *Tullius* ipſe fatetur, in civitatem Romanam recipiens Græcorum vocabulum, ad *Volumnium Epiſt. XXXII Lib. VII ad Diverſ.* ſcribens: *Addubitavi primum, num a Volumnio ſenatore eſſet epiſtola, quocum mihi eſt magnus uſus. Deinde εὐτραπελία literarum fecit, ut intelligerem, tuas eſſe.* Recte inde colligi poſſe autumo, non hic adhibiturum fuiſſe *Tullium* vocabulum Græcum, ſi ſuo ore rotundius & plenius rem deſcribere ſciviſſet. Conſtat tamen aliunde, & vel ex *Lib. IX Epiſt. XXVI ad Diverſ. Volumnium* dici *Eutrapelum*, ſeu talem hominem, qui totus ad ridicula & iocos erat compoſitus, quam ob cauſam *Tullius* ad *Pætum* ſcribit, ne miretur ipſe, ſuam ſeveritatem ita eſſe exhilaratam, ut vel apud *Volumnium* accubuiſſet. De literis vero *Volumnii* ita *Cicero* ſcribit extra iocum: *Valde mihi tuæ literæ facetæ elegantesque viſæ ſunt. Illa, quamvis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non moverunt.* Ex his omnibus, in ſummam quaſi collectis, id patet, Romanos

neſci-

neſciiſſe rotundo ore unicoque vocabulo εὐτραπελίαν eloqui Græcorum, licet verum quam maxime ſit, ioci quoddam & facetiarum genus eos ſub hoc vocabulo occultaſſe. Vel ex eo nunc ruit ſententia communis doctorum virorum, qui urbanitatem, ſeu comitatem, εὐτραπελίαν vertunt. Appellat quidem *Tullius* in locis ſuperioribus iſtud facetiarum genus urbanitatem, ſeu, ut rectius dicam, urbanitatis poſſeſſionem: ſed per iocum hoc ſcripſiſſe *Tullium*, ex adiecti patet vocabuli *poſſeſſionis* notione, cum urbanitatis nulla detur proprie ſic dicta poſſeſſio. Deinde etiam erit regerendum, quod hominum εὐτραπελία ad urbanitatem, ſeu elegantem vitæ rationem, pertineat, licet non ſola. Non accurate hinc unico hoc vocabulo exprimitur. Aliud quidem teſtimonium afferri poteſt ex *Ciceronis Orat. pro M. Cœlio Tom. II Oper. p. m. 695*, ubi urbanitas de maledictis facetius prolatis dicitur: *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam; quæ, ſi petulantius iactatur, convicium: ſi facetius, urbanitas, nominatur.* Sed nihil hic de εὐτραπελίᾳ eſt cogitandum, nec firmi quid ex eo colligitur, quia contortis interdum *Cicero* ad perſuadendum utitur vocibus, licet non negemus, Romanos talem facetiarum modum urbanitati & eleganti vivendi rationi attribuiſſe. Sed nihil hæc omnia ad nos, quia urbanitatis mores, de quibus *Seneca* multa deinde queritur, incipiebant tunc corrumpi & peſſum dari.

VI. His relictis, alia ſe nobis quæſtio expediendum offert de εὐτραπελίας uſu. Quæ fuerit honeſta Græcorum iocandi ratio, *Ariſtoteles* ſatis abundeque docuit. Sed qui fit, ut in vitium ab aliis vertatur hæc libere iocandi alacritas? Confugiunt hic plurimi, quos nominare vereor, ad uſum vocabulorum mediorum, quæ in bono & malo ſenſu ab Auctoribus profanis adhibentur. Sed,ut obiter id moneamus, recentiorum hæc μεσότης Grammaticorum eſt figmentum, veteribus plane incognitum. Exſtant quidem vocabula μέσα, ſed alio plane ſenſu, quam noſtris temporibus dicuntur. Evolvamus *Ariſtotelem*, ita nos erudientem, vocabula media locum ibi habere, ubi mediæ ſunt res. Ita in *Lib. Categ. Cap. X p. m.* 73 inquit: Ἐπ᾽ ἐνίων μὲν ἔν ὀνόματα κεῖται τοῖς ἀνὰ μέσον. In nonnullis, ſcribit, rem ita ſeſe habere, ut nomina mediis ſint impoſita. Ex his ſi dicere velis nomina media ea, quæ rebus imponuntur mediis, non errabis. Affert Stagirita exemplum, ut primo intuitu, quid ſibi velit, pernoſcamus. Tale eſt, inquit, φαιὸν, quod medium eſt inter λευκὸν & μέλαν. Et ſic omnino nos ſentire oportet de vocabulis mediis, quæ de iis rebus dicuntur, quæ inter duas extremitates quaſi interiectæ & interpoſitæ ſunt, vel, ut cum *Ariſtotele Analyt. Prior. Lib. I Cap. IV. p. m.* 133 loquar, καλῶ δὲ μέσον μὲν, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλῳ, καὶ ἄλλο ἐν τούτῳ ἐστι, ὃ καὶ τῇ

θέσει

θέσει γίνεται μέσον. Pervulgata hæc ſunt verba, ut explanatione uberiore iis non ſit opus. Adde, ſi lubet, *Analyt. Prior. Lib. I Cap. XXXIII pag. 262, Analyt. Poſter. Lib. II Cap. XVII pag. 540, Lib. I Topic. Cap. V pag. 570.* Iuvat hoc, in loco etiam monere, quæ *Apollonius Alexandrinus* de verbis mediis affert, ex quibus, quid vocabula ſint media veterum, facile erit cognitu. Ita vero ille *Lib. III de Syntaxi p. 210*: Τὰ καλέμενα μεσότητος σχήματα, συνέμπτωσιν ἀνεδέξατο ἐνεργητικῆς καὶ παθητικῆς διαθέσεως. Et, ne quid aberremus a recto horum verborum ſenſu, in eodem *Libro pag. 225* ita ſe explicat: Ἡ μεταξὺ τούτων πεπλωκυῖα μέση ϰ προσχωρϰσα ϰδετέρα. Ex his ea, quæ ſuperiori loco de vocabulis diximus mediis, auctoritatem ſuam tuentur, quod falſo ita dicantur, quia bono quaſi ſimul & malo ſenſu ab Auctoribus uſurpentur. Hac ergo ratione nec ἐυτραπελία noſtra erit vocabulis μέσοις annumeranda, quæ ambigua dicuntur, ſed iis, quæ ex more veterum ita nominantur. Interiacet enim ἐυτράπελος inter βωμολόχϰς & ἀγρίϰς, ſeu σκληρϰ́ς. Quicquid igitur alii clamitent, vocabulum hoc ſenſu deteriori ab Auctoribus Græcis adhiberi, fruſtraneum puto, nec teſtimonium exſtare luculentum affirmo, quod ita ſeſe res habeat. Obiter hic prius, quam diſceſſero, moneo, doctiſſimum nonneminem vocabula μέσα & κοινὰ pro iis-

dem habere, licet, diverſa inter ſe & ſeparata ex ſectis Grammaticorum eſſe, arbitrentur plurimi harum rerum periti.

VII. Sed quid eſt, quod *Iſocrates* aliique reprehendant [illegible], & minus homines ea ſentiant? Afferamus hic dubitationes quasdam quibus ſolutis ſtatim apparebit non homines [illegible] [illegible]

differentia quædam inter utrumque adſit, niſi, ſcriptorem & oratorem graviſſimum temere ταυτολογίαν commiſiſſe, fingere velimus. Idem fecit et *Ariſtoteles*. Porro nec is dicitur εὐτράπελος, qui didicit convicia evomere in alios, niſi eandem negligentiæ notam inurere velis *Iſocrati*. In iiſdem partibus hærentem videmus *Ariſtotelem*, excitato in loco dicentem τὸ σκῦμμα λοιδόρημά τε ἐστίν. Quid igitur eſt ille εὐτράπηλος, quem *Iſocrates* memorat, & inter calamitoſos numerat? Eſt idem ille, qui *Ariſtotelis*. Eſt iunior quidam homunculus, ſeu adoleſcentulus, qui rhinocerotis naſum habet, & dexteritate pollet, verba aliorum ſubito detorquendi, & in ridiculum convertendi ſenſum. Niſi graviſſime fallor, *Iſocratis* iſta mens recte habetur. Hac ratione differentia adeſt inter βωμολόχον, qui τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλων dicitur, & inter σκώπτειν δυνάμενον, qui λοιδορήματα, ſeu maledicta, contumelioſe & petulanter profert. Habemus hic conſentientes Duumviros, *Iſocratem* & *Ariſtotelem*.

VIII. In eo tantum inter ſe pugnant, quod εὐτραπελίαν dexteritatem illam iocandi, & verba ſubito faceteque vertendi, alter laudet, alter vituperet. Nec hic aperta eſt pugna, licet ſeveritati morum, cui ſtudebat *Iſocrates*, aliquid ſit dandum, quæque cum liberiori & elegantiori, ſeu politiori, vivendi conſuetudine, qua *Ariſtoteles*, regiæ iuventutis gubernator,

 uteba-

utebatur, non plane convenire videtur. Ratio hic habenda eſt perſonarum, in quas dicit graviſſimus Orator Athenienſis. Improbat εὐτϱαπελίαν in iunioribus. Et recte quidem. Iſti enim miſerrimi hominum putantur, qui non niſi contumelioſa & lepida oratione pugnare didicerunt. Qui facetis ſolum & ludicris ſermocinandi generibus aſſueſcunt, & a puero argute riſus excitare docentur. Quin imo multo magis peccatur in eo, quod tales εὐτϱάπελοι iuniores εὐφυεῖς ingenui dicantur homines, Quæ omnia *Ariſtoteles* non tangit. Nec multo ſit aliter noſtris temporibus. Quo quis inter pueros eſt verſatior, & alacrior ad nugandum, atque iocandum, eo elegantior, quin imo elegantiſſimus & lepidisſimus, putatur homo. Non neſcimus ſeculi noſtri vitia. Non neſcimus appellandi titulos, quibus Germani vel Gallico ſermone adoleſcentulos tales facetos ſalutare ſolent. Aliter ſe res habet cum viris, graviſſimis ſubinde muneribus preſſis, & recreandi animi cauſa genio honeſte indulgentibus, quo omnis *Ariſtotelis* eſt referenda doctrina. Hoc itaque fine reprehenditur εὐτϱαπελία ab *Iſocrate*. An in univerſum facetum iocandi genus etiam taxari, ex hoc teſtimonio colligere non licet, quanquam de eo non dubitarem, quia graviſſimi & ſeverioris moris iudicatur civis.

IX. Amplius hic etiam dicendum eſt, εὐτϱαπελίαν illam quam minime fuiſſe lauda-

tam

tam in conſeſſu graviſſimorum virorum. Hinc inter eos modo, ſcribit *Tullius*, quod antea attigimus, ſeveritati & gravitati ſuæ nuntium ſe remiſiſſe, quorum conſuetudine & uſu plurimum delectabatur. Nec de hac lepida vivendi ratione quidquam niſi ad familiares, & eiusdem genii homines, ſcribit, uti ea oſtendunt teſtimonia, quæ ſuperiori iam adduximus loco. Quæ vero ex *Plutarcho* refert *Schelbornius*, ad noſtram diſquiſitionem non pertinent. Non enim εὐτράπελος ibi dicitur *Tullius*, ſed βωμολόχος, & talis, qui σκωπτικῷ ſubinde genere dicendi in graviſſimis etiam negotiis utebatur. Nec id negamus, dentem illius haud paucos acerrime momordiſſe. Exempla enim huius rei & documenta ſunt in promtu, quæ quidem a noſtra abhorrent commentatione.

X. Athenienſium ſcurrilitatem & dicacitatem ſugillare *Aelianum*, ut *Schelbornius* ſcribit, minus fortaſſis recte dici poſſe puto, ut ex iis conſtat, quæ antea diximus. Num *Pindarus* etiam hoc facetiarum genus odio habuerit, disquiri poteſt. Evolvamus ejus cantiones Pythionicas, in quibus geminus reperitur locus, hic excitandus. Alter exſtat in *Pyth.* Δ, *e*, *8*, *pag. 151 ed. Schmid.* Cantat ibi *Iaſonem*, in patriam redeuntem, poſtquam per viginti annos, *Peliam* fugiens, abfuerat, educatus & enutritus a *Chirone* & *Centauri* filiabus, quæ ἁγναὶ dicuntur. Hinc pergit Poeta:

- - οὔτε ἔργον
οὔτ᾽ ἔπος εὐτράπελον
κείνοισιν εἰπών.

Ita caſte educatum fuiſſe *Iaſonem*, canit noſter, ut ne ludicrum, vel leve, quoddam verbum dixerit. Iuvat hic monere, Germanico noſtro ore Græcum hoc vocabulum commode poſſe dici *eine leichtfertige Rede*. Nam & illi putantur lepidi & faceti, qui levi utuntur verborum genere. Proxime huc accedit κȣφότης, quo *Suidas*, & alii, εὐτραπελίαν exponunt. Sed redeamus ad *Pindarum*, improbantem verba ludicra & faceta, per iocum dicta. Et ita non male. Commemorat enim, inter filias caſtas educatum fuiſſe *Iaſonem*, abhorrentes ab omni futili loquendi modo. Addit etiam, hoc *Iaſonis* fuiſſe præmium, quod ob integritatem vitæ regnum patrium recuperare debuerit. Diſcitur ex eo, Græcos doctiores εὐτραπελίαν, liberiorem illum iocandi uſum, inter caſtas mulieres improbaſſe, quod ſimul indicio eſt, εὐτράπελον eodem hic a *Pindaro* ſenſu dici poſſe, quo *Ariſtoteles* dixit. Non moramur diverſum legendi modum, quo plurimæ & inſignioris notæ editiones ἐντράπελον legunt, ſed in *Schmidii* acquieſcimus emendatione commoda & eleganti. Ad alterum *Pindari* teſtimonium nos recipimus, in *Pyth. A, e, ι, ο, p. m. 30.* Ubi *Hieronem* monet:

Μὴ δολωθῇς ὦ φίλε κέρδεσιν εὐτρα -
πέλοις - - - - - - -

Quæ

Quæ verba ita Latine reddit *Schmidius*: *Ne decipiaris, o amice, lucris urbane nugacibus*, hoc eſt, ut ipſe addit *pag. 59, quorum invidiam facetiis diluere conantur homines ſordidi, ſicque turpitudinem ſuam bene abſcondi putant: da mancher einen boeſſlichen Poſſen kan draus machen.* Fallor, an rectiſſime hæc dicuntur? Nec ſic male improbant Græci εὐτραπελίαν, quæ non ad recreandum animum, ſed ad decipiendos cives, eſt compoſita.

XI. Unicum addo exemplum, vel iſtud quidem *Ariſtotelis*, eodemque ex *Capite* depromtum, quod diſceptationis noſtræ fuit fons atque ſcaturigo. Ipſos βωμολόχους dicit εὐτραπέλους, ὡς χαρίεντες. Producendus erat in medium iſte locus, ne quid omiſiſſe videamur, quod contra rem noſtram facere exiſtimatur. Sed bene res ſeſe habet. Eſt εὐτράπελος noſter ſocius ad iocandum compoſitus, nec hic mutatus, licet βωμολόχον adiiciat *Ariſtoteles*. Hæc enim adiectio mutat perſonam, non iocandi & delectandi modum, ubi ſcurra ſcurra manet, ſed facetus modo dicitur ideo, quia plurima pars hominum rudiorum conviciis & inſulſis dicteriis magis, quam par eſt, delectatur. Hoc quidem fieri non decere, teſtatur *Ariſtoteles* in iis, quæ ſtatim addit, verbis. Improbat ergo εὐτραπελίαν, quæ non recte ſcurris ex plebeio loquendi uſu tribuitur, & multum differre εὐτραπελίαν, proprie ſic dictam, ab ea, quam

taxa-

taxaverat, ait. Ceterum nec hoc in loco εὐτραπελία aliud quid ſignificat, quam facetum iocandi genus, quod quidem non recte ab imperita plebe æſtimatur, licet eandem rem plerique cum verbis coniungere videantur, ad delectandi ſcilicet genus, non ad obiectum, quod dicunt, delectationis, omnia referentes. Idea itaque ſcurrilitatis non in εὐτράπελοι, ſed in βωμολόχοι, latet,

XII. Ad finem properamus, duo adhuc monentes, quorum prius ad profanos, poſterius ad ſacros, pertinet Auctores. Commode ex conſtante εὐτραπελίας uſu erit diiudicandum, quam recte inter ſe conveniant Scriptores Græci, licet non omnes omnibus temporibus hanc probarint dexteritatem. Hoc uſu venit ſæpiſſime aliis in rebus, quæ ab aliis laudantur, ab aliis improbantur, prout mores cuiuscunque id ferunt hominis, populi, & civitatis. Certiſſimum tamen manet, non vocabulorum poteſtatem ideo mutari, quia rerum facies una eademque illis obiecta ſemper perſpicitur. Falluntur iſti, qui, εὐτραπελίαν in malo ſenſu pro *ſcurrilitate* uſurpari, contendunt, & ex profanis Auctoribus idem declarare ſtudent. Nec magis iſti ſunt audiendi, qui *urbanam ſcurrilitatem* hic cogitant, dum Græci hoc vocabulum nunquam, niſi adiecto alio, ſcurram denotante, ita uſurpant. Ubi denique affirmavimus, improbatam fuiſſe εὐτραπελίαν, non niſi limites certos a veteri-

bus

bus ibi deſcribi atque deſignari, eſt exiſtimandum.

XIII. Ad ſacros Auctores quod ſpectat, res omnis ad *Paulum* refertur, ἐυτραπελίαν inter ea referentem, quæ Chriſtianos homines non decere, ad *Epheſ. V, 4,* ſcribit. Interpretes circa hoc vocabulum varie ſe torſerunt, videntes, profanos Scriptores malum non admittere uſum. Quodſi his veſtigiis inſtitiſſent, facile mentem *Pauli* perſpexiſſent. Cavet enim ſeverioris diſciplinæ doctor, ne Chriſtiani lepido & faceto loquendi genere, ad riſum plane compoſito, delectentur, vel eo utantur. Quam facillimam, & Græcis Scriptoribus omnibus comprobatam, puto interpretationem. Quid enim iuvat, fingere, ſcurrilitatem hic prohibere Apoſtolum? Nonne μωρολογία expreſſis additur verbis, cum ſcurrilitate proxime conveniens? Taxandi hinc videntur gloſſatores, ἐυτραπελίαν per μωρολογίαν explicantes, quam tamen inter ſe literatiſſimus ſeiungit gentium profanarum communis præceptor. Sed quid nunc dicendum, omnesne Chriſtiani moroſi & difficiles ſunto? Quam minime. Nam inter moroſitatem, & liberum iocandi uſum, datur tertium. Datur χρηςότης, venuſtas, gratia, & humanitas, dictis adiicienda. Miror, graviſſimos quosdam Theologos ſcribere, non omnem ἐυτραπελίαν apud Chriſtianos exulare iubere Apoſtolum, ſed ὑπερβάλλȣσαν. Sale enim condire ſermones noſtros, Chriſtum præcepiſſe, dicunt. Sed ſal hic intelligendum eſt prudentiæ & ſapientiæ. Opti-

Optima reliquit exempla ampliſſimus noſter magiſter, quorum ſermones, ſale conditi, ſapientiam ſpirant non vulgarem, & aculeum in legente relinquunt. Nihil vero hæc omnia ad εὐτραπελίαν pertinent, quæ ut inter nos funditus eradicetur, pie optamus.

III.

IOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII COMMENTATIO DE RE MVSICA VETVSTISSIMA, AD ILLUSTRANDUM SCRIPTORES SACROS ET EXTEROS ACCOMMODATA.

SYNOPSIS.

I. *Antiquitas Muſices ſumma demonſtratur.* II. *De origine muſicorum inſtrumentorum, carminum, & melodiarum, apud Græcos.* III *Hexametri & pentametri ad tympani ſonitum conformati fuerunt; ad minimum verſus dactylis abundantes.* IV. *Ebræorum melodiæ, & notæ muſicæ Europæorum antiquiſſimæ.* V. *Priſci mortales amarunt cantum uniſo-*

niſonum, vel octava geminatum. VI. *Modis iidem uſi ſunt Aelio, Aſio, Lydio, Phrygio, Dorico, Ionico.* VII. *Nomina carminum Ebraica.* VIII. *Diviſio inſtrumentorum muſicorum in tres ordines, pulſatilia, flatilia, & tactilia.* IX. *De cymbalis.* X. *De tympano,* תֹּף *&* מְגֵרֵפָה. XI. *De Gittith, ſeu Magadide.* XII. *Magadin eſſe vas muſicum antiquiſſimum, oſtenditur.* XIII. *Pectidis a Magadide differentia. Pectis dicitur* פחד Iob. XL, 17. XIV. *Deſcribitur Magadis.* XV. *Demonſtratur, Gittith & Magadin inſtrumentum fuiſſe idem.* XVI. *Determinatur inſtrumentum* עָשׂוֹר*, ſeu Aſcoron.* XVII. *De inſtrumento* סַבְּכָא*, ſeu ſambyce.* XVIII. *De organo* שְׁמִינִית. XIX. *De organo* כִּנּוֹר, κίννηρα. XX. *De organo* אל[illegible], עמ[illegible], ἐλύμος, *tibiæ genere.* XXI. *De tibia Iduthi, Iedathun, Eduth.* XXII. *De nabla, nablio.* XXIII. *De triangulo muſico* שָׁלִישׁ. XXIV. *De inſtrumento* שִׂמְחָה*, ſeu ſambyce.* XXV. *De organo muſico Sumponjah.* XXVI. *De inſtrumento pſanterin, ſeu pſithyris.* XXVII. *De cornibus.* XXVIII. *De Syringibus.* XXIX. *De inſtrumento* עוּצב. XXX. *De Kaithros.* XXXI. *De fiſtulis.* XXXII. *De* מורג*, morbone.* XXXIII. *De Schuſchan Edud.* XXXIV. *De Schoſchannim.*

nim. XXXV. De *Necbiloth.* XXXVI. De *Machaloth.* XXXVII. *De tubis.* XXXVIII. *De buccinis.* XXXIX. De כערם, מנים, מענעים. XL. *De rationibus expoſitionum noſtrorum.* XLI. *Exponitur* Pſ. CXVI, 16. XLII. *De Melodiis carminum.* XLIII. *De præfectis Muſices.* XLIV. *De acroamatibus & rhapſodiis.*

I.

Muſicam, a Muſis dictam, gentes orbis vetuſtiſſimi mirifico amore ſuffragiisque communibus ita exceperunt, ut is videretur inficetus, inhumanus, ac ficulnus, eſſe, qui a Muſica abhorreret. Inventio Muſices antiquior eſt inventione alphabeti. *Abrahami* enim, *Iſaaci*, *Iacobi*, ac *Ioſephi*, ætate nullum apparet veſtigium ſcriptionis, quæ beneficio alphabeti peragi ſolet. Paullo ante *Moſen* vel ipſo res Ebræorum curante, alphabetum prodiit primum, quod, a *Moſe* cum Phœnicibus accolisque communicatum, poſthæc Phœnicibus, tanquam primis inventoribus, attribui cœpit. At Muſices notitia multo vetuſtior eſt ipſa univerſali ac funeſtiſſima telluris inundatione. Non ſolum *Moſes* in rebus *Iubalis*, ſuccincte delineatis, ſed ipſe etiam *Plato Lib. III de Legibus pag. 585*, huius, rei eſt auctor. In eo autem momento idem *Plato* indubie a veri-

tatis

tatis tramite diſceſſit, quod exiſtimavit, Muſices antiquiſſimæ ſemina intra ipſius diluvii tempora intercidiſſe, ac oblivione fuiſſe contrita, eamque denuo fuiſſe a *Marſya* & *Olympo*, lyram vero ab *Amphione*, inventam. Quis enim inficiatus fuerit, *Noachum* cum ſuis Muſices retinuiſſe peritiam, ac in ipſa arca mirabili laudes Dei fidibus tibiisque concelebraſſe? *Iubal* certe inſtrumentum muſicum geminum invenit. Unum vocatur *Kinnor*, & alterum appellatur *Ugabh*, עוּגָב. Utriusque inſtrumenti nomen & uſus poſt diluvium æque fuit frequens. *Kinnor* fuit *gingra*, & *Ugabh* compactum ex calamis, ſeu cicutis, inſtrumentum. De utroque diſſeremus deinceps. In hiſtoria *Labani* iam fit *gingræ* mentio, *Gen. XXXI, 27.* Verſus ad tibias fidesque decantati fuerunt, quotiescunque progenitores generis humani vetuſtiſſimi virtutes Dei ac facta heroum meminiſſe & propagare in animum induxerant ſuum. Ipſæ theogoniæ, Deorum reſponſa, & ſapientum acroamata moralia, verſibus commendabantur, ut cani poſſent. Teſtem laudo *Athenæum Dipnoſ. Lib. XIV pag. 633*, & antiquiſſimas, quæ exſtant, de gentium rebus primis commemorationes. Et hanc ob cauſam Græci, invento alphabeto uſi, prius orationem poeticam, quam pedeſtrem, excoluerunt, auctore *Strabone*. Cavendum vero nobis eſt, ne de Ebræis idem ſentiamus, vel cum *Ioanne Clerico* tradamus, *Moſen* ex carmini-

minibus vetuſtis libros ſuos usquequaque collegiſſe. Licet enim iam ætate *Moſis* exſtarent carmina, quemadmodum ex *Num. XXI*, 14, 15, 27, 28, 29, 30, colligi poteſt; inde tamen haud conficitur, vel conſequitur, *Moſen* geſta & res Patriarcharum e carminibus vetuſtis deſcripſiſſe. Inveniſſe etiam ſibi viſus fuit *Henningus Bernhardus Witterus* carmen quoddam in *primo Geneſeos Capite*, teſtibus eius *Iuribus Iſraelitarum in Palæſtinam p. 21 ſeq.* At argumenta eius, quibus ſententiam ſuam ornare aggreſſus fuit, non ita ſunt comparata, ut hecatomben, vel applauſum, extorqueant eis, qui rationibus commoveri, quam fallaci verborum ſpecie ineſcari, malunt.

II. Oſcines videntur in cauſa fuiſſe, ut homines primi cœperint cantare, & cantandi inſtrumenta invenire. Ei, qui armenta gregesque foris cuſtodierunt, temporis fallendi cauſa videntur primi calamos avenæ & arundinis inflaſſe, ut ſono edito ſeſe oblectarent, eoque affectibus ſuis permulcendis conſulerent. Succeſſu temporis ipſi, ingenio ſuo uſi, calamos compegerunt complures, ac originem organis pnevmaticis ſubminiſtrarunt. Græci *Pana* celebrant, inventionis huius auctorem. *Virgilius* habet iſthæc, *Theocritum* imitatus, *Eclog. II v. 31 ſeq.*:

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit.

Linus

Linus Græcorum omnium primus invenit rhythmos & melodiam, teſte Poeta apud *Diodorum Sic. III, 67.* *Homerus* iam meminit Muſices vocalis, inſtrumentalis, & mixtæ. Ad corpora demortua iam tum flebile decantabatur carmen. Vide *Iliad. XXIV pag. m. 425.* Ea ætate cani ſolebant Regum heroumque fata, in utramque partem memorabilia. Exemplum affert ille ipſe in *Odyſſ. I p. m. 12.* Meminit idem, in uſu iam fuiſſe φορμιγγα, ſive *citharam*, *Il. XVIII pag. 343*, & *Odyſſ. XXXII pag. 322*, κιθαριν (citharam) quoque dictam in *Odyſſ. I pag. 7*, & *Lib. III pag. 50.* Mentionem ipſe facit *tibiæ* in *Iliad. Lib. X pag. 174*, & *Lib. XVIII pag. 342*, quæ αὐλὸς dicitur. Commemorat idem σύριγγα, *fiſtulam*, *Il. X p. 174*, *XVIII p. 342*, eiusque uſum paſtoribus tribuit. Figuram fiſtulæ eiusmodi dedit *Achilles Statius Obſervat. locorum difficilium Cap 6 pag. 878.* Meminit præterea *Homerus* σάλπιγγα, *tubam*, *buccinam*, *Il. XVIII pag. 335.* Convivis Deorum & hominum adhibitum fuiſſe Muſices uſum, idem *Homerus* docet, non immemor Muſices, quam vocant antiphonalem, ſeu vicibus alternis ſibi reſpondentem, *Il. I pag. 25.* Oſtendit idem, geſta Deorum ac heroum carminibus muſicisque inſtrumentis celebrata fuiſſe, *Odyſſ. VIII pag. 105*, *I pag. 13*, *XI pag. 159.* Græci Muſis novem vindicarunt omnem rei muſicæ gloriam & honorem. *Homerus* & *Heſiodus* huic opinioni nunquam

non aſſurgunt, eamque confirmant longe late- que. Unicuique Muſarum olim deſtinarunt operam ipſius Græci. *Clio* præeſſe exiſtimata fuit Hiſtoriæ, & Chronologiæ, atque Lyræ. *Uraniæ* tribuerunt curam cœli ac aſtrorum. *Calliopen* Poetices magiſtram eſſe, iidem dictitarunt. *Polyhymniam* Oratoriæ præfecerunt. *Erato* iucundos peperiſſe hymnos fuit exiſtimata. *Euterpen* tibias inveniſſe, ac tibicinibus præeſſe, tradiderunt Græci. *Terpſichore* affectus citharis movet, imperat, auget. *Melpomenen* tragœdiis, *Thaliam* comoediis, præeſſe, veteres Græci docuerunt. De hiſce Muſarum muneribus ſuccincte expoſuit *Auſonius Idyll.* 20, nec non Abbas *Banier* in libro: *La Mythologie & les Fables expliquées par l'Hiſtoire T. IV Cap.* 16 *pag.* 225 *ſeq.* Viſuntur illæ in lapide, qui intra terram Columnenſium Principum Marinenſem effoſſus fuit, atque *Homeri* Apotheoſin repræſentat. Conferri poteſt *Schotti* liber limatiſſimus, qui inſcribitur: *Explication nouvelle de l' Apotheoſe d' Homere pag.* 34 *ſeq.* Difficile autem pronuntiatu eſt, quis ille fuerit *Pan*, quænam fœminæ exſtiterint illæ Muſæ. *Solinus Cap. XI* originem Muſices, in Græciam inductæ, a Curetibus ac Corybantibus videtur arceſſiviſſe. *Studium*, inquit ille, *muſicum inde cœptum, cum Idæi Dactyli modulos, crepitu & tinnitu æris deprehenſos, in verſificum ordinem tranſtuliſſent.* *Iſidorus Hiſpalenſis* eandem ſuffragio ſuo ap-

pro-

probavit ſententiam. Curetes illi iam exſtitiſſe feruntur ætate *Saturni* a ſeculo aureo, ſiquidem ex ipſis delecti fuerunt quinque, *Hercules*, *Paeonius*, *Epimedes*, *Iaſius*, & *Ida*, qui *Iovem* infantem cuſtodirent. *Pauſanias* hæc memoriæ literis prodidit *V*, *7*. *Herculi* huic, ſeu *Idæo*, *Diodorus Siculus* inſtitutionem ludorum Olympicorum primam tribuit *IV*, *24*. *Pauſanias* calculum ei album adiicit *I*, *1*, ratus, *Herculem* victoriam a Titanibus retuliſſe, ac in memoriam victoriæ illius ludos illos condidiſſe. Idæi vocantur ab Ida, Cretæ monte altiori. In eo Rex quidam conſedit, viris comitatus fortiſſimis, Titanes, ſeu דורדנים, videntur fuiſſe Dardanii, quorum ſedes prope Troiam exſtitit in Aſia minori. Tenuerunt ipſi Phrygiam, Thraciam, Græciæ ſeptentrionalis partem, Cretam, pluresque provincias alias. *Saachoniathon* videtur eisdem Syriam quoque aſſignaſſe. *Diodorus Siculus* ſibi perſuaſit, ipſis partem Africæ ac Mauritaniæ paruiſſe. Nec de eo videtur dubitandum, ſiquidem Dardanii, ſeu Phryges, in ipſam Hiſpaniam navibus progreſſi fuerant, auro Iberiæ ac Tarteſſidis oblectati. Dardaniis, ſeu Titanibus, qui gentium regulos, in montibus commorantes, habuere fœderatos, id eſt, montes montibus impoſuerunt, calamitates intulit *Iupiter* Cretenſis, ipſos ex Creta profligavit, ac oram Aſiæ minoris e faucibus eorum eripuit,

 Tro-

Troiamque exſtruxit. *Anchiſes* ita inducitur loquens apud *Virgilium Aen. III v. 104 ſeq.*:

Creta Iovis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ.
Maximus unde pater — —
Teucrus Rhoetheas primum eſt adductus ad oras,
Optavitque locum regno: nondum Ilium & arces
Pergameæ ſteterant, habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele Corybantiaque æra
Idæumque nemus, hinc fida ſilentia ſacris
Et iuncti currum dominae ſubiere leones.

Eandem ſententiam paſſim approbavit *Homerus*, ſcriptis Auctoribusque vetuſtioribus innixus. Crepitacula & tympana, ex ære facta a Curetibus fuiſſe frequentata, ex eisdem Poetis, & *Callimachi in Iovem Hymno v. 52 ſeq.* demonſtrare licet. Crepitaculum, ſeu tympanum, quod Curetibus fuit in uſu, ſimile fuit tympano militari, quod Arabes vocant *Tanbura*, Hiſpani ex lingua Saracenica appellant *Tamburo*, Itali *Tamborino*, Galli *Taborin*, ſeu *Tambour*, noſtri autem *Trommel.* In Curetum tympanis haud apparent annelli, ſeu nolæ æreæ, quibus

Arabes primum videntur uſi, ad latus alligatis ob augmentum ſoni ac crepitus. *Laurentius Pignorius* figuram tympani Corybantici, *Cybeles*, ac Corybantum, exhibuit in libro *dell' imagini de i Dei p. 111.* Inſtrumentum eiusmodi Miſchnici Doctores vocarunt אירוס in *Sotah Cap. 9 §. 15*, ubi *Wagenſeilius* utiliter poteſt conferri *p. 964 ſeq.* Curetum illa adverſus Titanas expeditio ætatem *Moſis* antecedit, ac originibus Troiæ antiquitate præcellit. Quo ipſo intelligitur, tamburcina, ſeu tamburina, eſſe admodum vetuſtæ originis militaria inſtrumenta. Curetum nonnulli in Olympiæ regionem, in Elidem, pervenerunt, qui *Iovem* ibi, herois filium, educaſſe traduntur. Tympanis aheneis Curetes uſi fuerunt univerſi. Non dubitaverim exiſtimare, verſuum hexametrorum ac pentametrorum originem deberi modulis pulſuum, tympanis bacillo inflictorum. Quapropter *Solinus*, cuius dedi locum, per *ſtudium muſicum* intellexit occupationem Poetarum, qua ipſi ſuos verſus ad certos pedes modulosque adſtringunt, ita, ut muſico concentu ipſi ſimul exprimi effingique posſint. Tantum abeſt, ut *Solinus* de origine Muſices univerſæ omniumque vaſorum muſicorum voluerit exponere ibi, vel commentari. *Muſæ* quidem appellantur *Iovis* filiæ, ex *Mnemoſyne* natæ, *Apollinis*, ſeu *Phœbi*, ſubiectæ nutui. At nondum habemus exploratum, quis ſit ille *Iupiter*, primusne, an ſecundus, an tertius;

quid illa ſibi velit *Mnemoſyne*; quidque per *Apollinis* poteſtatem ſit intelligendum? Quæ ad Mythologiam exponendam hic afferri ſolent, ea in partes plus quam unas ſunt explicabilia. *Muſas* novem fuiſſe urbes, Delphis fœdere iunctas, ſitas per Macedoniam & Theſſaliam, dudum fui ſuſpicatus. Cum vero hiſtorica monumenta haud exſtent, quibus id extra dubitationem collocari poſſit; præſtat ſilere, quam earum originem, tempus, & inventa, indagare.

III. Qui ad æs Corybantium, ſeu tympanum aheneum, bacillo percuſſum, motus corporis ac choreas compoſuerunt, non potuerunt non de certa motuum menſura ac ratione prius eſſe certi, quam ipſis inter ſeſe potuit convenire. Cum vero gradus & ſaltus in choreis fuerunt varii, alterniſque magnam partem motibus conſtitere, menſuræque cantus, qui adiunctus erat, eadem ratione fuerunt comparati; facile intelligimus modum originis non ſolum quantitatis proſodicæ, ſed etiam ſaltationum artificialium. Genus carminis, quo dactyli increbreſcunt, varietate & alacri motu ſeſe perquam commendat. Quare nullus dubito, quin illud apud Curetas & Græcos, chorearum pro more antiquiſſimo amantiſſimos, primordia ceperit, lyricisque generibus vetuſtate antecellat. Accedit, quod ex vetuſtiſſimo inſtituto verſus *Pythiæ* & *Apollinis* ſunt ex gene-

genere, hexametro deſumti. Verſus autem oraculi illius iam belli Troiani ætate fuerunt editi. Ex quo deinceps *Apollo*, ſeu conditor Delphorum, lyram invenit; lyricis etiam verſibus, modeſtioribus quippe minusque heroicis, locus eſt datus. Carmen *Miriamæ* ad *tympanum* תוף fuit recitatum, *Ex. XV*, 20, mulieribus choream ducentibus. Quæ eſt ratio, cur illud dactylis ſit plenum, ſaltibusque alacritatem ſpirantibus abundans. En illud;

A—ſchirah lai—hovah ki—gaoh ga—ah

ſus—vrochevoh—ramah ba—jam

Oſſi—vsimrath iah—vaihi li—liſchuiah—

zeh—eli van—vehu e—lohe a—vi varo—menhu

Io vah iſch—milchamah—iovah ſchmo, &c.

Accentus ipſi, ſyllabis appoſiti, favent huic hypotheſi, eamque confirmant. *Labanus* perhibet, ſibi in animo fuiſſe, generum *Iacobum*, ni hic clanculum ſeſe ſubduxiſſet, lætitia, cantibus, gingris, & *tympanis*, proſequi diſcedentem, *Gen. XXXI*, 27. Unde perſpicitur, quid tum fuerit conſuetudine receptum; gingrorumque & tympanorum uſum fuiſſe cum carmini-

minibus & cantilenis coniunctum: res ſolenniores hilaritate muſica affluxiſſe.

IV. Græci doctrinam de menſuris ſyllabarum iam diu ante *Homerum* excoluerunt. Ebræorum genus vitæ impolitum & ſimplex haud permiſit, ut ipſi ad eundem perfectionis gradum eniſi fuerint. Carmina ipſorum antiquiſſima conſtant ſententiis, quæ ex duabus plerumque conſtant partibus. In medio ſententiæ ipſi acquieverunt paululum, ac in fine reſpirarunt. Si ſententia eſſet ſolito longior, priorem ipſi partem denuo in particulas duas ſecuerunt, ne reſpirationi obiiceretur difficultas. Accentuatio, carminibus Ebræorum adiuncta, huic opinioni aperte ſuffragatur. De menſura ſyllabarum Ebræi haud admodum fuerunt ſoliciti, quemadmodum ex collatione ſyllabarum mutua, quibus carmina Judæi olim haud condiderunt, ſed potius eam carminis pangendi artem ab Arabibus ſero ſatis addidicerunt, quod ipſum e confeſſione ipſorum ingenua patet. Vide Celeberr. *Carpzovii Introduct. in Libros Canonicos V. T. Part. II pag. 16 ſeq.* Carminibus *Davidicis*, ſeu Pſalmis ſacris V. T. eccleſiæ Chriſtianæ ſub earum initiis paſſim reſonuerunt, Inprimis proceres eccleſiæ Romanæ ſacri in id incubuere, ut cantandi genus priſcum ſervaretur inviolatum, offenſionibusque aurium careret, Ut nemini non menſura ac ratio cantandi innoteſceret, notis

tis muſicis locus ſuis datus, quales Græci iam adhibuerant. Exſtant adhuc libri, ſexto Seculo ac nono ſcripti, in quibus notæ muſicæ ſyllabis ſingulis citra lineas fuerunt ſuperſcriptæ. *Guido Aretinus* Seculo undecimo nova dedit ſigna, lineis quatuor ſolita inſcribi, quibus nomen eſt *vt re mi fa ſol la.* Videatur *Sigebertus Gemblacenſis ad A. 1028 p. 831 T. I Piſtorii*, & *Albericus* Monachus *ad e. a. pag. 60 ſeq. P. I* edit. *Leibn.* Si quis ſigna vetera, *Pſalmis Davidicis* ſuperſcripta, cum recentioribus illis contulerit, næ ei facile ſubolebit, rationem canendi, ſeu melodiam, non quidem fuiſſe mutatam, ſed inventum *Guidonis* modo in novis notarum nominibus & quatuor lineis conſiſtere. Specimen notarum, quibus eccleſia fuit ante *Guidonem* uſa, edidit Ven. Abbas *Gothofredus Beſſel* in *Prodromo Chronici Gottwicenſis I, 5, pag. 50.* Exſtat liber, eiusmodi notis muſicis plenus, in antiquiori Academiæ Helmſtadienſis Bibliotheca. Alium eiusdem moduli tenuit quondam Bibliotheca D. *Gerhardi de Maſtricht*, Syndici Bremenſis. De notis ipſis mereri bene *Diecmannus* ſtuduit. Græci veteres pro ſignis muſicis adhibuerunt viginti quatuor literas ſuas,] ac idem inſtitutum ad Ebræos recentiores & Chriſtianos fuit propagatum. Græcos moris eius fuiſſe amantes, ex *Ptolemæi* Libris *Harmonicorum* cognoſcitur. *Marcus Meibomius* id ſolide comprobavit, ac Dominus *Burette* co-

pio-

pioſius hæc ivit confirmatum. Vid. *Iournal des Scavans 1730 Febr. pag. 211 ſeq.* Notæ muſicæ Chriſtianorum, ante *Guidonem* uſitatæ, ex eisdem literis Græcis, licet ſæpius detortis, conſtiterunt. Dummodo eas ipſas quis introſpexerit, de hac veritate ſeſe ſentiet convictum. *Remius Antiſſioderenſis*, in *Martianum Capellam* centum fere annis ante *Guidonem* commentatus, teſtis eſt huius rei locupletiſſimus, ætate cuius *Hucbaldus* monachus monochordo primus inſcripſit literas, tonorum ſymbola.

V. Modus modulationis olim non variabat per figurales conſonantium diſſonantiumque tonorum multiplices compoſitiones, quas recentior ætas trecentis abhinc circiter annis excogitavit. Decantabantur olim carmina, ad unum omnia, modulo eodem, ſeu, uti Itali loquuntur, *uniſono*. Fundamenti, ſeu Baſſi, loco erat inſtrumentum plerumque muſicum, e. g. tympanum, triangulum, cymbalum, ſiſtrum, lyra, nablium, ex alliſu ſonum eiusdem numeri, eumque graviorem, ni æque acutum, identidem reddens. Si ſonus muſicorum vaſorum adiungebatur cantantibus, ille haud erat diſpar, ſed uniſonus, excepto, quod tympanum unum unicum ſonum referebat. Conf. *Iournal des Scavans 1730 Febr. pag. 209.*

VI. Cum vero ſenſus cantilenarum alium aliumque affectum complectitur, ideo modu-

moduli numerique non ſemper potuerunt eſſe iidem. Inventus itaque fuit modulus, lætitiæ index, eique oppoſitus, quo triſtitia & luctus ſignificaretur. Ex eodem fonte manavit modulus, alacritatis ac fortitudinis index, cui remiſſior tenet adverſum ac contrarium. Modus Aeolius erat ſimplex, Aſius vero varius, Lydius querulus, Phrygius religioſus, Doricus bellicoſus, Ionicus remiſſus, teſte *Apuleio* in *Floridis pag. 560* edit. *Froben. 1606, 12.* Conf. *Rhodiginum III, 9. Heraclides Ponticus* tres duntaxat agnovit modos, Aeolium, Doricum, & Ionicum. Aeolius dicitur אַיֶּלֶת, *Aijelech*, in inſcriptione *Pſalmi Davidici XXII*, ſi quid aſſequi licet divinando. Ionicus autem vocatur יוֹנַת in epigraphe Odæ *Davidicæ 56.* De Dorico & Aeolico exſtat luculentum *Athenæi* monumentum in *Dipnoſ. XIV, 309, pag. 624.* Id eſt huiusmodi : Ἡ Δώριος ἁρμονίαν τὸ ἀνδρῶδες ἐμφαίνει καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ οὐ διακεχυμένον, οὐδ᾽ ἱλαρὸν, ἀλλὰ σκυθρωπὸν καὶ σφοδρὸν, οὔτε δὲ ποικίλον, οὐδὲ πολύτροπον. Τὸ δὲ τῶν Αἰολέων ἦθος ἔχει τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες, ἔτι δὲ ὑπόχαυνον. Ὁμολογεῖ δὲ ταῦτα ταῖς ἱπποτροφίαις αὐτῶν καὶ ξενοδοχίαις. οὐ πανοῦργον δὲ, ἀλλὰ ἐξηρμένον καὶ τεθαῤῥηκός. *Doricus virilem præ ſe fert gravitatem & magnificentiam, non diffuſus, aut hilarior, non varius, aut multiplex, ſed vehemens, ſeverus, & obſcuro cum vultu iunctus. Aeolus mos eſt elatus, tumidus, ſub-*

ina-

inanis, *& laxus. Conveniunt vero hæc ſtudio alentium equos, & hoſpites comiter excipientium. Nil vero verſutum ei ineſt, ſed elatum & fiduciæ plenum in eo dominatur.* Hypodoricus modus ad Aeolium prope acceſſit. Qua re factum fuit, ut, teſte *Heraclide Pontico Lib. III de Muſica*, ipſe etiam Aeolicus vocaretur. Ionicus modus, teſte *Athenæo p. 625*, erat minime floridus, nec lætus, ſed potius auſterus & durus, in quo tamen deprehendebatur elatum quidpiam, generoſitatis haud expers. De modis Phrygio, Dorico, Lydico, Aeolico, videatur *Claudius Ptolemæus Lib. II Harmonicorum Cap. XI pag. 136* edit. *Wallisii. Athenæus* memoriæ prodidit loco laudato, modos illos profluxiſſe ex affectuum morumque differentia. Lydium Phrygiumque modum amarunt incolæ Peloponneſi. In ſacris magnæ matris Deum adhibitus fuit modus Phrygius. Lydio autem iungi conſueverat ſonus Pectidum acutus. Ex *Athenæo* hæc rurſus ſunt deſumta *pag. 625 ſeq.* Comœdiis Tragœdiisque ornandis, ac modis inſtruendis, adhibebant veteres etiam ſuos magiſtros, ut ex inſcriptionibus Comœdiarum *Terentii* perſpicitur, in quibus quippe eorum, qui *modos fecerunt*, mentionem fieri, in confeſſo eſt apud omnes.

VII. Carmen, ad numeros decantari ſolitum, Græci vocant ᾠδὴν, Ebræi שִׁיר ex שׁוּר, *canendo*, Latini *oden* & *cantilenam*. Si ea lau-

laudes Dei complectitur, ipſi nomen eſt *hymni*, apud Ebræos תְּהִלָּה. Si illa laudes rei creatæ exponit, appellatur *pæan*. Cantum, inſtrumentis muſicis concinentibus peragi ſolitum, Græci vocant ψαλμὸν, Ebræi מִזְמוֹר *Pſ. CXLVII, 7*. Muſicam inſtrumentalem Rabbini vocant זמר. Conf. R. *Salomo Iſaacides* ad *Ex. XV, 20*. Cantilena, cuius verſus vicibus alternis decantatur, vocatur ᾠδὴ ἀντίφωνος, *reſponſorium* a) barbare, שִׁיר לְעַנּוֹת *Pſ. LXXXVIII, 1*. Cantilena eiusmodi ſolet concentu muſico interdum interpolari. Si concentus vaſorum præcedit, & modulatio cantantium per vices illum excipit, cantus ille vocatur מִזְמוֹר שִׁיר *Pſ. XCII, 1, LXXXVII, 1*. Sin modulatio cantantium verba ad numeros præcedit, & concentus fidium tibiarumve per vices ſubſequitur, ipſa decantationis formula vocatur שִׁיר מִזְמוֹר *Pſ. CVIII, 1*. Græcis non ſunt peculiaria, quibus has ſpecies cantilenarum diſtinguant, vocabula. Pſalmus quivis in ſuo genere præſtantiſſimus vocatur aurum, מִכְתָּם. De *Pythermo*, Poeta Teio, *Hipponax Clazomenius* in iambis ita iudicat apud *Athenæum XIV, 309, pag. 625*:

Χρυσὸν λέγει Πύθερμος, ὡς οὐδὲν τ' ἄλλα.

Aurum loquitur Pythermus, ita ut nihil aliud.

Ma-

a) Græcis ἀντίστροφος. Pollux IV. 7, p. 1.

Maiori iure hoc elogium tribuitur odis *Davidi*cis *16, 56, 57, 58, 59, 60. Pſalmi*, quibus Iudæi progreſſu & regreſſu adſcenſionem reditumque ex exilio Babylonico concelebrarunt, vocantur שירי המעלות *Pſ. CXX-CXXXIV.* b) תפלה notat *Pſalmum*, preces continentem, *Pſ. XVII, 1.* מִזְמוֹר לְהַזְכִּיר eſt Oda, conventu muſico comitata, pœnitentiæ index; qua Deus, ut calamitates avertat, ac promiſſa exequatur, admonetur, *Pſ. XXXVIII, 1, LXX, 1. Pſalmus* eucharisticus vocatur לְתוֹדָה *Pſ. C, 1*, paraneticus appellatur מַשְׂכִּיל. Genera carminum Græcorum recenſuit *Pollux* in *Onomaſtico V, 7, §. 1, 2.*

VIII. Inſtrumenta autem muſica, ob tres illa tractandi modos, dividi ſolent in ea, quæ pulſari, tangi, flatuque ad ſonum commoveri, ſolent. Inſtrumenta pulſatilia, σκεύη κρουόμενα, Ebræi vocarunt נְגִינוֹת, ſi vulgatam opinionem amplexamur. Videtur vero vox illa Ebraica latius patere, omnemque muſicorum inſtrumentorum tractationem artificialem denotare, propterea quod modulatio, inſtrumentorum concentui iuncta, appellatur נְגִינָה & מַנְגִּינָה *Pſ. LXIX, 13, Thren. III, 14, 63, V, 14.* Græcis ψάλλειν idem eſt ac ψαύειν, *pſallere, manibus contrectare* inſtrumenta muſica, cantumque verborum eis adiungere. Artifices,

b) Græcis fuerunt ἐμβατήρια, *carmina gradaria. Pollux l. c.*

ſices, huic arti deditos, Græci appellant ψάλ-
τας, Latini *pſaltas*, Ebræi נוֹגְנִים *Pſ. LXVIII,
26.* Variæ Ebræis erant ſpecies concentuum,
quarum ſingulis præfecti præerant peculiares.
Præfectorum alius invigilavit tibiarum concen-
tui, alius concentus fidicinum moderatus
fuit, alius rexit eos, qui tractabant magadi-
dem, ſeu Gittith, alius odis modi *Davidici* decan-
tandis præfuit, *Pſ. XIII, 1, XIV, 1, XVIII, 1, XIX, 1,
XX, 1, XXI, 1, XXXI, 1, XXXVI, 1, XLI, 1,* &c.
Præfectorum vero principem & caput *David*
conſtituit *Aſſaphum 1 Par. XVI, 5.* Huic qui
ſucceſſerunt, idem *Aſſaphi* retinuerunt nomen.
Id quod ex chronologia Pſalmorum, quibus
nomen *Aſſaphi* legitur præfixum, facile pa-
teſcit. Græci principem eiusmodi vocant Mε-
σεργόν, Ebræi מְנַצֵּחַ. Inſtrumentis muſicis,
quæ inflantur, Græci indiderunt appellationem
ἐπιπνεομένων ὀργάνων, teſte *Polluce IV, 9, ʃ. 5.*
Ebræis peculiare & generale de eis nomen
haud eſt, niſi vocem שִׁגָּיוֹן, quæ legitur *Pſ.
VII, 1, Hab. IV, 19,* huc referre lectori lubet.
Errare eſt שָׁגָה. Ii vero, quorum manus
pulſant organa muſica, modo huc, mo-
do illuc, oberrant pulſu & motu manuum.
Si quid ego video, organon *ſcindapſus* & ſchig-
gaion, ſeu ſchiggaionoth, eſt unum idemque.

IX. Progrediemur nunc ad inſtrumenta &
organa muſica potiora, quorum in ſacris etiam
literis fit mentio, ac diſpiciemus præcipue, quæ-

nam illa ſint organa, quæ nobis exhibentur in [illegible] *[illegible]um.* Primo [illegible] a cymbalo, quod Ebræi vocant [illegible] Ego de cymbalis [illegible] *Adelphus* [illegible] *ſacrorum* [illegible] *pag.* [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] hemiſphæria [illegible] ... [illegible] manibus [illegible] Unde [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible] *Med-*

dicis

doth Cap. I ſ. 2. Pulſabatur quotidie id cymbalum, quotiescunque ſacrificium iuge offerebatur, teſte *Maimonide* ad librum Miſchnicum *de Siclis Cap. V ſ.* 1.

X. *Tympanum*, תּוֹף, a ſono & concuſſione percutientis dictum, fuit non unius generis, antiquitatis vero ſummæ, quemadmodum conſtat ex locis *Gen. XXXI, 27, Ex. XV, 20, 2 Sam. VI, 5.* Sacerdotes magnæ matris Deum, ſeu *Cybeles*, quæ mitram geſtabant, celebraverunt olim, in Phrygia præcipue, tympanis ac ſtrepitu multiplici *Cybelen*, ſapientem Deorum Muſices præfectam & medicam. *Diogenes* tragicus apud *Athenæum Lib. XIV pag.* 636 locupletiſſimus huius rei eſt teſtis. Tympani figura elucet ex numo *Elagabali* Imperatoris apud *Carolum Patinum Imp. Rom. Num. pag.* 332. Tympanum, quod in templo Hieroſolymitano poſteriori extitit, foramina decem prætulit, in quorum ſingulis fuit tibia, itidem decem conſtans foraminibus, ut modulatio interventu eorum vel centenis modis variare poſſet. Conf. *Gemaram de Aeſtimatione Cap. II f.* 11. Migrephah, המגרפה, מגריפה, erat *tympanum maius*, quod iacebat inter porticum & altare, pulſari ſolitum ob tres cauſas, tum ut ſacerdotes convenirent ad preces, tum ut Levitæ ad cantum inſtituendum coirent, tum ut homines, lepra infecti, ad portam *Nicanoris* ducerentur, ubi mundari, ſeu pro mundis reputari, publice ſolebant. *Tamid*

Cap. V §. 6. Rabbi *Eliezer*, cognominatus *Kav venaki*, ignoravit huius inſtrumenti formam, ad locum laudatum duntaxat tradens, id exſtitiſſe vas magnum, ex quo ſibilus fuerit emiſſus, voci ſimilis humanæ.

XI. Quid per *Gittith* ſit deſignatum. Auctores diſcordando magis reddiderunt incertum, quam extricatum. Alii rationem modulationis, quæ urbi Gath fuerit familiaris, denotari exiſtimant; alii, ad ea, quæ in ea urbe Palæſtinorum geſta ſunt, reſpiciendum eſſe, contendunt. ſiquidem ex nomine urbis Gath גת, ſit gentile *gitti* גתי, 2 *Sam.* X. Alii ad ſignificatum torcular, quod æque vocatur *gath*, deflectunt. [illegible] Melliam vocari [illegible] *torcularius*, ac [illegible] canticum, quo [illegible] ab ipſis [illegible], comprehenſiſſe ſint, *Gittit* vocari. Omnes [illegible] in quibus [illegible]. Credimus potius, deſignari ea voce organum muſicum. Ipſa autem legitur in [illegible] *Pſalmorum* 8. [illegible] 84. [illegible] hanc vocem [illegible]. Græci [illegible] organi [illegible] nomen [illegible] *M*[illegible] Magadis [illegible] In [illegible] Magadin [illegible] verum & [illegible], quem [illegible] *Lib.* [illegible] *pag.* [illegible] & [illegible] In [illegible] In Magadi [illegible] acutus & gravis, per oct-

octavam invicem diſiunctus. Aſcaron, ſambuca, & pſalterium, conveniunt fere cum Magadi. Ex quo factum eſt, ut hæc organa paſſim permiſceantur & pro eiſdem habeantur. Magadidis formam & uſum nobis tradidit omnium optime *Athenæus*. Præmittemus uſum: ac deinceps formam definire aggrediemur. Inſerviit organon hoc ſonis excitandis, quibus accinebantur carmina, e iambis, vel accuratis, vel menſuræ haud admodum patientibus, conflata. Comprobare id ipſum licet ex eo fragmento, quod *Athenæus* laudat, ac ex *Phillis Delii Libro ſecundo de Muſica* decerptum exhibet *Lib. XIV pag. 636.* Dabo verba ipſa, quia locus eſt ſat brevis. En illum: Φοίνικες, πηκτίδες, μαγάδιδες, σαμβύκαι, ἴαμβοι, καὶ τρίγωνα, κλεψίαμβοι, ἐννεάχορδα· ἐν οἷς γὰρ φησὶ, τοὺς ἰάμβους ᾖδον, ἰαμβικὰς ἐκάλουν. ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέτροις, κλεψιάμβους. Μαγάδιδας δὲ τὰ διὰ πασῶν καὶ πρὸς ἴσα τὰ μέρη τῶν ᾀδόντων ἡρμοσμένα. *Phœnices, Pectides, Magadides, Sambucæ, Iambi, Clepſiambi, novem chordarum inſtrumenta. Ea inſtrumenta, quibus iambos meros cecinerunt, iambica vocarunt; illa vero, quibus præter iambos canunt carmina metris adſtricta, clepſiambos: Magadidas vero vocarunt organa muſica, quæ concentu octavarum conſentiunt, & æqualibus canentium partibus reſpondent.* Quo ex loco intelligitur, Magadidis uſum ad exprimendos ſonos,

nos, quos vocant *uniſonos*, inſignem fuiſſe, ac *octavum* ſimul reſonuiſſe. Fidibus, ſeu chordis, conſtitit hoc organon muſicum, nunc paucioribus, nunc numeroſioribus. Teſtimonium e vetuſto ſcriptore depromſit *Athenæus p. 636*, quo pronuntiatum hoc ſtabiliri, atque extra dubitationem collocari, poteſt. Dabo eius verba duntaxat Latine: *Artemon Libro primo de Bacchica Intelligentia ſcribit, Timotheum Mileſium ex opinione multorum Magadidem in uſu habuiſſe, auctam numero fidium,* πολυχορδοτέρῳ συστήματι χρήσασθαι τῇ Μαγάδιδι. *eiusque rei cauſa accuſatum illum apud Lacedæmonios, quod veterem muſicam labefactaret ac corrumperet. Et, cum chordas ſupervacuas præcidere iam quidem eſſet paratus, oſtendiſſe ſtatim apud ipſos exiguam Apollinis imaginem, in cuius lyra totidem eſſent chordæ, eodemque ſitu & ordine porrectæ: ideoque eum fuiſſe abſolutum.* Chordarum ille numerus *haud ſemper erat idem; ſed is admodum variabat.* Quinque chordas fuiſſe in Magadide, tradidit *Teleſtes* in Hymenæo dithyrambico apud *Athenæum pag. 637.* Exhibebo eius verba, ac poſthæc illa dabo illuſtrata. En illa: Ἄλλος δ' ἄλλαν κλαγγὰν ἱεὶς κερατόφωνον, ἐρέθιζε μάγαδιν ἐν πενταρύθμῳ χορδᾶν ἀρθμῷ χέρα καμψιδίαυλον ἀναστρωφῶν τάχος. *Alius, alium clangorem, e cornu fieri ſolitum, emittens, Magadin concitabat, per quinque chordarum numerum verſans manum celeriter, eo ſemper re-*

recurrentem, *ubi ipſa antea fuerat verſata.* Numerus chordarum, quibus hoc organum muſicum conſtitit, a *Teleſte* vocatur πεντάῤῥαβδος, id eſt, *quinque præditus virgis, ſeu nervis chordisve maioribus, in longum protenſis.* Manus, qua Magadis fuit ad ſonum excitandum tractata, appellatur καμψιδίαυλος. Vox hæc originem refert ad *diaulum.* Diaulos vero a veteribus vocatus fuit curſus reflexus & repetitus, per quem, ubi ad metam & finem eſt perventum, ſemper ad initium ipſius curſus rediri ſolet. Generalis vocis huius poteſtas in eo conſiſtit, ut intelligatur certum ſpatium, intra quod progrediendo ac regrediendo fit motus. Manus itaque καμψιδίαυλος eſt illa, quæ continuis motibus per ſpatium chordarum determinatum nunc huc, nunc illuc, nunc procedendo, nunc retrahendo, movetur. Quo ex teſtimonio perſpicitur, chordas illas manibus fuiſſe agitatas modo ſurſum, modo deorſum. An autem plectro, an filis ligni incurvi ſubtenſis, chordæ illæ fuerint ad ſonum reddendum incitatæ, ex locis illis duobus, quos adduxi, nondum intelligere licet. *Anacreon* meminit viginti Magadidis chordas in hoc apud *Athenæum* verſiculo *pag.* 635:

Ψάλλω δ᾽ εἴκοσι χορδαῖσι, Μάγαδιν ἔχων,
ὦ Λεύκασπι.

Pſallo autem viginti chordis, Magadin tenens, o Leucaſpi.

Unde dilucet, Magadin digitis, ut ſonum ederet, fuiſſe contrectatam & agitatam. Eiusmodi enim chordarum contrectationem Græci ſolent voce ψάλλειν potiſſimum deſignare. Atque eam ob cauſam Magadis ſucceſſu temporis dicta fuit ex pſallendi ratione *pſalterium.* *Apollodorus* huius rei teſtis eſt fidei plenus, de quo hæc habet *Athenæus pag. 636: Apollodorus in ſua reſponſione ad Epiſtolam Ariſtoclis ſcribit, id, quod nunc pſalterium vocemus, eſſe Magadin.* Adde, quod a priſcis Græcorum is dicebatur μαγαδίζειν, qui manibus chordas tractabat. Plectrum huic organo commovendo haud fuiſſe adhibitum, perſpicue intelligitur ex verbis *Ariſtoxeni* apud *Athenæum pag. 635.* Uſus autem huius organi potiſſimus in eo conſtitit, ut in ſacris miniſteriis atque choreis ſolennioribus, quæ per gyrum porro & retro manibus iunctis cantuque ſaltantium coniuncto uniſono celebrabantur, melodia conſervaretur eadem, neu ulla vocum a ſono debito diſcrepantia uniſonam modulationem turbaret. Id ipſum ex loco quodam *Pindari* in ſuo ad *Hieronem* Scholio cognóſcere licet. Exhibuit eum locum laudatus iam perſæpe *Athenæus pag. 635,* quo tradidit ille, Magadin eſſe ψαλμὸν ἀντίφθογγον, διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διαπασῶν ἔχειν τὴν συνῳ-

διαν

δῖαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων, organon, contrectari ſolitum, reddens per octavam geminam ſonos illos, quos vocant uniſonos, ſeu concordantes., eam quidem ob cauſam, ut concentum virorum ac puerorum complecteretur, qui erat duorum generum ac per octavam. Cantus eiusmodi vocabantur *ἀντίφθογγοι* & *ἀντίσπαστοι*, qui ſibi invicem per octavam reſpondebant, ita ut pueri cantarent modulos in *g*, duabus lineolis ſubducto, & ſenes in *g*, una lineola ſubducto, ſi notulis muſicis noſtris congruenter de re vetuſtiſſima iudicare licet. Intervalla tonorum veteres ita dinumerarunt, ut tonum, a quo fit dinumeratio, haud comprehenderint. Ipſi intervallum, quod vocamus *c f*, tradiderunt conſtare de duobus tonis & ſemitono, ac appellarunt illud *diateſſaron*. Ipſi intervallum *b g* vocarunt *diapente*, & perhibuerunt, illud conſtare ex tribus tonis & hemitonio. *Diapaſon* dicta fuit *octava*, conſtans de ſex tonis, ſimul haud attingendis. *Macrobius*, *in ſomnium Scipionis* commentatus, iſthæc *Lib. II Cap. I* memoriæ prodidit. Octavæ enim rationem fuiſſe habitam, intelligitur ex eo, quod chorda altera, quoties una impulſa fuit plectro, convenienter numeris ſimul ſonare eſt deprehenſa, ac ſonorum conſonorum ratio inde fuit perſpecta. Norunt univerſi muſicæ rei periti, conſonantiam hanc in chordis ſecundum octavam animadverti.

XII. [illegible] [illegible] organum [illegible] [illegible]. [illegible] Græci [illegible] Magadin [illegible]. *Euphorion* [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a) [illegible]. [illegible] de Magadi [illegible] argumentum [illegible] demonstrat [illegible] *Athenæus*. Ipse enim, [illegible] a Magadi [illegible] [illegible], decernit. Alibi idem [illegible]. *Terpandrum* Lesbium non barbiton invenisse, [illegible] [illegible] [illegible] in imitationem [illegible] [illegible]. Subducit *Athenæus* [illegible] [illegible], [illegible] *Terpandrum* illum, docens, [illegible] [illegible] [illegible] *Lycurgo* illi, qui cum *Iphito* Eleo primam Olympiadem [illegible] atque ordinavit. *Pindari* verba de barbito sic habent: Τὸν ῥα Τέρπανδρος [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. quam *Terpander* [illegible] Lesbius [illegible] [illegible], cum in [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] *Lydiam* [illegible] [illegible]. A [illegible] [illegible] hunc locum *Athenæus* *Lib.* XIV [illegible]. [illegible] docet, *Terpandri* [illegible] [illegible] *Iphito* [illegible] æqualem, ipse ad *Hieronymi* [illegible] de Citharœdis, qui [illegible] fuit operis, ab hoc *de Poetis* conscripti, provocat.

XIII. Ma-

a) *Athenæus* *Lib.* *IV* *pag.* 182.

XIII. Magadin vero a Pectide haud differre, non conjecturis, ſed planis evidentibusque *Ariſtoxeni* & *Manæchmi* Sicyonii *de Artificibus* teſtimoniis, innixus, affirmat. Similitudinem ſane fuiſſe oportet Magadin inter & Pectidem, ſiquidem ab hiſce Auctoribus alias tradi cum ratione haud potuiſſet, Magadin inter ac Pectidem nihil prorſus interfuiſſe. Diſcrimen id ex teſtimoniis, ab *Athenæo* allatis, elucet. Pectides enim in eis a Magadibus diſcernuntur *pag. 636.* Quod nequaquam fieri potuiſſet, niſi Pectis a Magadi quodammodo fuiſſet diverſa. Pectis ab Ebræis, eorumque vicinis, videtur appellationem פַּחַד obtinuiſſe. Niſi magnopere fallor, ſignificatus hic locum occupavit *Iob. XL, 17,* ubi Deus vires beſtiæ Behemoth *Iobum* docet hunc in modum:

יַחְפֹּץ זְנָבוֹ כְמוֹ־אָרֶז גִּידֵי פַּחֲדוֹ יְשֹׂרָגוּ

Formoſa eſt cauda eius inſtar cedri, nervi Pectidis eius hinc inde ſunt diſtributi.

Vulgari expoſitioni obſiſtit & reclamat accentuatio. Maieſtati Numinis ea minus congruit. חפץ eſt ſæpius *placere, iucundum eſſe, ac formoſum.* Behemoth videtur omnino eſſe piſcis Lamenathi, ſeu Manathi, cuius ab umbilico cauda procedit perquam longa & pinguiſſima, nervis tota, quantaquanta eſt, conſtans. Ineſt *inciſo* illi exergaſia. Cauda dicitur in ſententia altera פחד, ſeu *Pectis,* ob ſimilitudi-

nem,

nem, quæ intercedit inter caudam & Pectin. Pectis, quæ nunc ſolet dici ab Italis *Cembalo*, nervis, ſeu chordis, adfluit protenſis, facta ad formam quadratam ac cubitalem, in medio anguſtiorem. Cauda piſcis Manathi, eandem refert figuram, nervisque conſtat copioſiſſimis.

XIV. Subit tandem mirari, qui Magadis appellari potuerit *αὐλὸς Λυδὸς*, *tibia Lydia*, & quidem ab *Ione Chio* in *Omphale*. Organon enim muſicum, chordis inſtructum, a flatibilibus muſicorum vaſis toto differt cœlo. At opportune ſuccurrit admiranti auctoritas *Heſychii* ac *Suidæ*, quorum uterque oſtendit, Magadin exſtitiſſe laminam ligneam repandam, ſuper qua nervi, citharis æque adhibendi, fuerint extenſi, ac reddidiſſe, eis pulſatis, ſonum e foraminibus, quibus ſit pertuſa. Quare perſpicuum eſt, Magadidem, ſeu Magadin, eſſe organon, chordis inſtructum digitisque, & bacillis fortaſſe, cieri ſolitum; ratione chordarum cum cithara conveniſſe; reſpectu foraminum, e quibus ſonus exiit, illud ſimilitudine quadam ad tibiam acceſſiſſe. Formam organi ipſius *Iulius Pollux IV*, 9, delineavit, referens, id fuiſſe *πλινθεῖον πηχυαῖον*, *vas quadratum cubitale*, *ἄδον διειλκυσμένα σπινία, ἃ περιστρεφόμενα ἦχον ἐποίει, κροτάλῳ παραπλησία*, *cantum edens ob chordulas, in eo diſtentas, quæ hinc inde motæ ſonum efficiebant, crotalo affinem.*

XV. Re-

XV. Reſtat in præſens, ut, Magadin & גִּתִּית, *Gittit*, unum idemque exſtitiſſe organon muſicum, veriſimiliter oſtendam. Magadidis eſſe affinitatem cum Gittit, ſeu Gittis, ſi literas ſpectes, nemo ambigit, nemo inficiatur. Inſcriptiones Pſalmorum ita ſunt comparatæ, ut, quoties in eis vocula עַל legitur, de melodia, vel organo muſico, ſoleat fieri mentio. Aetas Magadidis ad ætatem *Davidis* ac *Pſalmorum* Ebræorum ſatis congruit. Expoſitiones reliquæ, quæ de voce Gittit proferuntur, vix ulla probabilitate ſe commendant. Id vero non eſt infrequens, nec inuſitatum, ut nomina organorum muſicorum inter gentes finitimas cultiores eadem retineant nomina, paullulum hinc inde inflexa. Quis ignorat organa ætatis noſtræ, *violas*, *violinos*, *caſtagnettas*, *tamburina*, *chalumeaux*?

XVI. Comprobabimus nunc porro re ipſa, ſpecies magadidis in uſu fuiſſe apud Iudæos. עָשׂוֹר & הַשַּׁחַר ſunt *Aſcaron*, סַבְּכָא eſt *σαμβύκη*, *ſambuca*, סִימְפוֹנְיָא eſt *zompogna*, מְחֹלוֹת eſt *monaulos*, &c. *Iulius Pollux IV*, *9*, Aſcaron a Magadi nihil diſcrepaſſe, eſt auctor. *Pollux* idem ſtatim ſubiicit: *Anacreon Aſcaron vocat Magaden*, *eiusque inventionem Cantharus Thracibus tribuit*. Aſor legitur *Pſ. XCII*, *4*.

XVII. Succurrit memoriæ alia Magadidis denominatio. Sambucam enim etiam appella-

tam

tam fuiſſe Magadin, teſtis eſt *Athenæus Lib. XIV pag. 635.* Sambucam eſſe organon muſicum acuti ſoni, idem adiungit, laudans *Ephorionem*, qui in libro *de Iſthmiis* mentionem eius fecerit, tradideritque, organon illud fuiſſe quatuor chordis tenſum, ſeu tetrachordon, atque in uſu exſtitiſſe penes Parthos ac Troglodytas, auctore *Pythagora de Mari rubro.* Sambucam *Daniel* Babyloniis tribuit *III, 5, 7,* vocans eam סַבְּכָא & שַׂבְּכָא. Hic audienda eſt ſententia *Iacobi Guſſetii*, qui ita in *Commentariis Linguæ Ebraicæ pag. 548 col. 2* diſſeruit: *Sabbecha tantam affinitatem habet cum Græco* Σαμβύκη, *ut quisque vel ſponte videat, alterum ab altero natum: ac omnes eapropter iudicent de ſignificatione alterius per alterum. Notum autem,* σαμβύκην *Græce deſignare inſtrumentum muſicum, nervis, ſeu fidibus, ſonum edens. Id ita ex Porphyrione ad Ptolemæi Harmonica, & inde ex Suida, vulgatum eſt, ut vocabularia non omiſerint. Suida* teſte, hoc organon muſicum *Ibyco* inventori eſt tribuendum. *Duris* & *Semus* Delius aliter ſenſere. Hic enim primo *Deliadis* libro ſcripſit, ſambuca uſam *Sibyllam* fuiſſe primam, & id organon a *Sambyce* quodam inventore ita eſſe denominatum. Tradit hæc *Athenæus Lib. XIV pag. 636 ſeq. Neanthes* vero Cyzicenus *Libro primo de Horis, Ibycum*, Poetam Rheginum, fuiſſe ſambucæ inventorem, credidit, teſte *Athenæo Lib. IV pag. 175.*

175. Mulier, quæ eam tractandi callebat artificium, *Sambyciſtriam* fuiſſe dictam, idem memoriæ prodidit; *Lib. IV pag. 175.* Sambucam a Magadi paullulum fuiſſe diverſam, cognoſcitur ex *Phillis Delii Libro ſecundo de Muſica* apud *Athenæum Lib. XIV pag. 636*, ubi Magadides a ſambucis diſcernuntur.

XVIII. Cum vero chordarum numerus in Magadi fuerit varius, ac ideo nomina *enneachordon*, *decachordon*, *icoſichordon*, &c. hinc frequententur, facile eſt intellectu, quid qualisque figuræ exſtiterit organon שְׁמִינִית. *1 Chron. XV, 21.* Dicitur illud a chordis octo, ſeu octava. Nam olim Magadin loco Baſſi perpetuo adhibebant, quemadmodum Itali ac Bohemi Cembalo utuntur. Hinc lux oboritur loco *1 Chron. XV, 21*, qui ita eſt reddendus: בְּכִנֹּרוֹת עַל־. *In gingris iuxta Magadin, octavam ſonante*, הַשְּׁמִינִית לְנַצֵּחַ *ad cantum continuo peragendum.*

XIX. De organo כִּנּוֹר, κίνυρα, hic peropportune agitur, ſiquidem in loco, ex *Paralipomenis* allato, illius fit mentio. Si Alexandrini Interpretis Græci ſententia hic eſſet ſtandum, nil certi definiendum videretur, ſiquidem is ἐν reddenda illa voce admodum fluctuavit, incertumque ſeſe præbuit. Affinitas vero ſoni, & convenientia locorum, in quibus ea legitur, ſuadent, ut exiſtimemus, per eam deſignari *gingram*. Fuit *gingras* tibia mi-

nor,

nor, lugubrem flebilemque fundens ſonum. Ipſa a Phœnicibus fuit inventa, ac eam ob cauſam Phœnicio gaudet nomine. Convenit ipſa cum Carum Phrygumque tibia, qua hi ſonum lugubrem ſolebant ciere. Quæ pronuntiavimus, ea nituntur auctoritate *Athenæi Lib. IV pag.* 174, & *Iulii Pollucis IV*, 10. Anſerum clamorem, ſeu clangorem, *Arnobius* appellat *gingritum*. *Feſtus* habet: *Gingriator*, *tibicen*. *Xenophon* tradidit, Phœnicios uſos fuiſſe *gingris*, id eſt, tibiis palmam longis, acutum ac lugubrem ſonum edentibus. Hiſce Cares luxere ſuos mortuos; ac Phœnices eas adhibuerunt ad lamenta, quibus defleverunt *Adonin*, teſte *Athenæo Lib. IV pag.* 174. Videtur *Ezechiel* Propheta *Adonin* vocaſſe *Tammuz*. *Heſychius* hæc habet: Γίγγρος καὶ γιγγρία μικρὸς αὐλὸς, ἐν ᾧ πρῶτον μανθάνουσι, *gingrus & gingria*, *exigua tibia*, *in qua primum diſcunt*. Noſtri vocant *eine Vogelflœhte*. Aegyptiorum *gingl‍arus*, exigua tibiola, ſimplici melodiæ conveniens, a gingra haud admodum videtur diſcrepaſſe. Erat & *Gingras* ſpecies ad tibiam ſaltationis, teſte *Iulio Polluce IV*, 14. Si ſacrum Codicem conſulimus, *Iubal* fuit gingræ inventor. *Gen. IV*, 21. *Labani* ac *Iobi* ætate uſus eius fuit tritiſſimus. *Gen. XXXI*, 27, *Iob. XXX*, 31. Adhibuit id organi *David*, ſpiritus noxios a *Saulo* averruncaturus 1 *Sam. XVI*, 16, 23, pro veteri inſtituto. Tractatio huius organi exprimitur

tur voce כנן *v. 16, 17, 18.* Unde patet, hanc vocem ad flatilia quoque pertinuiſſe, & vocem מְנַעַנְעִים latius patuiſſe, *Thren. III, 63*, quam vulgo exiſtimatur.

XX. Aliam tibiæ ſpeciem Phryges invenerunt, cui nomen ἐλύμȣ impoſuerunt. *Iulius Pollux IV, 10*, de illa ſic expoſuit: Ἔλυμος, τὴν μὲν ὕλην πύξινος, τὸ δὲ εὕρημα Φρυγῶν; *Elymos, e materia buxi fieri ſolita, a Phrygibus fuit inventa.* Nos Teutoni, Titanum, ſeu Dodanim, ac Dardanorum proles, Phrygum quondam fratres, vocamus tibiam eiusmodi *Schalmey*, Galli autem *chalmeau*. *Athenæus* corroborat fidem *Pollucis*, nec ab hoc diſſentit. Dabimus verba *Athenæi* e *Lib. IV pag. 176 ſeq.* Latine: *Elymos, quarum meminit Sophocles in Niobe & Tympaniſtis, non alias exiſtimamus eſſe tibias, quam Phrygias, quarum uſum Alexandrini quoque non ignorant, veluti &* διόπων (duobus foraminibus pertuſorum) *&* τῶν μȣσοκόπων, *& earum, quas* ὑπολήτȣς *nominant. Elymorum meminit Callias in Vinctis. Iuba tradit, a Phrygibus repertas fuiſſe, vocarique etiam Scytalias, ob earum craſſitiem, parem Scytalis Laconicis. Illas in uſu quoque Cypriis eſſe, Cratinus iunior in Theramene ſcribit. Varro I, 2,* refert, Phrygiæ dextræ unum fuiſſe foramen, ſiniſtræ duo, quorum unum ediderit ſonum acutum, alterum gravem. *Plinius XVI, 36*, commemorat paucula de materia tibiarum, dextræ & ſiniſtræ. Læva

erat capacior, amplioris & gravioris ſoni, obtuſior, obſcurior. Dextra e contrario erat gracilior ac acutior. Una inflabatur in comœdiis, cum unus diceret; pares, ſeu duæ, cum multi agerent; choricæ, cum chorus ageret, *Rhodiginus Cap. 7, 9.* Ebræi elymon, tibiam Phrygiam, vocarunt עלם & אלם, *Pſ. LVI, 1, XLVI 1.* In inſcriptione *Odæ* poſterioris *Davidicæ* hæc leguntur: למנצח לבני־קורח על־עלמות שיר, *præfecto Muſices. Filiis Korabbi* (oda hæc divinitus fuit inſpirata). *Iuxta tibias phrygias cantilena hæc eſt decantanda.* In ea, quam priori loco attigi, hæc habetur inſcriptio: למנצח על־יונת אלם רחוקים לדוד מכתם, *præfecto Muſices. Secundum rationem modi Ionici iuxta tibiam Phrygum. Davidi oda fuit inſpirata, auro contra cara.* Obſervamus merito, 1) inſcriptionem a *Davide* haud fuiſſe profectam; 2) Phrygas dici *Rehbokim*, & ab eis dictos fuiſſe Phrygiones רוקמים, *rokemim*, id eſt, homines, qui artem Phrygum callent, in filis auri & argenti nendis, acuque pingendis, poſitam. *Ex. XXVI, 36, XXXV, 35.* Origo vocis *elymi*, *elem*, ſupereſt in voce Teutonica *Halm*, ac Latina *calamus*. Concentus tibicinum erat haud unus, ſed multiplex, aut Doricus, aut Phrygius, aut Lydius, aut Ionicus, teſte *Polluce IV, 10, ſ. 2.* Ionius modus erat triſtitiæ & auſteriori vitæ affectui-

que

que accommodatus, a *Pſalmo LVI* minime alienus.

XXI. Soliciti ſolent eſſe eruditi de voce *Ieduthun*, quæ legitur in inſcriptione *Odarum Davidicarum 39, 62, 77.* Non memini, quemquam in ſignificatu & origine huius vocis fuiſſe felicem. Liceat igitur pronuntiare, indicari per eam organon muſicum, & quidem tibiæ ſpeciem, a vate divino Iedithun appellatam. Prophetæ huius fit mentio *1 Chron. XXV, 1.* Tibias deſignari, perſpicitur ex hoc *Iulii Pollucis IV, 10, §. 1,* loco: Καὶ Ἰδȣ̃θοὶ δὲ αὐλῶν εἶδος, *etenim Iduthi ſunt tibiarum ſpecies.* Vocula עַל præmiſſa deſignat omnino organon muſicum, modumque numeri, quocum oda fuit decantanda. In inſcriptione *Pſalmi LX* legitur vox *Edut*, עֵדוּת, quæ æque *iduthon*, ſeu tibiam, deſignat, ut e vocula עַל præcedente, & demonſtratione rei ipſius, eſt perſpicuum. Quid ſit *Schuſchan — eduth*, paullo poſt exponam. Utraque enim vocula in inſcriptione *Pſalmi ſexageſimi* legitur manifeſte.

XXII. Exponendum quoque eſt in præſens de *nabla*, *nablio*, נֵבֶל. Ebræa vox vaſi eſt propria, quod vino condendo ac aſſervando eſt accommodatum. *1 Sam. X, 3, XXV, 18, 2 Sam. XVI, 1.* Vas illud coniungi ſolet cum nomine *figuli*, יוֹצֵר, ac *argillæ fictilis*, חֶרֶשׂ. Unde divinatu eſt facillimum, vas eiusmodi ſæpius ex argilla fictili conſtitiſſe. Quia vero Alexandri-

ni V. T. Interpretes vocem Græcam ἀσκ
utrem, ſubſtituunt Ebraicæ *nebel*, & ipſorum
tate vinum intra Palæſtinam utribus fuit recc
ditum, a veritate alienum haud eſt, vaſa i
ſæpius ex corio fuiſſe confecta. Nablia certe m
ſica in eo cum utribus, vinique comprehender
& aſſervandi vaſis, convenerunt, eo quod nab
vaſi maiori tanquam baſi erant impoſita. I
de reliquo complectebantur duodecim chord
quæ efficiendis duodecim tonis erant aptæ; l
bebant in parte ſuperiori formam quadratam,
inferiori rotundam. Quia chordae illae digi
pulſabantur, organo illi ſimilitudo quaed
fuit cum harpis noſtris. *Lutherus* eam ob c
ſam *nablii* vocem reddidit per *harpam*
LVII, 9, LXXI, 22, alibi vero per pſalteriu
Pſalter, e. g. *Pſ. LXXXI, 3, XCII, 4.*
Pſalmo XXXIII, 2. legitur inſtrumentum co
poſitum נבל עשור *nablium aſſori*, quod *L*
therus interpretatus eſt per *pſalterium decach*
dum. *Pſalter von zehen Saiten.* Nablam
Phœnicibus fuiſſe inventam, non ſolum vo
originatio Ebræa, ſed *Sopater* etiam, cog
mento *Parodus*, in Poemate, cui titulus
Pylæ, locupletiſſimus eſt auctor, apud *At*
hænæum Lib. IV pag. 175, qui duos illius verſ
los nobis conſervavit, e quibus de figura nab
aliquantulum innoteſcit. En illos:

οὔτε τῆς Σιδωνίας νάβλας
λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.

N

Neque Sidonii Nablæ ſtrepitus per fides excitatur,
oriens potius per vocem, e faucibus emiſſam.

Sidonium Poeta appellavit id organon, indicaturus originem eius Phœniciam, ſiquidem Sidon eſt urbs antiquiſſima Phœnicum, ſeu Phœnices. Chordis contenſis nablium fuiſſe inſtructum, idem prodidit. Fuiſſe autem organo illi partem excavatam, alveo utrique ſimilem, quæ halitum ſpiritumque, ſeu ſonum, emiſerit, oſtendit voce *laryngis*, quæ ipſa orificium aortæ, vel canalem ipſum, quo reſpiramus, ſolet denotare. Clarior vero eſt locus *Sopatri* e *Myſtace Thetio*, quem locum *Athenæus* paullo poſt ſubiunxit priori. Operæ pretium fuerit, eum haud omiſiſſe. Is enim ſic habet:

Νάβλας ἐν ἄρθροις γραμμάτων, ἐκ εὐμελής,
ᾧ λωτὸς ἐν πλευροῖσιν ἄψυχος παγὶς
ἔμπνουν ἀνίει μοῦσαν. ἐγρέτω δέ τις
τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

Nablas in nervis linearum non admodum ſuavem ſonum fundit,
cuius in lateribus lotus, tanquam inanimatus laqueus,
Muſam animatam (ſonum e ſpiritu ortum) *mittit ſurſum. Aliquis vero*

lætitia exhilarabat chorum, verſus deca
tantem, bacchicum
in morem vociferans.

Clamabant homines male ſani in bacchanal *Evoi*, ſeu *evabantur*. Nablium chordis fuit inſtructum, hinc denuo intelligitur. Vas illu maius, cui nablium erat impoſitum, fuiſſe c vum, ac ad latera undiquaque prominuiſſe, hoc loco ſatis dilucet. Sonus vero ex vaſe i in altum videtur commotus fuiſſe, ac, per f ramina ſuperius exiens, ſonum chordis exci tum corroboraſſe. *Abeneſra* Iudæus in Co mentario ad *Ieſ. V*, *12*, id ipſum, quod de ramininibus dixi, confirmavit, teſtatus, eſſe *nablio decem foramina*, בו עשרה נקבים ו A qua ſententia R. *Salomo*, ad eundem locu commentatus, ne latum quidem unguem diſceſ Aſcorum inter & nablium interceſſit quædam a nitas. Quare nablium, ad aſcori formam exactu compoſitumque, dictum fuit נֵבֶל עָשׂוֹר. Co iungi ſolebat clangor nabliorum cum ingri *Ieſ. V*, *12*, tympanis, *1 Sam. X*, *5*, ac tib *Ieſ. V*, *12*. In hoc *Ieſaiæ* loco indicatur, dæos, conviciis intempeſtivis operatos, me incaluiſſe inter concentus organorum muſic rum, nominatim *gingræ*, כִּנּוֹר, nablii, ty pani, ac *fiſtulæ*, חָלִיל. In loco autem *I* *XXII*, *24*, nablia ſunt ampullæ fictiles, ſeu utr vino pleni. Nam ibi coniunguntur *vaſa* *c* *terum*, כְּלֵי הָאַגָּנוֹת, & *vaſa nabliorum* לִים

כְּלֵי נְבָלִים, curæ præfectorum aulæ demanari ſolita.

XIII. Aurem vellicat organi muſici meno, quod in שָׁלִישׁ vocatur *1 Sam. XVIII, 6.* chaliſch eſt vox, ex numero ternario, uem Ebræi vocant *ſchaloſch*, deducta. Triıgulum ea deſignari, eſt extra dubitationis eam collocatum. Fidem facit locus *Ieſ. XL,* ?, in quo artes & inſtrumenta Mathematicoum priſcorum recenſentur. En locum Latine edditum; *Quis menſurat libella ſua aquam, zlumque plumbagine, ſeu rubrica, delineat? & mnem pulverem terræ* delineat בַּשָּׁלִשׁ, *trianulo? ac ponderat ſtatera montes collesque bimcibus?* Superficiem terræ haud aliter ac tringuliş menſurari & computari poſſe, norunt niverſi, quotquot mathematicarum rerum notia leviſſime ſunt imbuti. Et Muſici ætatis riſcæ etiam triangulum adhibuerunt, inſtrumentum quippe muſurgicum, a Syris quonam inventum, quemadmodum *Iuba* eſt autor in *Libro quarto Hiſtoriæ theatralis* apud *Athenæum Lib. IV pag. 175.* Græci id vocaunt trigonon, idque ad ſonitum excitandum ulſarunt. *Sophocles* in Myſis trigoni huius hunc n modum meminit apud *Athenæum Lib. IV pag. 183:*

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος ἀντισπαστὰ τε
Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

Multus vero Phrygius trigonus & concentus
Chordarum Lydiæ Pectidis, ſuis tractæ fidibus; accinit.

Neç *Iulius Pollux* hoc organon dimiſit intactum *IV*, *9*, *ſ*. *1*. Metalliſoſſores Hercinici adhibent trigonon chalybeum, idque quaſi tympanum continuo pulſant ad unum tonum, perpetuo concentui adiungendum.

XXIV. *Simchah*, cuius ſit mentio 1 *Sam*. *XVIII*, *6*, inter tympana atque triangula, eſt *ſambyce*, alibi vocata *ſabbecha* ob *mem* extritum. Si cogitaſſent Commentatores, ſignificatum *lætitiæ*, alibi congruentem, hic eſſe alienum, facile omnino perſpexiſſent, deſignari *ſambycen*. Sambycas *Iulius Pollux IV*, *9*, *ſ*, *1*, retulit in numero organorum, quæ pulſari ſolent. Addam unum *Athenæi* locum ex *Lib*. *IV p*. *635*, ac deinceps progrediar ad alia, aliis indicta. En locum illum, Latine redditum: *Euphorion in libro de Iſthmiis ſcribit*, *Magadin priſcum eſſe organon*, *ac ſerius aliquanto mutatam eius eſſe fabricam una cum nomine*, *vocatamque a poſteris fuiſſe Sambycen*: *frequentiſſimum id eſſe apud Mitylenéos*, *ideoque a Lesbothemide*, *antiquo ſtatuario*, *unam ex Muſis ſculptam eſſe*, *quæ illud teneret*. Plura dedi ſupra *ſ*. *XVIII*.

XXV. *Sumponjah*, סומפוניא, organon muſi-

muſicum, ea excelluit antiquitate atque fama, ut illud inter Babylonios regiosque muſurgos fuerit in uſu, *Dan. III, 5, 7, 15.* Exſtitit illud ex genere eo, quod inflari, ſpirituque cieri, ſolet. Origo vocis eſt ex voce סִימְפּוֹן, quæ *fiſtulam pulmonis* denotat. Vox hæc, & hic eius ſignificatus, legitur in libro miſchnico *Chelim III, 1.* R. *Eliezer*, quem *Kav venaki* appellant, expoſuit ibi vocem per הקנים חלולים. בתוך דריאה, *fiſtulas perforatas in medio pulmone.* Syris Aſiæque minoris gentibus noſtra adhuc ætate organon illud muſicum longe eſt gratiſſimum. Ipſi enim organon ex arundine confectum, oblongum, paſtoribus ruſticisque in more poſitum, vocant *Sambonja*, *Sombonja*, *Zampogna.* Ab accolis Syriaci maris ad Italos vox tranſlata fuit. Unde accidit, ut Eques *Marino* Italus Odis ſuis inſcriptionem hanc præfixerit; *La Zampogna di Marino*, eam quidem ob cauſam, quod credi volebat, illas agreſti more tenuique avena eſſe decantatas. Debemus hæc diligentiæ Viri Pl. Reverendi, *Guilielmi Irbovii, Conieʃtaneorum in Pſalmorum titulos* §. *49 pag. 68 ſeq. Theodotion* voce uſus eſt συμφωνίας in interpretatione, quam plerique noſtrates, quibus ſua merita ſtant inviolata, ſolent ſequi & amplecti.

XXVI. Apud *Danielem* exſtat præterea vox פְּסַנְתֵּרִין, *pſanterin.* Hoc organon exiſtimant viri præſtantiſſimi eſſe *ſiſtrum*, Aegyptiis gra-

tum, cui hoc loco articulus Aegyptiorum pe fuerit præfixus. *Theodotion* ψαλτήριον habet, ſoni ſimilitudinem reſpiciens. Succurrit autem circumſpicienti vox *pſithyra*. *Iulius Pollux* hoc organon recenſet ac enumerat inter inſtrumenta muſica, a barbaris inventa, *Onomaſt.* IX, 4, §. 2, addens hæc: *Pſithyra inventum eſt Libycum, vel potius Troglodytarum. Forma autem ipſa eſt quadrata. Nonnulli vero, Pſithyram idem, quod oſcarum, eſſe, autumant. Hoc autem erat quadrangulum cubitale, ſonum edens propter contenſas chordas, quæ circumverſæ* (agitatæ) *ſonitum ediderunt, crotalo affinem. Pſalterium* fuiſſe aſcori & Magadis quoque ſpeciem, *Athenæus* tradit. Quare pſalterium a pſithyra haud videtur fuiſſe diverſum.

XXVII. Cornibus perforatis nationes Orientis iam ætate *Danielis* fuerunt in numero organorum muſurgicorum uſi. Tyrrheni, ſeu Etruſci, feruntur hac Muſica inprimis delectati. *Iulius Pollux IV*, 12, §. 1, ita tradidit: Κέρατι μὲν αὐλεῖν Τυῤῥηνοὶ νομίζουσι, *cornu canere Tyrrheni ſolent*. *Athenæus* calculum ei album adiicit, referens hæc *Lib. IV pag.* 184: Τυῤῥηνῶν ἐςὶν εὕρημα κερατάτε καὶ σάλπιγγες, *tubas & cornua Tyrrheni repererunt*. Videntur ipſi Dardanorum eſſe progenies, ac mores progenitorum ſecuti. *Theodotion* voci קֶרֶן, *cornu*, ſubſtituit vocem σάλπιγξ *Dan. III*, 5, 7,

me-

meliori iure uſurus voce *κέρας*. Noſtri vocant cornua perforata eiusmodi *Poſaunen*.

XXVIII. משׁרוקיתא, *Maſrokitha*, eſt ſonitus, ſyringe fieri ſolitus, ex שׁרק, *ſibilando*, *zircken*, *ſcircken*, *ſchricken*, unde cicada, noſtris dicitur *Heuſchrecke*. *Theodotion* ſubſtituit voci Chaldaicæ *σύριγγα*, *Dan. III*, 5, 7. Syringes vetuſtiſſimas ex arundine fabricatas eſſe, literis memoriae proditum video. *Ariſtophanes καλαμίνην σύριγγα*, *arundineam ſyringem*, commemoravit, teſte *Iulio Polluce IV*, 9, *§*. 5. *Euphorion*, hexametrorum ſcriptor, libro *de Poetis lyricis* tradidit, teſte *Athenæo Lib. IV pag*. 184, fiſtulae, cui unicus & ſimplex eſt calamus, inventorem fuiſſe *Mercurium*, vel, ut alii memoriae prodiderunt, *Seuthen* & *Rhonacen*, Medos; eius vero, quae e multis compacta eſt calamis, *Silenum*; ipſius denique, quae glutinatur cera, *Marſyam*. Structuram eius citra difficultates animo informare licet. Qui enim calamum arundinis perforat, ac halitum ex ore immittit parti priori, in arctum compulſae, & modice patenti, ita ut ſonus inde prodeat, ille *ſyringa* in ſua habet poteſtate.

XXIX. *Syrinx*, e pluribus compacta calamis, vocatur עוּגָב *Gen. IV*, 21, *Iob. XXX*, 31, amaſiorum organon, ideoque ab עגב *adamando* & *deliciis creatis* dictum. *Ier. IV*, 30, *Ez. XXIII*, 9. Photynx, ea obliquis fiſtulis conſtru-

ſtructa, hic in cenſum venit, *Athenæo Lib. IV pag. 175* memorata. Dolendum ſane, intercidiſſe *Tryphonis* opus *de rerum appellationibus*, qui de tibiis & inſtrumentis muſicis erat compoſitus, cuius meminit *Athenæus pag. 174. Corydon* in *Ecloga Virgilii II v. 36* hæc tradidit:

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula &c.

Non eſt mirum, a *Jubale* organa flatilia fuiſſe inventa, ſiquidem hæc longe facilius fiunt, & ad ſonum edendum adhibentur, quam ea, quæ chordis conſtant, & ſolertiori cura ſecundum dimenſiones ſunt tractanda. De reliquo Photynx ſolebat e loti ligno, quod in Africa naſcitur, fieri, *Athenæo* teſte *Lib. IV pag. 182*.

XXX. *Kaithros*, organon muſurgicum apud *Danielem III, 5, 7*, ex *Theodotionis* & communi opinione eſt κιθαρις, κιθαρα, *cithara*. *Homero* ea fuit cognita. *Callimachus Hymno in Apollinem v. 19* eam laudat. Pulſari illa ſolet, teſte *Iulio Polluce Lib. IV, Cap. 9, ſ*. *Statius Lib. VI* canit, *Apollinis* manus citharæ fuiſſe inſertas. *Ioſephus* vero *Scaliger* in *Manilii Sphær. Barb. pag. 384* negat, citharæ vetuſtatem eſſe tantam, ratus, a *Statio* per prolepſin illæc fuiſſe dicta. Tibias, quas vocarunt antiqui *cithariſterias*, huc non quadrare, me non monente, quivis intelligit, niſi putave-

taverit, citharam flatilibus organis reliquis minus recte iungi. Conſtat cithara chordis protenſis haud ſecus, ac lyra & barbitos veterum, teſte *Athenæo Lib. IV. pag. 182.* Hiſpani citharam vocant *quitarra*, noſtri *Zitter*. Permulti metalliſfoſſorum Hercinicorum egregie norunt cithara cantare, eamque calamo, ſeu penna, rudi, ex anſerum alis deſumta, commovere, chordis hinc inde contactis.

XXXI. Αὐλὸς, *tibia, fiſtula*, eſt ipſa vox Phœnicia חֲלִילָא, Ebr. חָלִיל *Ieſ. V, 12, Ier. XLVIII. 36*, ex חלל, *perforando*, unde Rabbini id, quod *perforatum* eſt, vocant חָלִיל. Ex αὐλὸς, *aflos*, orta fuit vox *flœbte*, *flüte*, *flauto*. Ex חליל ſuperſunt decerptæ Orientalium appellationes aliæ, quibus ipſi tibiam denominant. Tibiam Latini dixere ex parte oſſis animantium. Materiam vetuſtiſſimam præbuit calamus vel frugum, vel arundinum. Tibiæ vero tanta eſt antiquitas, ut fiſtulæ, ex uno calamo conſtantis, *Mercurius* celebretur inventor. Eam, quæ e pluribus compacta eſt calamis, *Sileno* inventori tribuunt. a) Quis vero ignorat, *Silenum* fuiſſe ducem *Bacchi*, ac a plerisque *Bacchum* haberi, vel pro *Noacho*, vel *Mena*, ſeu *Mizraimo*, primo Aegypti Rege? Heroas ipſosque belli duces quondam oblectavit tibiarum & fiſtularum uſus, teſte *Homero Iliad. VII, X, XVIII*, ex quo id etiam habemus compertum, nuptiis Troianorum ad-

hibi-

a) *Athenæus Dipnoſ. Lib. IV. pag. 184.*

hibitam fuiſſe ſaltationem & tibiam b). *Pratinas* in *Hyporchemate, ſeu ſaliari carmine, quod ſaltantibus accinebatur*, auctor eſt, tibiis uſos fuiſſe veteres in conviviis, ſpectaculis, & bello c). In ſcena, ſeu ludis, per theatra actis, tibicines choro accinere ſolebant d), vel dextris, vel ſiniſtris, tibiis uſi. In ipſis funerationibus conſueverant cultores Numinum commentitiorum tibias adhibere. *Kirchmannus de Funeribus Lib. I pag. 5*, & *Pfeiferus Antiqu. Græc. Lib. IV Cap. 47*, teſtimoniis veterum id copioſe firmant. Pervaſerat orbem priſcum opinio, ætherem abundare diris ſpiritibusque malignis, ſaluti hominum inſidiantibus, ac hos præcipue moribundis eſſe infeſtos, virisque, quos melancholicos vocant, graves. Hince diris & incantatorum vocibus veteres crediderunt multam vim ineſſe ad nocendum hominibus, eisque officiendum. Remedia tantis incommodis malisque averruncandis oppoſuerunt iidem multiplicia ac perquam diverſa. In numero eorum quoque ſonus tibiarum *) fuit poſitus. Quoties ſol & luna deliquio laborant, veneficiis incantatorum obſcuritas aeris & deliquii cauſa fuit attributa. Crepitu diſſono & concentu ad tanti mali vim levandam eſſe utendum, iidem præceperunt e), in errorem eum indu-

b) *Athenæus Lib. I pag. 16.*

c) Apud *Athenæum Lib. XIV p. 617.*

d) Inſcriptiones *Comœdiarum Terentii*

*) *Athenæus Lib. XIV p. 624.*

inducti ab *Aglaonica*, *Agetoris* filia, Aſtrologiæ perita, quemadmodum auctor eſt *Plutarchus* in libro *de Oraculorum defectu.* Tibicen apud victimarum immolationes cecinit olim inter Græcos ac Romanos, ne quid aliud exaudiretur, ne ipſæ diræ obſtrepentes nocerent, neu precatio adiungenda aberraret, teſte *Plinio XXVIII*, 2. Ex hoc ritu Illuſtris Marchio *Scipio Maffæus* figuras vaſis, quod operis eſt anaglyphi, Pariſiisque inventum, expoſuit in Diſſ. peculiari, quam, acceſſionibus locupletatam, ipſe inſeruit Ephemeridibus Veronenſibus, quæ inſcriptæ ſunt *Oſſervazioni letterarie*, *T. I. pag. 234 ſeq.* Copioſe de tibia diſſeruit *Bartholinus*, cuius ne ſcrinia videar compilaſſe, eapropter in præſens plura addere omitto. Liceat adiicere paucula, quibus in tractatione ſequenti utendum. Tibiarum diſcrimen eſt adiungendum. Diſtinxerunt eas priſci in *virginales*, *pueriles*, ac *viriles*, quæ dictæ fuerunt partim *perfectæ*, partim *perfectiſſimæ*, τέλειοι καὶ ὑπερτέλειοι, nec non in citharifterias & dactylicas f). Tibiæ illæ ſigillatim appellatæ fuerunt *virgines*, *pueri*, *viri*. Tibiam virginem nominatim collaudavit *Athenæus* haud ſecus ac tibiam ἀλέκτορα, *excitatricem*, *pag.* 182. Exſtabant olim peculiares tibiarum cantiones, ſaltationibus iungendæ, verbi cauſa, *Comos* (κῶμος), *Bucolias*-

e) *Plinius H. N. II*, 12, *Livius Lib. XXVI*, *Lucanus Lib. VI.*

f) *Athenæus Lib. IV p.* 176.

liasmus, *Gingras*, *Tetracomon*, *Epiphallus*, *Choreus*, *Callinicus*, *bellicus* modus, *Hedycomos*, *Sicinnotyrbe*, *cniſmus*, *motlon* g). Id enim ex hiſtoriis quoque ſacris perſpicitur, ſolennem veterum muſicam cum choreis ac tripudiis fuiſſe coniunctiſſimam. *Sauli* & *Davidis* facinora bellica in choreis fuerunt decantata. Tranſitus Iſraelitarum per mare Typhonis non ſolum tympano, ſed etiam choreis, concelebratus fuit. *Comos* illos merito *Paulus* reprehendit, ac eis ebrietatem addidit.

XXXII. In inſcriptione *Pſalmi noni* leguntur hæc: עַל מוּת לַבֵּן, quæ ita cenſeo reddenda Latine: *iuxta cantionem tibiarum*, *ſaltationi iungendam*, *ad tibiam*, *quæ vocatur puer*. Tibiæ genus quoddam appellatum fuiſſe *puerile*, *Ariſtoxenus* quoque *Lib. I de Tibiarum perforatione* memoriæ prodidit. Locum ſuppeditavit *Athenæus Lib. XIV pag. 634*. Genera ibi tibiarum recenſentur hæc, παρθένιοι, αὐλοὶ, παιδικοὶ, κιθαριστήριοι, τέλειοι, &, quæ vox ibi excidit, ὑπερτέλειοι. Per vocem מוּת, *muth*, deſignari credo *genus cantionis tibiarum*, *ſaltationi iunctum*. Affinitas vocum, indoles priſci moris, & inſcriptionis natura, ſententiam meam firmant, certe veriſimilem reddunt. Accedit huic opinioni pondus ex *inciſo Odæ XLVIII* extremo, quod ex notione vocis, quam exhibui, ſenſum fundit & clarum & illuſtrem, eumque ita

g) *Athenæus Lib. XIV. p. 618.*

ita conformatum : *Omnino iſte Deus noſter perpetuo & continenter. Ipſe ducet nos* על־מות *prope mothonem.* Deſignat ſcriptor divinus illud gaudium eccleſiæ, dictum הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו, *Pſ. CXVI, 15*, quo hæc deducitur ab uno lætitiæ genere ad alterum, & *ad tibiæ puerilis cantum tripudio iunctum*, hoc est, ad ſolidum effuſumque gaudium, exultatione dignum. Originatio vocis מות videtur quidem incerta; ſi coniecturis tamen locus dari poteſt, vocum cognatarum poteſtas eſt excutienda. Vox מוט, *moveri*, & מוש, *dimoveri, recedere*, a fine & natura ſaltationum nequaquam eſt aliena.

XXXIII. In titulo *Pſalmi ſexageſimi* leguntur hæc verba: עַל שׁוּשַׁן עֵדוּת, quæ ita crediderim vertenda in Latinum: *iuxta ſicinnin iduthi.* Iduthus eſt tibiæ ſpecies, quam deſcripſi ſupra *§. XXII.* Sicinnis autem exſtitit ſaltationis quidam modus, nullum animi motum oſtendens, omniumque ſaltationum modeſtiſſimus. Teſtor *Athenæum Lib. XIV pag. 630*, qui, copioſis veterum teſtimoniis, de origine vocis fruſtra adductis, ſubdit tandem: ἐκ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ ἐδὲ ἀνασείει. *Affectum ea nullum monſtrat animi, ideoque is nihil mutatur.* Græcos haud inveniſſe ſpeciem huius ſaltationis, perſpicitur ex forma vocis, & ex originationibus, quas fruſtra recenſuit *Athenæus.* Vera vocis origo pendet ex verbo שׂוּשׂ, *lætando, gaudendo*, unde profluxit שָׂשׂוֹן, *gaudium*, &

Sophocles in Thamyra, modos Pectidum, lyrain & monaulon, ſuaviſſimis organis muſicis inſerere, haud dubitavit. Monaulia comeſſationum fuere inſtrumenta. Monaulis ad hymenæos decantandos uſi fuerunt veteres. Ipſi ex calamo ſolebant fieri, ac recentiore vocabulo *tityrina* & *chalamaulæ* ſunt appellatæ. Vide *Athenæum pag. 176.* In organis pnevmaticis, quibus Chriſtiani utuntur in re ſacra, exſtat adhuc chalamaula, vulgo *Rohrflœhte.* Galli eam vocant *Chalumeu*, noſtri *Schalmey.* Vox ipſa מְחֹלוֹת videtur eſſe eadem atque מַעֲלוֹת. Solent enim Orientales nonnunquam gutturales permutare. Malim tamen ſuffragia aliorum in hac re exſpectare, quam eorum occupare approbationem. Id vero mihi facile lectores æquos eſſe largituros, confido, organon muſicum מָחוֹל, *Pſ. CL, 4*, commemoratum, a מְחֹלָה haud eſſe diverſum, Ebræosque olim ob celeritatem pronuntiationis voces, aliunde aſſumtas, una ac altera litera truncaſſe.

XXXVII. חֲצֹצְרוֹת, *Chzozeroth*, erant tubæ, σάλπιγγες, in re ſacra Iudæorum frequentes, teſte *Ioſepho Antiq. III, 12.* In templo Hieroſolymitano ipſæ a ſolis inflabantur ſacerdotibus, ſtantibus ad marmoream altaris menſam, non ſolum quotidie ad ferta h), ſed etiam in feſtis novilunii feriatisque diebus.

h) *Chryſoſtomus Orat. I contra Iudæos ſub finem.*

bus i). Inflabantur eæ ſono nunc plane fracto, nunc iterum plano, ad minimum viginti vicibus & una, ad ſummum vicibus duodequinquaginta k). Adhibebantur tubarum illarum ad minimum binæ, ad ſummum duodecim, erantque eæ omnes ex argento concinne affabreque factæ, auctore *Maimonide de Vaſis ſanctis Cap. 3. Lutherus* vocem vertit in *Pſ. XCVIII, 7*, per *Trummel*, ſiquidem tuba ſoni graviſſimi vocatur *Trombon*, & vicem ſuſtinet tympani. Vocem σάλπιγξ in N. Teſt. idem ſolet reddere *Poſaunen* loco vocis *Trompeten*. Cl. *Bengelius* in *Apocalypſeos* interpretatione ſua Teutonica vocem alteram adhibuit. Obſcurum ſane eſt, undenam vox *Poſaunen* fuerit orta. Si coniecturæ eſt locus, ſuſpicor, eam ſupereſſe ex veteri voce muſica φωτίγγιον, ſiquidem literæ *s* & *t* ſolent ſæpius permutari.

XXXVIII. שׁוֹפְרוֹת, *Schopheroth*, erant *buccinæ*, quas B. *Lutherus* expoſuit per *Poſaunen* in *Pſ. XCVIII, 7*, & *CL, 3*, ob ſimilitudinem organi utriusque. Buccinæ autem hæ erant cornua arietina incurva, inflari ſolita auſpiciis anni, nec non ineunte iobileo, & præterea in l) ſynagogis. Intra templum *Serubabelicum* inter buccinas illas ob *Pſ. XCVIII, 6*, ſo-

i) *Maimonides de Vaſis ſanctuarii Cap. 3.*
k) *Tamid Cap. 7, de æſtimationibus Cap. 2, ac de Tabernaculis Cap. 5.*
l) *Io. Lightfoot ad Matth. VI, 2.*

ſonum ſociabant corroboratum tubæ argenteæ, & quidem vicibus alternis m). Quoticscunque in ſynagogis ſuis Iudæi ſolenniter aliquem a communione ac ſocietate ſua excludebant, ipſi ſolebant ſubiungere buccinarum clangorem. Doctores Gemarici in *Sanhedrin fol. 7 col. 2*, atque *Campegius Vitringa de Synagoga vetere Lib. I Part. I Cap. 10 §. 1 pag. 204*, ritum illum ex profeſſo expoſuerunt. Accendere lucernam ſabbaticam, erat apud Iudæos moris, & quidem ad ſonum buccinæ, tertium clangentis. Licebat vero idem munus adhuc obire ad clangorem ſextum n). Buccina, quæ feſtum anni civilis Iudaici ineuntis diem indicare conſueverat, ſumta fuit ex rupicapra, eaque fuit ſimplex, ac orificium eius auro obductum. Tubæ ex latere utroque ſolebant ei adiungi. Buccina tunc ſonabat diutius, tuba minus diu, ſiquidem divinitus ita fuerat ſancitum, ut eo die buccina clangeretur. De tuba adiungenda nihil in ſacro Codice legitur adiectum o). Præterea Iudæi in diebus ieiuniorum, eccleſiæ indictorum, clangendi morem ſervabant, cui faciebant ſatis cornuum arietinorum incurvatorum uſu, quorum orificia argento erant obducta. Inter hæc cornua duas inflari tubas, more erat receptum. Buccina tunc ſonum edidit minus diuturnum, tubæ vero excitarunt diutur-

m) *Taanith II §. 1, Maimonides de Buccina c. 1.*

n) *Schabbath fol. 35 col. 2.*

o) *Roſch haſſchanah III §. 5.*

turniorem p). Adhæſit quondam cornibus arietibus incurvis notio dominationis ac divinitatis cuiusdam. *Moſes* caput, nimbis ſplendens, ac inſigni cornu arietino ornatum, ex monte Sinai detulit, quod Iudæi quamprimum intuiti fuerunt, vultum avertere ac percelli cœpere. Deus ipſe *Moſen* tanquam vicarium ſuum fulgore ac dignitate tanta inſtruxerat, ut univerſus Israelitarum populus intelligeret, *Moſen* divinitus eſſe miſſum, ac leges promulgandas pretii ponderisque eſſe ſummi. Eadem ſplendoris gloria Deus Meſſiam illuſtravit in monte, præſentibus *Moſe* ac *Elia*, ne dubitemus, *Ieſum* eſſe Prophetam illum, qui ad inſtar *Moſis* erat appariturus. Prophetæ reliqui ad excellentiam & gloriam *Moſis* haud adſpirarunt. Ipſi hoc Iudæi ſuffragiis ſuis firmant ac muniunt, docentes, eam eſſe differentiam *Moſen* inter reliquosque Prophetas, ut hi per ſpecular obſcurum viderint, *Moſes* vero per lucidum ſpeculare res divinas fuerit contemplatus q). Quare in hiſce haud quadrat ad Prophetas quosvis vaticinium illud *Moſis* de Propheta magno, e Iudæis oriundo, qui ipſi ſimilis foret. Cornua Aegyptii attribuerunt *Ammoni* ſuo arietina in ſignum dominatus ac divi-

p) Ibidem §. 4.

q) *Maſſecheth Iebhammoth Cap. IV §. 13*, ac ad illum *Gemara fol. 49 pag. 2*, *Maimonides* ad *Cap. XXX* Codicis *Kelim §. 2*, R. *Bechai* in *Pentateuchum fol. 68 col. 4.*

divinitatis. *Alexander Magnus*, qui ſeſe *Iovis Ammonis* filium venditavit, veſtes ſacras etiam in conviviis geſtavit, nempe *Ammonis purpuream* (πορφυρίδα), crepidas eximias, ſeu π[illegible]δας, & *cornua tanquam Deus*. Utor teſtimonio *Ecdippi*, apud *Athenæum* ſuperſtite, *Lib. XII pag. 537*. Cornua illa erant arietina, uti ex numis *Alexandri Magni* perſpicere licet. Morem *Alexandri* ſecuti fuerunt ſucceſſores. Strictim de ea re expoſui, cum de Cel. *Geſſneri Numiſmatibus Regum Macedoniæ* in *Novis Eruditorum Actis A. 1741 pag. 396* egi. Quæri adhuc poteſt, quid cauſæ ſacræ lateat in uſu cornuum illorum arietinorum, ſeu [illegible]יְבָלִ, quos Iudæi inflarunt ineunte anno & civili & iobileo. Offert ſeſe commodum memoriæ concentus ille buccinarum, quo ingeminato promulgatio ſolennis Sinaiticæ legis ſucceſſit. *Ex. XX. 19 Ebr. XII, 19*. Ab angelis illum concentum fuiſſe editum, nemo facile inficiabitur, qui recordatur, cornicines homines in monte Sinai fuiſſe nullos, Meſſiam ibi præſto fuiſſe cum innumeris nunciis cœleſtibus *Pſ. LXVIII, 18, 19*, eorumque miniſterio legem perhiberi promulgatam, *Act. VII, 53, Gal. III, 19*, per manum eius, qui μεσίτης vocatur. Annus, ſeu auſpicia N. T. inchoabantur æque ſono cœlitus effuſo *Act. II, 2*. Comparationem inſtituit inter legis Sinaiticæ & œconomiæ evangelicæ promulgationem I. *Ioannes Andreas Danzius* in Progr. cui titu-

titulus eſt: *Promulgatio Evangelii haud obſcurior legali, ad Act. II. 1 ſeq.* Præivit ipſum *Paulus*, qui excellentiam & gloriam promulgatæ Sinaiticæ legis compoſuit, ac comparavit cum glorioſiori promulgatæ evangelicæ œconomiæ ſolennitate, *2 Cor. III, 7-11.* Tempus utriusque promulgationis ſibi invicem quoque videtur reſpondere. Conferendum hic eſt eiuſdem *Danzii* Programma *de Feſto Septimanarum Iudaico abrogato, & ſurrogato in eius locum feſto Pentecoſtali Chriſtianorum. Severi Gabalenſis* cogitata, *Danzianis* gemina, habes formis publicis deſcripta in *Ioannis Chriſtophori Wolfii Anecdotis Græcis T. III pag. 96 ſeq.* Iobileus annus fuit ſymbolum œconomiæ Chriſtianæ & ineuntis & propagatæ. Dubitationem omnem, quæ menti hic obverſari poteſt, diſpellit luculentus locus *Jeſaiæ LXI, 1, 2.* Clangor itaque cornuum arietinorum fuit momentum promiſſæ œconomiæ evangelicæ, ſplendide ac ſolenniter divinoque ſonitu in lucem producendæ. Veteres, hieroglyphicis ante alphabeta inventa uſi, arietis ſymbolum & cornuum arietis notam adhibuerunt loco dominatus, ac præeuntis gentibus imperii ſummi. Aries enim gregem antecedit, & hoſtes obvios ſubmovet. Dominatus Dei itaque cum ſymbolo eodem expreſſus fuit, mirandum profecto non eſt, *Jovi Ammoni* attributa fuiſſe cornua arietina. Oeconomiæ evangelicæ iucundum eſt argumentum, ſolatii plenum, Chriſtum non arietis, ſed agni manſueti, ſymbolo paſ-

divinitatis. *Alexander Magnus*, qui ſeſe *Iovis Ammonis* filium venditavit, veſtes ſacras etiam in conviviis geſtavit, nempe *Ammonis purpuream* (πορφυρίδα), crepidas eximias, ſeu περισχιδεῖς, & *cornua tanquam Deus*. Utor teſtimonio *Ecdippi*, apud *Athenæum* ſuperſtite, *Lib. XII pag. 537*. Cornua illa erant arietina, uti ex numis *Alexandri Magni* perſpicere licet. Morem *Alexandri* ſecuti fuerunt ſucceſſores. Strictim de ea re expoſui, cum de Cel. *Geſſneri Numiſmatibus Regum Macedoniæ* in *Novis Eruditorum Actis A. 1741 pag. 396* egi. Quæri adhuc poteſt, quid cauſæ ſacræ lateat in uſu cornuum illorum arietinorum, ſeu יוֹבְלִים, quos Iudæi inflarunt ineunte anno & civili & iobileo. Offert ſeſe commodum memoriæ concentus ille buccinarum, quo ingeminato promulgatio ſolennis Sinaiticæ legis ſucceſſit. *Ex. XX, 19. Ebr. XII, 19.* Ab angelis illum concentum fuiſſe editum, nemo facile inficiabitur, qui recordatur, cornicines homines in monte Sinai fuiſſe nullos. Meſſiam ibi præſto fuiſſe cum innumeris nuntiis cœleſtibus *Pſ. LXVIII, 18, 19*, eorumque miniſterio legem perhiberi promulgatam, *Act. VII, 53, Gal. III, 19*, per manum eius, qui μεσίτης vocatur. Annus, ſeu auſpicia N. T. inchoabantur æque ſono cælitus effuſo *Act. II, 2.* Comparationem inſtituit inter legis Sinaiticæ & œconomiæ evangelicæ promulgationem B. *Ioannes Andreas Danzius* in Progr. cui titu-

titulus eſt: *Promulgatio Evangelii haud obſcurior legali, ad Act. II. 1 ſeq.* Præivit ipſum *Paulus*, qui excellentiam & gloriam promulgatæ Sinaiticæ legis compoſuit, ac comparavit cum glorioſiori promulgatæ evangelicæ œconomiæ ſolennitate, *2 Cor. III, 7-11.* Tempus utriusque promulgationis ſibi invicem quoque videtur reſpondere. Conferendum hic eſt eiuſdem *Danzii* Programma *de Feſto Septimanarum Iudaico abrogato, & ſurrogato in eius locum feſto Pentecoſtali Chriſtianorum. Severi Gabalenſis* cogitata, *Danzianis* gemina, habes formis publicis deſcripta in *Ioannis Chriſtophori Wolfii Anecdotis Græcis T. III pag. 96 ſeq.* Iobileus annus fuit ſymbolum œconomiæ Chriſtianæ & ineuntis & propagatæ. Dubitationem omnem, quæ menti hic obverſari poteſt, diſpellit luculentus locus *Jeſaiæ LXI, 1, 2.* Clangor itaque cornuum arietinorum fuit momentum promiſſæ œconomiæ evangelicæ, ſplendide ac ſolenniter divinoque ſonitu in lucem producendæ. Veteres, hieroglyphicis ante alphabeta inventa uſi, arietis ſymbolum & cornuum arietis notam adhibuerunt loco dominatus, ac præeuntis gentibus imperii ſummi. Aries enim gregem antecedit, & hoſtes obvios ſubmovet. Dominatus Dei itaque cum ſymbolo eodem expreſſus fuit, mirandum profecto non eſt, *Jovi Ammoni* attributa fuiſſe cornua arietina. Oeconomiæ evangelicæ iucundum eſt argumentum, ſolatii plenum, Chriſtum non arietis, ſed agni manſueti, ſymbolo paſ-

ſun ſuiſſe delineatum. Monemur enim hoc ſymbolo, quid nobis in diuinis aſperisque rebus ſit agendum.

XXXIX. Reſtant pauca de organis muſicis dicenda, quibus nomen eſt in literis ſacris במנענעים 2 Sam. VI, 5. Alexandrinus Interpretes Graecus, apud quem in hoc loco vocabula *αὐλοὶ καὶ κύμβαλα, tibiæ & cymbala,* tranſpoſita extant, tibias in animo habuit. Cel. *Iablonſkius*, ad originem vocis ex נוע deducendæ reſpiciendum eſſe, arbitratur r). Voci huic Hebraicæ congruit notio motus concitati ſtridulique. Quæ eſt ratio, cur Vir laudatiſſimus, *ſiſtra* deſignari, credat. Alibi vero idem inſtrumentum muſicum appellatur צלצלים. *Pſ. CL*, 5, & נבל, *Pſ. LXXXI*, 3. Quam ob cauſam probabile fit, deſignatum fuiſſe vocibus hiſce organon quoddam, a barbaris ſuſceptum. Si circumſpexero nomina muſicorum inſtrumentorum conſimilia, ſonumque referentia affinem, *Jambi* & *Hemijambi* ac *Jambyce* animo ſeſe offerant. Solent Ebræi literas labiales exterere nonnullas pronuntiando, ne quid celerrimæ obſit alacritati, qua inter pronuntiandum utuntur. In numero organorum, quæ pulſantur, *Iulius Pollux* refert *pariambum* & *iambycen* s). Idem præter reliquos citharoedorum modos recenſet *Iambos*, *Iambidas*, &

Pa-

r) *Coniectanea in Pſalmorum titulos* §. 50 p. 71.

s) *Onomaſtici IV*, 9, §. 1.

Pariambidas. Phillis Delius Libro ſecundo de Muſica recenſet hæc organa muſica: *Phœnicas, Pectidas, Magadidas, Sambucas, Iambos, Clepſiambos, Scindapſos, Enneachorda.* Apud *Athenæum* hæc leguntur *Lib. XIV pag. 636,* qui adiungit, *iambos* hiſce inſtrumentis fuiſſe decantatos.

XL. Si qui ſunt, quos admiratio inceſſit, eo quod nomina organorum muſicorum, Ebræis familiaria, ex Scriptoribus Græcis inſtaurare, ac in lucem protrahere, ſuſtineo, eos volo oratos, ut ad rationes ſtatim cum ipſis communicandas, magis, quam ad auctoritatem ullam, attendant. Primum quidem ipſos lubet interrogare, an credant, Græcos inveniſſe muſica inſtrumenta, quæ ipſi deſcripſerunt. Nonne nomina *ſambyce, gingra, aulos, ſumponiah, naule, nablium, citharis, elymos, tympanum,* aliaque, manifeſte referunt originem Phœniciam & Aſiaticam? Et undenam eſt *κέρας*, niſi ex קרן, *keren, cornu*? Magadida eſſe *Gittith,* probabilibus comprobavimus argumentis. Origo organi illius ad urbem *Gath* omnino eſt referenda, ſi Magadidis patriam cupias haud ignorare. Iduthi, Græcis memorati & noti, ad *Iedutbim*, vatem Ebræum excellentiſſimum, procul dubio deduci debent. Et quis eſt, qui ignoret *Ambubajas?* Harum collegia prædicat Romæ Venuſinus ille *Horatius.* Fuerunt autem ipſæ generis Syri *tibicinæ.* Abbub, ſeu Ambub, dicitur ex אבוב, ſeu נבוב, *perforato,*

per-

perfoſſo, quæ vox Ebræis Syrisque admodum eſt trita atque familiaris. Cum vero Græcia ac Roma ipſa a Syris ac Phœnicibus quamplurima olim organa muſica acceperit, quis ambiget, Syros quoque & Iudæos a gentibus circumvicinis nonnulla eorum ſuſcepiſſe? *Pſetbyra*, ſeu *pſanterin*, a pſalterio, quod utique Græcum eſt vocabulum, haud differt. Iambi an ſint Græcæ, an ſint orientalis, originis, nondum ad liquidum quisquam perduxit. Norunt Chaldæi, Syri, ac Ebræi, ſuum יבב, quo flebilem indicant vociferationem & tenuiorem ſonum. Fruſtra certe ſunt, qui, Iambos a *Iambo* auctore dici, exiſtimant. *Monauli* ſunt organa Græcæ originis, fateor. At eapropter illi ad alias quoque, easque vicinas, gentes transferri potuerunt, quemadmodum Germani adhibent inſtrumenta muſica, e terris meridionalibus adſcita & advecta, e. g. *Violini*, *Viole*, *Hautsbois*, *Fagots*, *Cembali*, &c. Teſtudo, quam vocamus *Laute* ex Arabico *Eleut*, ex ipſa Aegypto & Arabia ad nos pervenit. Suſpicatus etiam fui aliquando, voci מְחוֹל ſubeſſe *chelin*. Qui Arabum nomina muſurgica conſulet, is indubie unum ac alterum inſtrumentum muſicum, cuius in ſacris literis fit mentio, clariori luce circumfuſum dabit. Exſpectabat hæc opera Cel. *Alberti Schultens*, vel noſtratis *Io. Chriſt. Clodii*, peritiam, virorum ultra laudes noſtras evectorum; ſed eheu! decollavit ſpes noſtra, utroque Viro docto ad vitam Superorum evocato.

XLI.

XLI. Incidi inter legendum in locum *Pſalmi CXVI*, quem *David* compoſuit, cum ex metu mortis inter Philiſtæos præſentiſſimæ, ac e morbo comitiali, inde contracto, liberatus eſſet, in *inciſum*, inquam, *decimum ſextum*. Eſt illud huiusmodi: יָקָר בְּעֵינֵי יי הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו: ac vulgo ſolet ſic reddi: *pretioſa in conſpectu Iehovæ eſt mors ſanctorum eius*. Qui verborum Hebraicorum indolem & complexum hic introſpiciunt, interpretationem hanc ſuffragio ſuo approbare non poſſunt. Nam vox *mávetah* eſt generis fœminini, nec cum voce יקר conſentit. Accedit, quod voci Iehova ſubiectus eſt accentus Atnach, qui ſententiam ſolet finire atque concludere. Complexus orationis nihil minus exigit, quam mortis mentionem, eiusque excellentiam. Quin potius *Davides* Deo agit gratias pro eo, quo mortem effugerat, beneficio ſingulari. Dominus *du Mont* t) ex *inciſo* potiſſimum *undecimo*, ac reliqua odae compage, colligit, referendam eſſe hanc odam ad liberationem, qua *David*, epileptico malo defunctus apud Philiſtæos, ad ſanitatem & valetudinem integram libertatemque rediit. *David* certe eo nomine habet Deo gratias, quod hic acerbiſſima dolorum vincula recluſerat, ac calamitates, quibus virtutes divinas *David* edoctus erat, veluti carcerem

t) *Tom. IV Diſcours hiſtoriques, critiques, par Mſ. Saurin pag. 414.*

rem aperuerat, & tanquam manicas pedicasque ipſi adſtrictas reſerare erat dignatus. Ipſe *David v. 17* ſic canit inter alia : פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי, *aperuiſti vincula mea*, *vinculis meis impertiiſti exitum ac ſolutionem.* Si itaque ad ſcopum odae mentem attulerimus attentam, verba, ſupra excitata, ſunt ita reddenda : *Res maximi pretii hæc eſt penes Deum omnia intuentem*, (ſi quis Deo vota ſua ſolvit, inſpectante populo omni *v. 15,*) *mothon, tripudium exultatio*, (exinde creatur, exinde accedit,) *eis*, *qui Deo ſeſe ac ſua conſecrarunt.* Fluunt univerſà per hanc interpretationem, contextus orationis ita conſervatur, ſcopus *Davidis* haud negligitur, & accentuationis debita ratio habetur. Dixi de genere tripudii, quod *mothon* fuit appellatum, ſupra ſſ. XXXI, XXXII.

XLII. Erant iam olim nonnullae odae notiores, earumque numeri muſurgici erant in uſum frequentiorem recepti, ac vulgo noti. Ex eo accidit, ut odis praefigeretur novis unum & alterum verbum, ex cantilenae tritiſſimae initio decerptum. Græcis uſitatiſſima erat cantilena: *Ubi mihi roſæ?* Eundem morem ſervarunt Ebræi. Quam ob cauſam *Pſalmis LVII, LVIII, LIX,* ac *LXXV*, praemiſſae ſunt hae voces duae אַל־תַּשְׁחֵת, *ne exitio perire ſinas.* Initialia ſunt hæc verba cantici tritiſſimi, atque admodum ea ætate vulgati. Eadem ratione modus alius exſtitit, cuius primordium a

voci-

vocibus *Hallelu - iah* pependit. Exſtat modus ille adhuc in *Pſalmo CXLVII.* At canticum illud, cuius fuit initium: *al taſchcheth*, haud amplius exſtat., Detexi initium cantici eiusmodi, cuius omnino melodiae congruit Pſalmus recentior, in *inciſo primo Pſalmi LXXXVII.* Verba enim illa יְסוּדָתוֹ בְּהַרְרֵי־קֹדֶשׁ, non referri poſſunt ad verba, quae praecedunt, nec ad ea, quae conſequuntur.

XLIII. Praefectos Muſices Ebræi celebrarunt *Aſſaphum*, *Hemanum*, *Ieditkum*, ac Levitas nonnullos, 2 *Par. V*, 12. Hiſce odas nonnullas inſpiravit Numen haud ſecus ac filiis poſterisve *Koræ*, nec non *Ethano*. *Heman* & *Ethan* vocantur *Esrachitæ Pſ. LXXXVIII*, 1, *LXXXIX*, 1, 1 *Reg. IV*, 31, ubi præterea *Chalchol* & *Darda* commemorantur, ac ſapientiſſimorum Poetarum in numero ponuntur. *Eſrachitæ* videntur dicti a Serach, ſeu Timnath-Serach, cuius *Joſ. XXIV*, 30, fit mentio, urbis quippe Ephraimiticae, in confiniis Danitarum ac Menaſſitarum Cis-Iordanenſium quondam ſitae. Mirum ſane, Poetas illos *Chalcholem* & *Dardam* praeterea nusquam commemorari. Celebrarunt Aegyptii *Manerum*, Phryges ſuum u) *Lityerſam*, Teutoni Bardos ſuos, Iudæi *Davidem*, *Salomonem*, *Aſſaphum*, *Hemanum*, *Iduthum*, *Chalcholum*, & *Dardan*.

XLIV.

u) *Pollux Lib. IV Cap.* 7 §. 2.

XLIV. Norunt priſci Iudaei carmina diverſa, Graecis non incomperta. *Dicta heroica*, ἡρωϊκὰ, collecta ſunt in *Proverbiis*. מָשָׁל eſt non tam proverbium, quam dictum heroicum, ſuccincte & poetice expreſſum, dictum a dominatu ac principatu, eo quod eſt imperii inſtar inter acroamata. Norunt Iudaei *rhapſodias*, ſeu conſarcinationes, carminum, eorumque recitationes. Pateſcit id ipſum ex voce רַבְכֹּדוֹת, quae 2 *Chron.* *II*, 15, pro *faſcibus lignorum conſarcinatis coniunctis* ſumitur. Translatum eſt & figurae plenum hoc orationis genus, fateor. At Graeci quoque *rhapſodias*, ſenſu ad ſimilitudinem reducto, adhibere ſolent. *Heſychius* vocem proprio ac nativo ſenſu hunc in modum exponit: Ῥαψωδία, σύνταξις ἢ συῤῥαφὴ λόγων ἢ μέρος ποιήματος, *rhapſodia*, *compoſitio*, *aut conſarcinatio*, *verborum*; *aut pars poematis*. Conf. *Ioannem Meurſium* in *Panath. Cap.* 25. Alias dabimus complura, ad hoſce corymbos referenda.

IV.

M. HENRICI AVGVSTI ZEIBICHII OBSERVATIO DE CYAXARE POSTREMA, QUA ILLE REGALI SUA DIGNITATE PENITUS PRIVATUR.

I. Sae-

I.

Saepenumero mirari ſoleo, quid ſit, quod nonnulli Socraticum *Xenophontem*, non tam ob elegantiam ſermonis, quam potius fidem hiſtoricam, in præcipuis Græciæ numerent ornamentis, cum nemo, niſi bonarum expers artium, facile ignoret, excellere quidem eum naturali orationis pulchritudine, ſed in enarranda *Cyri* vita tam vehementer errare, ut plurima, ibi quæ memorat, a vero longiſſime diſcrepent, & partim clariſſimorum ſcriptorum ſententiis, partim rationi temporum, adverſentur. Teſtis eſt *Cyaxares*, quem ille, reverentia, neſcio qua, ductus, *Aſtyagis* filium publice profitetur, imo etiam, mortuo parente, in ſolio regali collocat a), doctis tamen hominibus ideo non probat, quod omnes, a *Ioſepho* b), *Xenophontis* æmulo c), ſi diſceſſeris, Auctores antiqui alto cum ſilentio prætermittunt, & *Aſtyagem* ſupremum Mediæ regem cunctis ſuffragiis declarant. Quapropter, operæ pretium me facturum, exiſtimavi nuper d), ſi auctoritatem illorum, qui Principem iſtum commentitium adeo

a) *Xenophon Cyrop. I p.* 22 edit. *Leuncl.*
b) *Ioſephus Ant. Iud. X, 11, 4.*
c) *Petavius de Doctr. temp. X, 8, p. 92.*
d) *Miſcellan. Lipſiens. Nov. Volum. VIII Part. I p. 58 - 86.*

adeo defendunt, aliquanto explorarem diligentius, &, quid optimi quondam Scriptores de iisdem ſenſerint, manifeſtis indiciis documentisque demonſtrarem. Iam, ut promiſſo meo, & exſpectationi illorum, qui in *Actis Eruditorum* accurate enarrandis operam & ſtudium conſumunt e), ſatis aliquando ſaciam, incepta perſequar, & cum aliorum de *Cyaxare* iudicia in medium proferam, tum *Herodotum* maxime citabo, qui, veritati ſemper deditus, ac ſubſidiis neceſſariis inſtructus, omnes explevit Hiſtorici boni partes. At ille, poſteaquam *Deiocis* f), *Phraortis* g), *Cyaxaris* h), *Aſtyagis* i), filios resque geſtas accurate commemoravit, *Cyaxarem*, a *Xenophonte* confictum, prorſus tacet, *Aſtyagis* filium præterit, nec vel regnum huius, vel facta, ullo modo attingit, ut facillime omnino poſſit iudicari, cum nullam eiusdem mentionem faciat, veterumque Hiſtoricorum, qui de vita aliorum & voluerunt, & potuerunt, exponere, ſilentium multum habeat ponderis, multumque auctoritatis, *Cyaxarem* immerito a *Xenophonte*, & *Ioſepho* in regum numero re-

e) *Nova Acta Eruditor. Menſ. Septembr. Part. II Anno 1751 p. 572.*

f) *Herodotus I, 96 - 102.*

g) *Herodotus I, 102.*

h) *Herodotus I, 103 - 107.*

i) *Herodotus I, 107 - 130.*

referri. Imo vero etiam *Aſtyages*, *Harpagi* voce, ἄπαις ἔρσενος γόνȣ ab *Herodoto* k) appellatur. At *Harpagi* voce, inquies, non huius. Num vero hic erroris *Harpagum* accuſat? Nonne ſuum φασὶ, quod ſemper adiungit rebus dubiis l), prætermittit? Suffragatur ergo Hiſtoricus *Harpago*, eiusque teſtimonio, quod omnium optime poterat perhibere, cum perpetuo in aula *Aſtyagis* verſaretur, confiſus, *Xenophonti* non iniuria repugnat. Accedit, ipſum *Aſtyagem* ſomnio quodam perterritum fuiſſe, quo & flumen, ex filiæ corpore promanans, & vitem, ex eiusdem gremio orientem, omnemque obumbrantem Aſiam, conſpexiſſe narratur m). Id licet multis poſſit in ſuſpicionem venire, propter ea, quod hæc hiſtoria a mendacio propius abeſſe videatur, tamen, cum & pluribus eiusmodi obtigerint ſomnia n), & *Herodotus* hoc in loco conſuetam ſuam voculam, ut ſupra dictum eſt, nullibi interponat, in hoc teſtimonio quid deſideres, intelli-

 gere

k) *Herodotus I*, *109*.

l) *Herodotus I*, *1*, *II*, *45*, *IV*, *8*, & alibi.

m) *Herodotus I*, *107*, *108*.

n) Haud diſſimili ratione, ut unum afferam exemplum, *Willegiſii*, Electoris Moguntini primi, mater, Solem e ſinu ſuo prodire, omnesque terrarum regiones illuſtrare, per quietem vidit. Quod omen inſperata filii fortuna luculenter deinde comprobavit. Vid. *Serar. Annal. Mogunt. Lib. V*, &c, qui eum citat, incredibilis Vir eruditionis, *Trillerus*, *Poemat. T. I p. 615*, *616*.

gere non poſſum. Sed faceſſat *Cyri* ſomnium, faceſſant alia, quæ nos ex *Herodoto* attulimus, argumenta; ſatis eſt, *Cyrum Aſtyagis* ſucceſſorem ab eo conſtitui, eaque re *Cyaxarem* ex regno, quod contra ius fasque obtinuit, exterminari. Habes in hanc ſententiam differentem o): Μετὰ δέ ἡ Ἀστυάγεος, τȣ̃ Κυαξάρεω, ἡγεμονίη, καταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρȣ, τȣ̃ Καμβύσεω, καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα, πένθεος μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε. Et alio loco p): Ἀστυάγης μὲν νῦν βασιλεύσας ἐπ᾽ ἔτεα πέντε καὶ τρυήκοντα, ȣ̃τω τῆς βασιλήης κατεπαύθη. — — — Τότε ἐπὶ Ἀστυάγεος οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες, τοῖσι Μύδοισι ἤρχοντο q) ἀπὸ τȣ́τȣ τῆς Ἀσίης. Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος, κακὸν ȣ̓δὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ᾽ ἑωϋτῷ, ἐσ ὃ ἐτελεύτησεν. Οὕτω δὴ Κῦρος γενόμενος τε καὶ τραφεὶς ἐβασίλευσε. Tacet igitur *Herodotus* de *Aſtyagis* filio, qui quidem ſi, mortuo parente, imperii Medici clavum tenuiſſet, qua ratione *Cyrus Aſtyagem* in ſuam potuiſſet redigere ditionem?

II. Sed, quo maiorem Lectoribus fidem oratio noſtra faciat, aliorum teſtimonia ſcriptorum, qui nullam *Cyaxaris* iniiciunt mentionem,

o) *Herodotus I, 46*, quod repetitur *I, 73*.
p) *Herodotus I, 130*.
q) Sic enim ſine dubio legendum, non, ut in editione *Iungermanni l. c. pag. 56* formis exſcriptum eſt, ἦρχον τό.

nem, ſed *Aſtyagem*, *Cyqzaris* filium, ſupremum Mediæ regem conſtituunt, in præſenti afferemus, &, quantas noſtra ſententia in antiquiſſimorum Hiſtoricorum animis radices fixerit, oſtendemus. Prodeat in medium *Cteſias*, r) *Xenophontis* s) & *Herodoti* t) æqualis: Αςράβα δὲ, τȣ̃ βασιλέως, τῶν Μήδων, γήρᾳ τελευτήσαντος ἐν ἐκβατάνοις, τὴν ἀρχὴν Απάνδαν, (ſic ex Codicibus emendandum,) τὸν ὑιὸν, διαδέξασθαι τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Αςυάγην καλȣ́μενον (κτησίας φησὶ). Τȣ́τȣ δὲ ὑπὸ Κύρȣ τȣ̃ Πέρσȣ καταπολεμηθέντος, μεταπεσεῖν τὴν βασιλείαν εἰς Πέρσας. Ex quo ſatis apparet, nequaquam *Cyaxarem*, ut commentus quondam eſt *Xenophon*, *Aſtyagi*, Mediæ regi, ſucceſſiſſe, ſed potius, hoc a *Cyro*, Perſarum rege, devicto, regnum in Perſarum veniſſe poteſtatem. Nec vero doctiſſimorum hominum, *Cellarii* u), *Grævii* x), *Walchii* y), *Bierlingii* z), qui omnem *Cteſiæ* fidem denegarunt, iudicia moramur, ſed potius in ſententia, nuper propoſita a), perſtamus, multumque

 eius-

r) *Cteſias* ap. *Diod. Sic.* II, 34, *pag.* 85.
s) *Voſſius de Hiſtor. Gr.* I, 5, *pag.* 22.
t) *Diod. Sic.* II, 32, *pag.* 84, *Salmaſ. ad Solin. p.* 871
u) *Cellarius Diſſertat. Academ. pag.* 61, 62.
x) *Grævius ad Iuſtin.* I, 2.
y) *Walchius Parerg. Academ. pag.* 27 *ſeq.*
z) *Bierling de Pyrrhoniſm. hiſtor. pag.* 149 *not.* 5.
a) *Miſcellan. Lipſ. Nov. Volum.* VIII *Part.* I *pag.* 60, 61, ideoque ea, quæ *pag.* 77 *lin.* 15, 16,

eiusdem valere auctoritatem credimus, tum quod omnia ex tabulis publicis depromſit, adeoque nihil potuit ignorare, tum quod nulla ei videtur cauſa fuiſſe, cur hoc loco voluerit mentiri. Quanquam enim *Herodotum* tanto proſecutus odio perhibetur, ut plurima, quæ ille mandaret literis, ſummo plerumque ſtudio refutaret, nequaquam tamen *Cteſias*, hac in hiſtoria, illo vitio laborat, ſed potius cum *Herodoto* admodum egregie conſpirat. Demus igitur, adductum invidia *Cteſiam* ſcripſiſſe, tamen, ubi cum *Herodoto* conſentit, æque tanta, quanta illum, fide dignum, ut olim iam *Petavius* b) cenſuit, iudicamus, eiusque teſtimonium ſtatuimus valere plurimum debere. Sicut enim, quemadmodum nemo ignorat, *Curtio*, de *Alexandri Magni* vita exponenti, aſſentiri raro ſolemus c); ſic eidem, ad *Arriani* & *Plutarchi* ſententias accedenti, libenter ſuffragamur d). Itaque hac loco. quid reprehendas in *Cteſia*, non video, cum ipſius *Herodoti* veſtigia accurate premat.

III. Quodſi *Cteſiæ* contemnis teſtimonium, ac pro nihilo putas, *Strabonem* e), quæſo, evol-

16, 17, protulimus, humani aliquid paſſi, revocamus.

b) *Petavius de Doctr. temp.* X, 9. *pag.* 93.

c) *Clericus* in iudicio ſuo de *Curtio*, adiecto eius *Art. Critic Part.* III *Sect.* 2 *pag.* 314 *ſeq.*

d) *Bergerus*, immortalis ille Polyhiſtor, *Diſſertat. Academ. pag.* 226.

e) *Strabo Geogr* pag. 502 edit. *Caſaub.*

volve, qui *Cyrum Aſtyagis* conſtituit ſucceſſorem, eaque re *Cyaxarem*, ſuppoſitum eius filium, de dignitate regia deturbat. Τὰς δὲ Πασαργάδας ἐτίμησε Κῦρος, ὅτι τὴν ὑστάτην μάχην ἐνίκησεν Ἀστυάγην ἐνταῦθα τὸν Μῆδον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας μετήνεγκεν ἐις ἑαυτόν. Habes confitentem *Strabonem*, & ita confitentem, ut omnem nobis ſcrupulum ſimul eximat, dum, *Aſtyagem* ultimo prælio *Paſargadis* ſuperatum, confirmat. *Herodotum* f) certe ac *Iuſtinum* g) ſi perpendo, ſub initium quidem, video, *Aſtyagem Harpago* exercitum tradidiſſe, poſt ea vero, perſpecta, qua exultabat, audacia, ipſum aciem adverſus *Cyrum* tam ſapienter inſtruxiſſe, uti Perſæ, niſi mulierum oratione revocati fuiſſent, univerſi terga ſine dubio vertiſſent, magnamque à Medis calamitatem accepiſſent. Collecto tamen animo, redintegratisque viribus, mutata ſubito fortuna eſt, adeo, ut non exercitus modo *Aſtyagis* ad internecionem plane redigeretur, ſed etiam ipſe rex vivus caperetur ab *Harpago*, *Cyrus* autem Aſiam, nimirum ſuperiorem h), quæ *Aſtyagi* hucdum paruerat, ſuæ ſubiiceret poteſtati. Iam, ſi *Aſtyagem Cyaxares*

f) *Herodotus* I, 127, 128.

g) *Iuſtinus* I, 6.

h) Sæpenumero enim ſuperior Aſia generalior Aſiæ nomine appellatur. Vid. *Waltherus Anim adv. hiſtor. pag.* 207, & ibi citata *Herodoti* loca I, 105, IV, 4.

xares excepiſſet, ſummamque tenuiſſet imperii, ecqua tandem ratione illi *Cyrus* Mediam potuiſſet eripere, patremque huius, quem tanta fertur amicitia complexus, atrociſſimo prælio ſuperare? Satis igitur elucet, *Strabonem* veritati, non mendacio, ſtudere. Neque vero *Euſebius* i), qui ſcriptorum antiquiſſimorum veſtigia, fixa ad memoriam ſui ſempiternam, ſæpe multumque relinquit, ab hac ſententia abhorret. Κῦρος, inquit, τὸν Ἀστυάγην καθελὼν, τὴν Μήδων καθεῖλε βασιλεῖαν, γεγονυῖαν ἐν ἔτεσι σνθ. Bene vero ſapienterque *Scaliger* k) feciſſet, ſi prius ipſum *Euſebium* inſpexiſſet, quam varii eum erroris, ſummæque ignorantiæ, more tamen ſuo, ut recte obſervavit *Petavius* l), accuſaret. Sic enim de eo diſſerit: *Itaque eſt hallucinatio, quod initium Cyri capiat ab Aſtyagis caſu.* Cur autem, *Ioſephe*, hallucinatio? Exſtincto enim *Aſtyage*, ſicut in Græcis eſt literis, regnum exſtinctum eſt Medicum, ad *Cyrum*que translatum. Itaque omnino *Cyri*, Medorum regis, initium ex *Aſtyagis* caſu pendet. Male porro habet *Scaligerum*, quod, ſubacto rege Medorum, imperaſſe Perſis dicatur. *Perinde ac ſi diceret, regnavit Athenis, ſubverſo rege Macedonum.* Primo quidem hac voces, quas *Scaliger* tam ſevere vehementerque reprehendit,

i) *Euſebius Chronic. pag.* 162 text. Græc.
k) *Scaliger* ad *Euſeb. l. c. pag.* 93.
l) *Petavius de Doctr. temp. IX,* 12. & paſſim.

dit, non in ipſo *Euſebii* Chronico, Græcis literis exarato, ſed in Latina tantum *Hieronymi* verſione leguntur, cui minime *Ioſephus* confidere, ſed potius Græca conſiderare verba, debuiſſet. Sic enim *Hieronymi* translatio ſe habet m): *Cyrus Medorum deſtruxit imperium, & regnavit Perſis, ſubverſo rege Medorum, Aſtyage.* Ubi vero, *Cyrum* regnaſſe Perſis, ſubacto *Aſtyage*; *Euſebius* Græcus teſtatur? Sed demus hoc *Hieronymo*, ſeu *Scaligero* potius, neque tamen, cur dignus animadverſione *Euſebius* videatur, intelligere poſſumus, cum eos nimirum deſignet Perſas, qui antea in Medorum fuerant, ipſiusque *Aſtyagis*, ditione. Multo minus illud exemplum, quod, ad ſententiam ſuam eo melius corroborandam, *Scaliger* in medium attulit, huc quadrat, ideo, quod Macedones nunquam in Athenienſium fuerunt poteſtate, Perſæ autem, donec vinceretur *Aſtyages*, Medorum ſemper imperio paruerunt n). Quamprimum igitur *Cyrus* Medorum ſummam in ſe transtulit, iis etiam ſimul Perſis, quibus quondam præfuerat *Aſtyages*, quosque ipſe o) ad ſuam ſententiam ingenioſe ſatis traduxerat, imperavit. Diſtinctis hoc verbis *Polyænus* p) confirmat: Κῦρος

T 5 Πέρ-

m) *Euſebius Chronic. Verſ. Lat. pag. 126.*

n) *Iuſtinus I, 6.*

o) *Herodotus I, 126, 127.*

p) *Polyænus Strategem. pag. 480, 7. edit. Caſaub.*

Πέρσας ἀποστῆναι Μήδων ἔπεισεν ὧδε. Et deinde, quibus Strabonis teſtimonium comprobat luculenter q): Πέρσαι μὴ μελλήσαντες ἀφίστανται, καὶ βασιλέα Κῦρον στησάμενοι, αὐτῆς τε Μήδους κατέλυσαν, καὶ τῆς ἄλλης Ἀσίας ἦρξαν.

IV. Straboni & Euſebio Syncellus r) ſuffragatur: Ναβονίδης, ὁ τελευταῖος βασιλεὺς τῶν Μήδων, Ἀστυάγης παρ' αὐτοῖς λεγόμενος, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Δαρεῖος Ἀσσυῆρος. Etſi vero permulti, ut alio a nobis tempore oſtendetur, Nabonidum & Aſtyagem inter ſe differre, merito exiſtimant, cum ille Babylonem, hic Mediam, ſub ſua habuerit poteſtate, et tamen maximum Syncello tribuendum eſt praeconium, quod [illegible] regem [illegible] reiecto. [illegible] & Aſtya[illegible] & [illegible] mirabi-

[illegible]

rabilem prorſus, ut cum *Paulo* x) loquar, nubem teſtium, qui, niſi veritate rei convicti ſatis fuiſſent, nunquam *Herodoti* ſententiam comprobaſſent. Licet autem *Iuſtinus* y), &, ſi Anglos, *univerſæ* illius *Hiſtoriæ* conditores z), evolvis, Patres antiqui complures, *Clemens* nimirum *Alexandrinus*, *Iuſtinus M.*, *Lactantius*, *Auguſtinus*, *Hieronymus*, a noſtris omnes ſtent partibus; nos tamen, ut propius ad temporum rationem accedamus, recentiores potiſſimum, ſed doctrina atque ingenio excellentes, nominabimus ſcriptores, quantumque valeat veritas, oſtendemus. *Petavius* a) enim, *Scaliger* b), *Huberus* c), *Schurtzfleiſchius* d), *Lambecius* e), *Rupertus* f), *Rechenbergius* g), *Strauchius* h), *Struvius* i), *Ionſtonus* k), *Simſonus*

x) *Ebr.* XII, 1.
y) *Iuſtinus* I, 6.
z) *Hiſtoria univerſ.* ab Anglis compoſ. *T. IV pag.* 52 ed. *Baumgart.*
a) *Petavius de D. T.* IX, 36, & X, 9.
b) *Scaliger de Em. temp. Proleg. pag.* 31 - 35, & *Fragm. p.* 42.
c) *Huberus Hiſtor. civil.* T. I *pag.* 100.
d) *Schurtzfleiſch.* in *Diſputat. de Imperii Medo-Perſarum initiis* §. 6. 7.
e) *Lambecius Prodrom. Hiſt. Literar. pag.* 25.
f) *Rupertus* ad *Beſold. Synopſ. minor. pag.* 63, 64.
g) *Rechenberg Prælect. hiſt. pag.* 54.
h) *Strauch. Breviar. Chronolog. pag.* 612 - 778.
i) *Struvius Hiſtor. univerſ. pag.* 15.
k) *Ionſton. Hiſt. civil. pag.* 45 ed. *Elzevir.*

ſonus l), *Kippingius* m), *Baumgarten* n), *Harduinus* o), *de Hoven* p), aliique, cunctis ſuffragiis, & *Aſtyagem* regem Mediæ ſupremum conſtituunt, & *Cyaxarem*, ſuppoſitum eius filium, de regali ſolio deturbant.

V. Iam reſtat actus extremus, cum ſcientia temporum, præſtantiſſima illa quidem, ſed tantis obſtructa difficultatibus, ut interdum, vel eruditiſſimis negotium faceſſat, *Cyaxarem*, imperii Medici æmulum, revincemus. Antea vero, quam veniamus ad propoſitum, de annis regum Medicorum Aſſyriorumque agemus, eumque in finem annum illum, quo *Cyrus* ſibi Perſiam ſubiecit, diligenter indagabimus, quo accuratius, ipſique convenientius veritati, de *Cyaxare* diſſerere poſſimus. Eſt autem ille, conſentiente antiquitatis omnis voce q), Olymp. LV, 1, ſeu, ut *Scaliger* r), *Conringius*

l) *Simſon Chronic. Cathol.* T. III *pag.* 119 - 121.
m) *Kipping Hiſtor. univerſ. pag.* 5.
n) *Baumgarten ad Hiſtor. univerſ. Anglorum Tom.* IV *Sect.* 4 *not.* 35 *pag.* 44, 45, & *not.* 38 *pag.* 54.
o) *Harduinus Chronol.* V. T. *pag.* 116 & 122 ed. Pariſ.
p) Vid. *Nova Hamburgenſ. Literar. Anno* 1752 *Num.* 78 *pag.* 631.
q) *Africanus* ap. *Euſeb. de Præparat. Evang.* X, 10, *pag.* 488, quod ſimul *Diodori, Thalli, Caſtoris, Polybii,* & *Phlegontis*, teſtimoniis *Africanus* confirmat.
r) *Scaliger de Em. temp. pag.* 402.

gius s), & *Strauchius* t), rationes ſubducunt, annus Periodi Iulianæ 4154 u). Atqui, ſi *Hero-*

s) *Conring Adverſ. Chronol. Cap.* 3.

t) *Strauch Breviar. Chron. pag.* 759.

u) *Petavium* quidem, meminimus, virum, admirabili temporum ſcientia perpolitum, initium *Cyri* ad A. P. I. 4155 referre *de Doctr. temp. X* 15; ſed, quo minus hoc in loco eiusdem ſubſcribamus ſententiæ, his potiſſimum cauſis impedimur. Conſentit nimirum *Petavius l. c. & pag.* 115, *Cyrum* 30 annos regnaſſe, id quod *Cteſias, Clemens Alex. Dionyſius, Iuſtinus, Euſebius, Cicero*, aliique, confirmant. Vid. *Strauchius Breviar. Chronolog. pag.* 766. *Cyrum* excepit *Cambyſes*, quo annum ſeptimum regnante, eclipſis lunæ fuit, *Ptolemæo* teſte *V pag.* 125, hoc eſt, ſicut *Petavius* accurate calculos ſubduxit, A. P. I. 4191 Iul. 16 *de Doctr. temp. XI,* 15, *pag.* 100 & 309. Iam, ut *Cyri* initium eruas, hos 37 annos anno 4191 detrahe, & annum P. I. 4154 deprehendes, hunc nimirum in modum:

Anni P. I.	Anni Iphitei
4191	254
37	37
4154	217

ſeu Olymp. LV, 1. *Petav. IX,* 42. Accedit, quod partim ipſe *Petavius* leve arbitretur diſcrimen intereſſe, utrum *Cyrus* A. P. I. 4154, an 4155, regnum ſuſcepiſſe dicatur, *X,* 15, *de D. T.* partim *X,* 16, *pag.* 101 annum P. I. 4166 duodecimum a *Cyri* exordio annum conſtituat, quo ipſo 4154 ad gubernacula reip. *Cyrum* acceſſiſſe declarat.

Herodotum x), ac *Iuſtinum*, y), *Petavium* z), & *Huberum* a), evolvis, eodem anno, quo Perſas in ditionem accepit, Mediam quoque, ſeu *Aſtyagem*, ſubegiſſe *Cyrum*, cognoſces. Etenim, quamprimum ab *Harpago* literas accipit, Perſas ſibi ſtatim epulo adiungit, ut quam celerrime ab *Aſtyage* deficiant, hortatur, nulla mora interiecta exercitum, conciliatis Perſarum animis, conducit, ad *Aſtyagem* contendit, eum adoritur, ſuperat, capit, Medos in ſuam redigit poteſtatem b). Quae omnia ſi colliguntur, ſine ulla dubitatione A. P. I. 4154 Mediam ſibi *Cyrum* ſubiecisſe, apparet. Cum autem ratione duplici de regibus poſſit Medicis diſputari, utraque, ſeu *Herodotum* ſequare, ſeu *Diodorum Siculum*, exterminari *Cyaxarem*, maniféſtis demonſtrabimus argumentis. Tribuit *Herodotus*, quem plurimi, nimirum *Schræerus* c) *Offerhauſius* d), *Abelius* e), & *Cellarius* f), ſequuntur, Medorum regibus centum annos & quinquaginta. Iam, cum *Cyrus* A. P. I. 4154 Mediam occupaverit, certe anno P. I. 4004 reges Medici præ-

x) *Herodotus I, 126 - 128.*
y) *Iuſtinus I, 6.*
z) *Petavius de D. T. X, 15, pag. 200.*
a) *Huberus Hiſt. civil. T. I pag. 100 ſeq.*
b) *Herodotus l. c.*
c) *Schrœerus Imper. Babyl. & Nini. III, 12, pag. 197.*
d) *Offerhauſius Spicileg. Chronol. pag. 145*
e) *Abelius Hiſtor. Monarch. pag. 429, 430.*
f) *Cellarius Hiſtor. ant. pag. 9.*

præeſſe imperio cœperunt. Ecquos igitur annos *Cyaxari* tribues, cum ſupremus *Aſtyagis*, nimirum 35tus, annum Per. Iul. 4154 attingat, eoque *Cyrus*, non *Cyaxares*, Medorum rep. fuerit potitus. *Herodoto*, quod vehementer mirere, ipſe *Diodorus Siculus* ſuffragatur g), ac *Deiocem*, quem tamen falſo *Cyaxarem* nominat, anno ſecundo Olymp. XVII ſuſcepiſſe tradit regnum. Ab hac igitur Olympiade, eiusque anno ſecundo, ad LV Olymp. 1, ſeu annum *Cyri* primum, ſi adſcendes, 150 annos deprehendes, nulloſque prorſus *Cyaxari* animadvertes relinqui, quem tamen, *Xenophontem* cum legas, aliquod certe tempus credideris imperaſſe. Exulat igitur, ipſiusque *Herodoti* iudicio, quod eruditorum plurimi ſequuntur, exulat *Cyaxares* imperio Medorum.

VI. *Diodorus* autem *Siculus*, cum in regibus Medicis Aſſyriiſque exponendis vehementer ab *Herodoto* diſſentiat, multumque negotii lectoribus, Hiſtoriæ antiquæ cupidis, faceſſat, occaſionem doctis hominibus, maxime *Walthero* h), præbuit, ingenii ſui aciem ſubtilitatemque probandi. Noſtrum in ſe iam animum ſolus convertit *Diodorus*, qui, ubi uno loco i) an-

g) *Diodor. Sic. II, 32.*
h) *Waltherus Animadv. hiſt. pag. 103.*
i) *Diodor. Sic. II, 21.*

guarit, ut *Perizonius* x) pariter, ac *Schrae-rus* y), comprobarunt, diſperſus autem, quemadmodum hoc egregie *Michaelis* z) adverſus *Hardtium* a) defendit, tum demum fuerit populus, cum *Peleg* communem hunc ſpiritum accepiſſet, quin exinde nomen ſuum traxit b), id eſt, anno poſt eluvionem fatalem 101 c), ſequitur, ut, illud demum poſt tempus, Babylonicum regnum fuerit a *Nimrodo* inſtitutum. Id ſi ita eſt, ut eſt omnino, eiqua tandem ratione iam anno poſt eluvionem communem 51 Aſſyriorum regnum, multo recentius, fuerit fundatum, id quod *Siculus* noſter, ſed, ut vidit iam pridem *Strauchius* d), depravatus, docet.

Por-

x) *Perizonius Orig. Babyl. XIV p. 320 & 322.*

y) *Schraeerus Imp Babyl. & Nini. I, 16, p. 52.*

z) *Michaelis Commentatione Apologetica, qua falſo aſſerta origo Linguae Hebraeae ex Graeca* (*contra* Herm. von der Hardt) *convellitur, pag.* 232, 233. Dubito igitur, num ſe multis *Io. Caroli Krebſii* commendatura ſit opinio, qui, diviſionem hominum eo tempore accidiſſe, negat, ſed potius, Americam a reliquis terrae partibus, magna quadam inundatione, ſeparatam fuiſſe, arbitratur, in Diſſertat. *de Diviſione Phalegica*, Lipſ. 1750.

a) *Hermannus von der Hardt* in *Hiſtoria regni Babylon. p. 145 ſeq.*

b) *Gen. X, 25.*

c) *Harduinus Chronol. V. Teſt. p. 21, Petavius de D. T. Lib. XIII p. 283,* alii.

d) *Strauchius Chronol. Breviar. p. 422.*

Porro, cum anni 1360, quos Aſſyriis tribuit *Diodorus*, a Scriptoribus diſcrepent plurimis, pro ἑξήκοντα tantum ἕξ, *Schurtzfleiſchio* iterum monitore e), corrigendum putamus. Niſi enim hoc in loco temeritatem ſcribæ, ac negligentiam, agnoſcas, nulla profecto harum rerum notitia te ſubactum oſtendes. Scripſerat nimirum ita *Diodorus*: ἔτη διαμείναντα πλέιω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων ἔτι δ' ἕξ, καθάπερ φησὶ κτησίας — —. Iam ſtupidus homo accedit, ac, vocibus ἕξ & καθάπερ inter ſe confuſis, repetit priores ſyllabas, & legit ἑξήκοντα καθάπερ, literarum ſimilitudine deceptus. Imo vero *Agathias* accurate 1306 annos numerat, idque ſe, teſtatur, a *Diodoro* accepiſſe f). Ex quo clariſſime elucet, habuiſſe eum *Diodori* Codicem, in quo 1306, non 1360, anni fuerint exarati, licet *Weſſelingius* g), & *Petavius* h), aliter exiſtiment. Præterea, cum hæc emendatio complurium veterum Hiſtoricorum corroboretur conſenſu; & a regum Aſſyriorum ſerie, quacum ſæpenumero contulimus, nullo modo differat, eam, quis miretur, a nobis retineri? Quotcunque enim annos Aſſyriis tribuas, nunquam tamen ad mille trecentos & ſexaginta adſcendes, ſed potius, ſi vetuſtiores Scriptores conſulas,

U 2 Au-

e) *Schurtzfleiſch Diſſ. de Aſſyrio-Chald. primord.* §. 14.
f) *Agathias* in *Hiſtor. p.* 59 edit. *Vulcani.*
g) *Weſſeling ad Diod. Sic. Tom. I p.* 142.
h) *Petavius de Doctr. Temp.* IX, 13, p. 17.

Auguſtinum i) 1305 annos, *Oroſium* k) 13
Euſebium l) 1305, *Trogum* m) 1300, *A*
thiam n) 1306, aſſignare eis, cognoſces.
ciari quidem nolumus, *Diodorum*, utroque
co, a nobis commemorato, maiorem, q
nos, Aſſyriaco regno diuturnitatem vindic
ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν χιλίων
τ. ε. δ. Sed, cum nequaquam defi
quamdiu præterea fuerit regnatum, cum
to illo numero noſtrum contineri calc
videamus, cum *Petavius* o), *Scaliger*
Strauchius q), *Waltherus* r), reliquum
tempus neglexerint, cum denique, ut ex *A*
thiæ verbis apparet, ὀλίγῳ πλείονα ἔτη re
blicæ videantur Aſſyrii præfuiſſe, idque
poris ſpatium minime ad liquidum poſſit
duci, melius omnino nos agere arbitramu
certum illum, atque a *Diodoro Siculo* qui
fixum, ſed ſcribarum levitate corruptum, a
bis autem in priſtinum reſtitutum, retinea
nu

i) *Auguſtinus de C. D. XVIII, 21.*
k) *Oroſius adv. Pag.m. I, 4, 19.*
l) *Euſebius*, ſed, quod libere fatemur, ex veri
Latina, Aſſyriis tribuit 1240 a *Nino* annos
deoque, ſi *Beli* 65 adiicias, 1305 habe
p. 24 & 111.
m) *Trogus* apud *Iuſtin. I, 2.*
n) *Agathias Hiſtor. p. 59.*
o) *Petavius de D. T. IX, 13, p. 17.*
p) *Scaliger de Em. Temp. Fragm. p. 40.*
q) *Strauch Breviar. Chronol. p. 425.*
r) *Walther. Animadv. hiſt. p. 105.*

numerum, eodemque univerſæ rationis noſtræ fundamentum excitemus.

VII. Iam, ne quis in animis Lectorum ſcrupulus reſideat, antiqui cuiusdam doctiſſimique ſcriptoris ſententiam in adſpectum lucemque proferemus, quæ, licet a *Bæclero*, *Heinſio*, *Burmanno*, vituperetur maxime, ac pro mero futilique gloſſemate habeatur, a *Boxhornio* tamen & *Voſſio*, acerrimis hominibus, merito defertur s), nec iniuria, ob eximiam ſui veritatem, retinenda videtur. *Cavendum eſt* enim, ut bene monuit *Strauchius* t), *ne teſtimoniis veterum, quorum fides in calculis temporum cæ reliquis probata eſt, ut Cteſiæ Gnidii, Diodori Siculi, Aemilii Suræ, Caſtoris, Euſebii, & aliorum, temere contra dicatur, vel diverſa eorundem hiſtoria pro mera mendaciorum ſtrue habeatur*. Habes igitur genuinum locum u) *Suræ*, de regno Aſſyriorum ita diſſerentis x): *Aſſyrii Principes omnium gentium rerum potiti ſunt, deinde Medi, poſtea Perſæ, deinde Macedones, exinde duobus regibus, Philippo & Antiocho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo poſt Karthaginem ſubactam, devictis, ſumma imperii ad popu-*

U 3

s) Vid. Obſervationes horum Virorum ad *Velleium* edit. *Burmann.* p. 46.

t) *Strauch. Breviar. Chron. p.* 415.

u) Sic appellatur ab *Hubero Hiſtor. Civil. T. I pag.* 50.

x) *Aemilius Sura* apud *Velleium* I, 6.

populum Romanum pervenit. Inter hoc tempus, & initium Nini, regis Aſſyriorum, qui princeps rerum potitus, interſunt anni mille nongenti nonaginta quinque. Nihil hic vel *Conringium* y) moramur, vel *Freretum* z), qui, ut ordinem *Suræ* turbent, Codices complures non 1995, ſicut nos ſcripſimus, ſed 1905, annos tradere, contendunt. Docte vero eleganterque *Ioannes Georgius Waltherus* a) *Suram* nuper defendit, ac, *Rhenani* editionem, quam omnes *Velleii* editores merito ſequuntur, eundem retinere numerum, nimirum 1995 annos, confirmavit. Imo etiam ipſe *Rhenanus*, cuius ſcholia *Gruterus Velleio*, ab ſe edito, inſeruit b), adeo antiquiſſimo Codici cum libris noſtris impreſſis convenire meminit, ut, ſi a voce *Nini* diſceſſeris, quam imprudens librarius in *niſi* commutavit, nullum prorſus appareat diſcrimen. Quodſi iam *Aemilium* conſideras accurate, hunc ab eo tempore, quo *Ninus* cœpit regnare, ad illud, quo ſummi imperii potiti ſunt Romani, tot annos colligere videbis, eoque vehementius mirabere, quid ſit, quod

y) *Conring. Adverſar. Chronol. Cap. 7.*

z) *Freretus de l'Hiſtoire & Chronologie des Aſſyriens de Ninive. Voiez les Memoires de l'Academie des Inſcriptions Tome VII p. 582.*

a) *Waltherus* in *Miſcell. Lipſ. Nov. Tom. III pag. 531, 532.*

b) *Rhenanus* in *Scholiis ad Velleium* ex recenſione *Gruteri p. 146.*

quod *Heinſius*, *Popma*, aliique, inter *Nini* initium, & ætatem *Suræ*, commemoratos hos annos crediderint intereſſe. Sed, ubi quæſo, *Aemilius* ætatis ſuæ mentionem antea iniecit, ad quam, tanquam ad obruſſam, univerſam hanc exigeret rationem? An vero, eum, exiſtimemus, tam legum hiſtoricarum penitus ignarum, ac negligentem, fuiſſe, ut, cum a *Nini* memoria ad ſuam putare inſtituerit, illud, quo vixerit, & quo omnia fere nituntur, tempus præterierit ſilentio, lectoresque ancipiti reliquerit cogitatione diſtractos. Perſtamus igitur noſtra in ſententia, &, cum prius Karthaginem deletam, prius ſuperatum *Philippum*, quam *Antiochum* debellatum, *Sura* diſtinctis verbis confirmet, has voces, *inter hoc tempus*, ad glorioſam Romanorum de *Antiocho* victoriam, paulo commemoratam antea, pertinere, ipſumque *Aemilium* a *Nini* tempore ad *Antiochum* ſubactum numerare, exiſtimamus. *Lipſium* c) certe, elegantiſſimum illum Criticum, qui, pro ſua admirabili doctrina, ea de re optime potuit iudicare, & *Huberum* d), præclara omnis Hiſtoriæ peritia inſtructum, conſentientes habemus. Iam conſtat, *M. Acilio Glabrione* Conſule e), ſive, ut *Petavius* f) init rationes, A. P. I. 4523. Romanos *Antiochum* viciſſe. Primam tamen

 hanc

c) *Lipſius ad Velleium h. l.*

d) *Huberus Hiſtor. Civil.* T. I *p.* 50.

e) *Livius* XXXVI, 16 & 19.

f) *Petavius de D. T.* XIII *p.* 350.

hanc victoriam, quam *Acilius* de eo ad *Thermopylas* reportavit, ecquis *Aemilium* denotaſſe putabit, cum *Antiochus* pacis conditiones, a Senatu Romano præſcriptas, nondum acciperet g), ſed, in fugam coniectus, contenderet ſtatim in Aſiam, ut, novis copiis conſcriptis, Romanos ſumma virtute oppugnaret h). Nihilo tamen minus a *Scipione*, eiusque fratre, *Africano*, A. P. I. 4524 i) præter ſpem opinionemque circumventus, inferior prælio diſceſſit. Num igitur hunc annum *Sura* ſignificavit ? Diu, fateor, multumque me hæc quæſtio vexavit. Ponderatis autem omnibus, ad eam rem quæ pertinent diiudicandam, momentis, minime hic poſſe conſtitui ſummæ imperii Romani exordium videtur. Si enim, ut credunt plurimi, devicto *Antiocho*, translata ſtatim ſumma ad Romanos fuiſſet, adeo, ut, quomodocunque vellent, hoſtem potuiſſent tractare, quid, quæſo, impedivit, quo minus illum eo tempore vinculis conſtringerent, quo minus, ſicut *Pyrrhum*, *Philippum*, *Perſen*, Pſeudophiliqqum, aliosque, in triumpho ducerent k), nullis prorſus pacis conditionibus acceptis, quo minus, ut alias complures regiones l), ſic Macedoniam, in provinciæ formam redi-

g) *Iuſtinus* XXXI, 7, 8.
h) *Polybius Excerpt. Legat.* 33 *p.* 815.
i) *Petavius de D. T.* XIII *p.* 350.
k) *Cicero Orat. pro Murana Cap.* 14.
l) *Velleius*, II 38.

redigerent m)? Fuit profecto tum nondum *Antiochus* in ſumma Romanorum poteſtate, ſed altero demum anno poſt, id eſt, Olymp. CXLVII, 4, ſeu anno P. I. 4526 n). Licet enim iam anno 4524 legatos miſiſſet o), qui a *Scipionibus*, ut perficerent pacem, rogarent p), Senatus tamen *Antiochi* optatis nondum eo tempore ſatisfecit, ſed illas, de quibus *Anciocho* diſceptare non licebat amplius q), conditiones pacis ſeveriſſimas ei *Manlius*, Proconſul, tanquam ſubiecto dominus, anno, ut diximus, Olymp. 147, 4, ſeu P. I. 4526, demum præſcripſit r), easdem ut iureiurando confirmaret, præcepit, poſteaque fœdus feliciter perfecit s). His igitur præfultis, ex hoc ipſo loco, *Aſtyagem* ultimum fuiſſe Medorum regem,

U 5

m) Tribuit quidem hoc *Gronovius* in *Epiſtol. Livian. p. 52, 55*, humanitati Romanorum, qui reges noluerint tollere, ſed in æquitate continere. At ipſius tamen *Antiochi* temeritatem ſuſpectam habuiſſe meminit, omninoque ſibi ab eadem timuiſſe. Num præterea erga ſolum *Antiochum* tam comes ſe ac benevolos exhibuiſſent, cum tot alios, ut modo diximus, dignitate regia privaſſent?

n) *Polybius Excerpt. Legat. XXXV p. 838* coll. *p. 1069.*

o) *Petavius de D. T. p. 350.*

p) *Polybius Excerpt. Legat. XXV p. 823.*

q) *Polybius l. c. p. 840.*

r) *Polybius l. c. p. 850, 840.*

s) *Caſaubonus, Synopſ. Chronol. Hiſtor. Polyb. pag. 1069.*

iecturis, ſuæ ſententiæ habeant auctorem, ad eadem in præſenti copioſius reſpondere, non neceſſe putamus. Sufficit, nos iis *Cyaxarem* argumentis de ſolio regali deturbaſſe, quæ & ratione temporum haud incerta, & ſcriptorum, cum antiquiſſimorum, tum fide digniſſimorum, teſtimoniis, nituntur, nec facile, niſi ab hominibus, vel harum rerum penitus ignaris, vel præiudicatæ opinioni deditis, repudiari ſolent. Quod reliquum eſt, *Darium* Medum, quem *Petavius* a), ac *Scaliger* b) *Nabbnidum* ſapienter, turpiter autem ac falſo *Cyaxarem* commemorati ſupra Duumviri, ac præterea complures c), exiſtimant, in aliud tempus, ſi Dominus voluerit, reſervamus. Interim huic Deo immortali, cuius bonitas, in omnes homines effuſa, nullis prorſus terminis finibusque continetur, gratias, quas poſſumus, maximas ampliſſimasque habemus, quod nobis, ad perficiundum hoc de *Cyaxare* opuſculum, fortunam clementiſſime adiunxit, eidemque ſummo regnorum cuſtodi ſupplicamus, ut ſolium Regis noſtri Potentiſſimi, *Friderici Auguſti*, qui ſapientia, ſanctitate, gratia, cunctis regibus Medicis, imo reliquis omnibus, lon-

a) *Petavius de Doctr. Temp. X, 9, p. 95.*

b) *Scaliger de Emend. Temp. Fragm. p. 16, & Proleg. p. 34.*

c) *Ioſephus Antiqu. Iud. X, 11, 4, p. 462, Tom. I* edit. *Hudſon. Sleidanus p. 22, Hiſtor. Univerſ.* ab Angl. edit. *T. IV Sect. IV §, 57 p. 44* edit. *Baumgart.*

longiſſime antecellit, confirmet, ei ſecundum vitæ curſum ſine ulla offenſione concedat, nihilque, quod eius felicitatem debilitare videatnr, non propitius avertat, quo, firmiſſimo huius *Herculis Muſagetæ* d) præſidio ſemper muniti, tranquillam vitam agere, pacisque otio, ante aliquot annos feliciter conciliato, quam diutiſſime perfrui poſſimus.

V.
ANTHOLOGIA GRAECA,
NVNC PRIMVM E CODICE MSTO EDITA, STVDIO IO. IACOBI REISKE.

MISSVS SECVNDVS.

Carmen 324. Μελεάγρȣ εἰς Ἡλιοδώραν ἐρωμένην

"Ἔγχει καὶ πάλιν εἰπὲ, πάλιν πάλιν Ἡλιοδώρας,
εἰπὲ, σὺν ἀκρήτῳ τὸ γλυκὺ μίσγ' ὄνομα.

καί

d) Huius in præſidio optimæ erant artes. Vide Viros doctos ad *Sueton. Auguſt. Cap. 29*, *Cellarium* in *Programm. Var. Argum. p. 477*, & *Begerum* in *Hercule Ethnico*.

καί μοι τὸν βρεχθέντα μύροις, καὶ χθιζὰ ἐόντα
μναμόσυνον κείνας, ἀμφιτίθει στέφανον.
Δακρύει φιλέραστον, ἰδοὺ, ῥόδον, οὕνεκα κείναν
ἄλλοθι, κ' οὐ κόλποις ἡμετέροις ἐσορᾷ.

Infunde (vinum heus tu puer) & ſimul pronuntia (nomen Heliodoræ) *iterum atque iterum. Heliodoræ iterum atque iterum pronuncia, & ſimul miſce merago, dulce nomen.*
Et mihi madidam unguentis, heſternum
Illius monumentum, impone corollam.
Plorat, vide modo, amantibus amica roſa, quod illam
apud alium, non meo in ſinu, videt.

Tenerum & lepidum carmen, quamvis hyperbolicum, & Romanticum. Quod in hoc genere frequens eſt, & tolerari debet. Tribuit corollæ unguentis ſtillanti, non tantum lacrymas (deſignat guttas unguenti demanantes,) ſed etiam ſenſum & amorem domini, & erga eum commiſerationem. Ediderunt hoc Carmen *Daniel Heinſius* in *Carminibus Græcis pag. 148*, & *Bentlejus* ad *Callimachi Epigramma trigeſimum primum* (quod Anthologiæ noſtræ ineditæ eſt quinquageſimum ſextum) *p. 206.*

Car-

Carmen 325, εἰς τὴν αὐτὴν τῦ αὐτῦ.

Ἔγχει τᾶς Πειθῦς καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας
καὶ πάλι τᾶς αὐτᾶς ἀδυλόγου Χάριτος. a)
αὕτα γὰρ μι' ἐμοὶ γράφεται θεὸς, ἧς τὸ ποθεινὸν
ὕνομ' ἐν ἀκρήτῳ συγκεράσας πίομαι

Infunde nomine Heliodoræ, quæ & Suada, & Venus, eſt,
& ipſa eademque ſuaviloqua Gratia.
Omnia enim illa mihi præſtat Heliodora, dea mihi reputata,
cuius carum nomen mero confuſum bibo b).

Carmen 326, Διοσκορίδυ εἰς Ἀθήνιον κόρην τραγωδόν.

Ἵππον Ἀθήνιον ᾖσεν ἐμοὶ κακὸν, ἐν πυρὶ θεῖσα,

Ἴλιος

a) Eodem redit, quod *Bentleius* dedit *l. c.* ubi & hoc quoque Carmen exhibuit, ἀδυλόγω Χάριτος. In Cod. Lipſ. eſt ἀδυλόγοι Χάριτες.

b) Poteſt ſignificare vel bibo citans geminansque nomen eius, illudque ſimul cum mero velut deglutio: vel, tot calyces bibo, quot eius nomen literas habet.

Ιλιος ἦν, κἀγὼ κείνη ἅμ' ἐφλεγόμαν,
ἐ δείσας Δαναῶν δεκέτη πόνον. ἐν δ' ἑνὶ φέγγει
τῷ τότε a) καὶ Τρῶες κἀγὼ ἀπωλόμεθα.

Equum canebat Athenium mibi malum, ignibus impoſitum.
Ilium erat (quam canebat) *cui ego ſimul conflagravi* c).
Quamvis non timuiſſem d) *decennes Græcorum ærumnas. uno autem incendio*
Tunc flagrante & Troës peribant, & ego cum ipſis.

Carmen

a) In Cod. Lipſ. eſt πότε.

b) Id eſt, canebat expugnationem & incendium Troiæ.

c) Id eſt, interea, dum illa caneret conflagrans Ilium, cœpi eius amore accendi.

d) Quamvis non eſſem urbs oppugnata, quamvis opus non habuiſſem ob decennes ærumnas hoſtium ſollicitus & pavidus eſſe. Totum Carmen abſurdum eſt. Carmina duo proxime ſequentia prætereo. *Meleagri* unum (327) exſtat in *Anthologia Henrici Stephani p.* 470, ἡδυμελεῖς μοῦσαι. *Callimachi* alterum (328) τέσσαρες αἱ Χάριτες exſtat inter eius Epigrammata *n.* 55.

Carmen 329. Ἀσκληπιάδου εἰς Νικώ.

Ὡμολόγησ' ἥξειν εἰς νύκτα μοι ἡ 'πιβόητος
Νικὼ, καὶ σεμνὴν ὤμοσε Θεσμοφόρον.
κ' οὐχ ἥκει, φυλακὴ δὲ παροίχεται. ἆρ' ἐπιορκεῖν
ἤθελε? τὸν λύχνον, παῖδες, ἀποσβέσατε.

Condixerat mihi congreſſum nocturnum celebris Nico,
Venerandam obteſtata Cererem a)
Atqui non venit. vigilia b) *præteriit. decreveratne*
Peierare? lychnum, pueri, exſtinguite c).

Dieſe

c'eſt à dire *l'anneau de Pharao*, & *la ville de Kiriath Zepher*. Car je ne puis aucunement comprendre, pourquoi le Roy d'Egypte auroit donné ſon anneau à *Joſeph*, ſi ce n'étoit pour enfermer les lettres, qu'écrivoit ce premier Miniſtre aux Gouverneurs des Provinces & des Villes, pour marquer ainſi, que c'étoit par l'ordre du Roy. Ces lettres n'ont pas été ſans doute couchées en Hieroglyphes, mais en lettres ordinaires, les premieres étant reſervées ſeulement aux Prêtes, dont il y avoit alors un grand nombre, & dont le corps étoit honourable & venerable, comme l'Hiſtoire de *Joſeph* le Patriarche nous apprend trés clairement. Je ſouhaite ardemment d'être informé à quel autre uſage auroit pû ſervir l'anneau donné à *Joſeph*, & je ne crois pas, qu'il ait été une nuë marque d'honneur, ſans s'en pouvoir ſervir autrement. car il y en avoient d'autres plus éclatantes & viſibles, comme le ſecond chariot, l'habillement, & la chaine d'or. Les ſavans Interpretes n'expliquent pas autrement cet honneur, & je ſuis entierement perſuadé, que *Joſeph* avoit ainſi reçu le pouvoir de ſigner ou fermer les lettres, que par ſon ordre ecrivoient les Secretaires à tous ceux, à qui il jugeoit neceſſaire d'ecrire les lettres & de donner des commandemens de la part du Roy, & que les anneaux des Rois n'ayent ſervi à d'autres uſages, il eſt clair & evi-

dent

ent par l'Hiſtoire tant ſacrée que profane.
)r il n'eſt nullement probable, que ces lettres
ient été couchées en *Hieroglyphes*, mais
n lettres ordinaires, qui faiſoient l' Alphabet,
: Vous ſavez, que les Anciens attribuent aux
:gyptiens ces deux manieres d'écrire dont ſont
uſſi temoins les Inſcriptions, qu'on a inſerées
ans les *Memoires de Trevoux*, celles dont
arle Mr. *Lucas* & qui ſe rencontrent dans
'autres livres.

Il faut à cette heure parler auſſi de la vil-
: de *Kiriath - Sepher*, puisque ce nom
1e ſemble être un argument convainquant,
our prouver, que l'Alphabet a été en uſage
ans le Païs de Canaan avant *Moyſe*. Je ne
rois pas qu'il y ait perſonne qui doute, que la
ite ville n'ait ſon nom des Lettres, ou des
.ivres, qui y étoient gardez. Or ſi nous po-
ons, que *Moyſe* ſoit l' autheur de l Alphabet,
omment eſt ce que cet art ſe ſoit repandu
armi les Cananéens, & cela avec un tel
1cces, dans l'eſpace de 40 ans, qu'une ville
n ait eu le nom, & fut ainſi appellée, à cauſe
ue les livres des Cananéens y furent gardés.
i cette invention doit ſon origine à *Dieu* au
ems de *Moyſe*, en lui donnant les dix Com-
nandemens, il ſ'enſuit ſans doute, que ni les
Cananéens ni d'autres Peuples la connoiſſoient.
.es Cananéens ne l ont pû apprendre des Iſ-
aëlites, puis qu'il n'y avoit aucun commerce
ntre ces Peuples, & qu'ils ſe haïſſoient mor-

impoſſible, que ce ſage legislateur n'en eut fait quelque mention. Je ne diſpute pas ſi *Abraham* a été auteur des lettres, mais je crois que de ſon tems elles étoient connues en Egypte, dans la terre de Canaan, chez les Caldéens, & chez d'autres peuples, & je ne vois pas la conſequence que Vous en tirez, ſi *Abraham* n'en eut été le premier auteur, & cette multitude des livres m'eſt comme un ſonge. Poſons, je Vous en prie, *Abraham* l'auteur de l'Alphabet; ſ'il a retenu parmi les ſiens, & laiſſé à ſes deſcendans cet art, d'ou nous pourroit venir cette foule des livres? *Abraham*, *Iſaac*, & *Jacob* ont vecu en particuliers dans la terre de Canaan, ils ſe foucioient ſans doute fort peu d'écrire des livres, ils étoient contens d'avoir ſoin de leurs familles & troupeaux, & ne ſe mêloient pas avec les gens du Païs; les douze Patriarches ne menoient pas une autre vie, laquelle leur ne donnoit tant de occupations qu'ils ne ſongeoient ſans doute point à compoſer des hiſtoires, ou de raiſonner par êcrit ſur des choſes naturelles, qui ſont au ciel & ſur la terre; les Iſraëlites ont paſſé en Egypte, ou ils ont été aimés & venerés à cauſe de *Joſeph*, mais enfin ils ont été opprimés par une dure ſervitude. Je ne m'imagine pas que Vous croyez, Mr. que dans ce dernier état ils aient pû écrire des livres, & je ſuis perſuadé, qu'ils ne l'ont pas fait non plus dans le premier; ils avoient aſſez à faire à ſe nourrir eux mêmes, leurs troupaux & leurs enfans, que ſ'augmentoient ſi miraculeuſement,

que

que les Egyptiens en devinrent de bonne foi jaloux. Je veux bien Voüs conceder qu'il y auroit peut-être quelques uns des principaux Iſraëlites, qui auroient pû faire quelques Memoires, mais le grand nombre des livres ne ſ'en ſuit nullement & ſ'il y en avoit été, pourquoi *Moyſe* en auroit-il fait mention? puis qu'il ne faiſoit, que décrire brievement ce qui étoit arrivé au Peuple d'Iſraël, & je crois que ſon livre eſt le plus ancien chez ce peuple, & qu'ils n'en ont eu aucun avant ce legislateur.

Mais il me ſemble, que j'ail aſſez parlé de l'Alphabet, & je m'en vais ſuivre vôtre lettre, qui met ſur le tapis le ſavant & l'excellent Mr. *Woodward*, & ſon ſyſteme de la terre bouleverſée & reduite en un potage, pour parler ainſi, par les eaux du Deluge, & des conſequences, que cet habile homme en tire, comme auſſi Vous, Mr. & nos communs amis les deux Mrs. *Scheuchzers*. Il y a beaucoup de ſavans, qui ſont perſuadés qu'il y a beaucoup des phénomenes dans & ſur la terre, qui nous apprennent inconteſtablement, que le Déluge a été univerſel, mais je ne ſai, ſ'ils ſont tous du même ſentiment touchant la conſtitution du Globe terreſtre. Pour moi, je ne le puis pas encore comprendre, ne voiant rien dans la Sainte Ecriture, qui nous diſe cela, ni auſſi des raiſons, pourquoi Dieu ait voulu ainſi bouleverſer le Globe, dont il voulut ſeulement perdre les hommes & les animaux. Tout ce que

Vous dites de la diverſité des Coquillages & d'autres phénomenes eſt bon, & j'ai vû non ſans admiration plus qu'une fois les *Antediluviana* de feu Mr. *Valkenir*, mais cependant je ne me puis pas encore reſoudre à donner dans le ſentiment dont je viens de parler.

Je ſuis cependant trés content, que Vous ne prenez pas à la lettre ce que Mr. *Woodward* dit de la Bouillie des parties ſolides de nôtre Globe, ni des vents ou des tempêtes, qu'il ſuppoſe, comme Vous parlez, à la fin de cette lettre. Un autre, que moi, ſeroit glorieux, d'avoir gagné quelque terrain, & il me ſemble que je l'aie fait en Vous ſuivant. Mais Vous ſuppoſez pourtant quelque molleſſe des matieres dures, & quelques tempêtes; & moi je ne puis pas être perſuadé, que les pierres les plus dures aïent été ainſi changés au tems du Déluge, & la forme de l'*Arche* & la Sainte Ecriture, comme j'ai eu l'honneur de Vous écrire auparavant, rejette les tempêtes & les vents. Les eaux ont été troublées ſans doute, & leur impetuoſité a tranſporté les animaux terreſtres, les poiſſons de la mer, & les coquillages d'une part à l'autre, & ce qui étoit ſubmergé ſur la terre, ſuivoit les courans; mais l'*Arche* pouvoit cependant flotter ſur la ſuperficie des eaux fort doucement, n'aiant ni voiles ni gouvernail, pour ſe garantir de la tempête, ſ'il venoit à en arriver. Je confeſſe, qu'on trouve des crapeaux dans des mon-

tagnes, des pierres les plus dures, ſans y remarquer aucune fente ou trou, par où ces animaux y pourroient être venus; je n'en ſaurois rendre raiſon, à moins qu'on ne veulle dire, qu' avant des milliers d'années ces crapeaux ſe ſoient mis ſur une pierre, qui en croiſſant les auroit environnés, & qu'elle ſeroit devenuë enfin un grand morceau, & une vraie montagne.

Mais c'eſt être Phyſicien en l'air, & je quiterai cette matiere, en diſant ſeulement qu'il eſt fort remarquable, que les ſceletes des poiſſons & d'autres phénoménes ſe trouvent dans des pierres faciles à ſe fendre, *fiſſiles*, & l'on diroit, que l'une auroit été miſe ſur l'autre pour y couvrir les poiſſons & d'autres choſes, comme on les voit dans les livres de Mr. *Scheuchzer*. Il me ſemble, que cette particularité merite quelque reflexion, qui ne ſera pas pourtant fort grande, ſi ce phénomêne ait eu lieu au tems du Deluge, & ſi les pierres perdirent alors leur dureté,

Vous m'avez, Mr. fort obligé, de me parler des divers ſyſtemes, à l'égard de la conſtitution du Globe au tems du Déluge, & je ſuis de vôtre avis qu'ils ne valent pas grand choſe, même celui de Mr. *Thomas Burnet*, que les ignorans confondent quelque fois avec feu l'Eveque de Salisbury, & dont le ſentiment eſt entierement imaginaire. Je confeſſe avec Vous, que l'opinion de Mr. *Woodward* flatte nôtre eſprit, & vos addouciſſemens y contribuent beau-

aucoup. J'ai lû plus d'une fois la periode Latine, que Vous y avez inſerée, quoique Vous me permettrez bien, que je rejette *terram ſolutam*. Car je ſuis de l'avis de ceux qui expliquent les deux paſſages *Gen. VI, 13*, & *IX, 11*, *de proventibus terræ, qui una cum hominibus & animalibus interierunt, & hoc eſt perdere & disperdere terras*, dont les Interprêtes Latins ſe ſervent ordinairement. Le mot *ſolvere* nous fait venir une toute autre idée, & quoique la Vulgate nous donne *Gen. IX, 11*, *diſſipans terram*, & que Mr. *Woodward* l'explique par *diſſolvens*, je ſuis pourtant bien aſſuré, qu'il y aura peu des gens, qui prendront ces mots dans un ſens, dans lequel ce ſavant Anglois juge qu'ils doivent être pris. *Nullum amplius erit ad perdendas terras diluvium*, dit Mr. le *Clerc*, & cela ſe peut expliquer commodement, ſans être obligé à recourir à la violente explication de nôtre commun ami.

Enfin, *ultimi mortalium Seres* m'appellent, &, quoique je ſois *plane hoſpes in ea lingua*, je me donnerai pourtant l'honneur d'en parler un peu en babillant. Je n'ai jamais oui parler du livre de Mr. *Webe*, & je m'imagine, que les *Monoſſyllabes*, dont presque toute cette langue eſt composée, l'ont obligé à donner la prerogative de la primauté á la Langue Chinoiſe. Et ſi cet axiome eſt vrai, *Linguas vetuſtiſſimas monoſyllabis conſtare*, certainement la Chinoiſe doit être bien ancienne, & cela eſt fort remarquable qu'elle conſerve cela de-

depuis le commencement, comme ſont foi les Annales les plus anciennes de ces peuples, & Vous le ſavez mieux que perſonne. J'ai reçû depuis peu une fort ſavante lettre de Mr. *Philippe Maſſon.* Il y va ſon grand chemin, & montre par divers exemples la conformite, qu'il croit être entre l'Hebreu & le Chinois. Il m'a fait auſſi le plaiſir de m'envoyer une copie de deux autres lettres, qu'il a écrites en Latin à Mr. *de la Croze.* J'ai auſſi la réponſe de celui-ci, & tout cela mis enſemble eſt digne, ſi je ne me trompe, de quelque conſideration. Mais à propos de Mr. *de la Croze*, il eſt bien malheureux; le nouveau Roi de Pruſſe lui a diminué ſon gage, & ſa charge, ce qui eſt auſſi arrivé aux autres Bibliothequaires & Savans. Il eſt aux abbois, & il a reſolu de quitter le païs, *ubi nunc Muſis nullus honor*, & de ſe tranporter en Angleterre, où il ſera ſans doute reçu à bras ouverts, à cauſe de ſa grande connoiſſance dans des langues Orientales, qui eſt ſi étenduë, que je m'étonne plus que je ne Vous ſaurois dire, qu'une ſeule tête en ſoit capable. Je lui ai fait tenir une Grammaire Singaloiſe, qui ne ſe vend pas. Il l'a vuë & m'a aſſuré, qu'il y a dans cette langue beaucoup des mots Egyptiens; et qu'on n'en pourroit ce pas conclure des courſes & des navigations, que les Egyptiens ont faits autrefois aux Indes, & même à la Chine, comme pretendent ceux qui jugent, que les caractéres Chinois doivent leur origine aux Hieroglyphes. J'admire de plus en plus les Chinois, & je m'étonne fort, qu'une ſi ſa-

vante [illegible] n'est pas encore [illegible] de l'entrée d'un Alphabet. [illegible] une [illegible] à plus [illegible] & cinquante [illegible] monde le [illegible] d'années [illegible] les [illegible]. [illegible] leur langue [illegible] pas [illegible] Monosyllabe à six ou plusieurs significations, selon l'accent, & à [illegible] de la prononciation. Je vous prie de m'en vouloir informer. Car les Chinois [illegible] facilement [illegible] Européans & aussi d'autres peuples, & même leurs voisins. Peut-être [illegible] cela, mais qu'ils ne veulent pas changer les anciennes coutumes, dont presque tous les Asiatiques sont comme idolâtres.

Voici, Mr. ce que me mande Mr. Bignon le 26 janvier 17[illegible]: [illegible] au genre Chinois une personne [illegible] Dictionnaire [illegible] Grammaire Chinoise. [illegible] Européens [illegible] par une [illegible] Grammaire [illegible] Car pour les Idées, je ne m'imagine pas,

pas, que les Chinois aient de ce coté là quelque avantage ſur nous, & même il y a bien de l'apparence, qu'ils n'ont pas à beaucoup prés pouſſé leurs decouvertes auſſi loin, que nos Savans. Cét illuſtre Conſeiller m'en avoit parlé auſſi auparavant, & il m'avoit dit, que pour ſavoir l' Hiſtoire Chinoiſe, il avoit fait venir dans ſa Bibliotheque prês de ſix cent volumes. J'eſpere que Vous aurez lû la Diſſertation, que Mr. *Philippe Maſſon* a fait inſerer dans le Tome ſecond de l' *Hiſtoire critique*, & je Vous prie de m'en vouloir dire vôtre ſentiment, j'y trouve diverſes conjectures fort vraiſemblables, quoique je ſois auſſi de vôtre avis, qu'on pourroit quand on ſ'y voudroit appliquer, truuver des ſemblables conformités dans la langue Grecque & ſans doute dans autres. Il en a d'autres prêſtes, & je l'exhorterai de les vouloir publier dans les Tomes ſuivans, quoiqu'il ne ſoit pas porté à écrire beaucoup, à cauſe de la critique de quelques impertinens, qui condamnent tout ce qu'ils n'entendent pas. Je ſuis fort faché, que Vous Vous ſoiez defait de vos Medailles, quoiqu'elles ſoient entre des forts bonnes mains, car le ſavoir & la curioſité de Mr. *Turretin* me ſont connuës. Mais ſi Vous en étiez encore le maitre, j'aurois eu l' occaſion a cette heure de Vous en pouvoir entretenir, Celles de *Mauſole*, d'*Idriaus*, & de *Pixodore*, Roitelets de *Carie*, dont Vous parlez, ſont excellentes, & ſi ce Proverbe *ex ungue leonem*, comme je ſuis perſuadé, y peut être appliqué, je ne doute nullement que vôtre Collection n'ait été

excel-

V. Anthologia Græca, nunc primum e Codice MSto edita; ſtudio Io. Iacobi Reiske. *Miſſus ſecundus.* Pag. 297-323.

VI. Frid. Ottonis Menckenii de vero Auctore libri famoſi, Aloiſiæ Sigeæ Satira Sotadica inſcripti, obſervatio. Pag. 324-333.

VII. Commercium epiſtolare duorum magni nominis Virorum, Lvdovici Bovrgveti & Gisberti Cvperi, quo illuſtriora multa Philoſophiæ, Antiquitatum, & literarum elegantiorum, capita doctiſſime illuſtrantur. Accedunt duæ Bovrgveti ad Io. Bapt. Ottivm, & Io. Woodwardvm, Epiſtolæ. *Particula II.* Pag. 334-360.

MISCELLANEA
LIPSIENSIA
NOVA,

AD INCREMENTVM

SCIENTIARVM,

AB HIS,

QVI SVNT IN COLLIGENDIS

ERVDITORVM NOVIS ACTIS

OCCVPATI;

PER PARTES PVBLICATA.

VOLVMINIS NONI PARS TERTIA.

Cum Privil. Regis Pol. & Elect. Saxoniæ.

LIPSIAE,
APVD B. LANCKISII HAEREDES.
MDCCLIII.

I.

IOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII EXERCITATIO AD HYMNVM PSALTERII DAVIDICI LXIX.

Conspectvs Tractationis.

I. *De argumento Hymni ſententiæ Commentatorum recenſentur.* II. *Indicatur ſententia Auctoris.* III. *Hymni diſtributio in partes.* IV. *Imprecationes & diræ ab hoc Hymno abſunt.* V. *Interpretatio ac illuſtratio* verſ. 1 - 4. VI. *Interpretationis* verſ. 5 *rationes.* VII. *Expoſitio* v. 6. VIII. *Interpretatio commatum* 7 & 8. IX. *Illuſtrantur commata* 9, 10, 11. X. *Explicantur commata* 12 & 13. XI. *Additur interpretatio commatum* 14, 15, 16. XII. *Illuſtran-*

tur commata 17—21. XIII. *Subiicitur evolutio, ſenſus commatis* 22. XIV. *Acceditur ad partem ſecundam, eiusque comma* 23. XV. *Exponitur comma* 24. XVI. *Illuſtratur comma* 25. XVII. *Adiicitur expoſitio commatis* 26. XVIII. *Illuſtrantur commata* 27 *&* 28. XIX. *Affertur illuſtratio commatis* 29. XX. *Interpretatio commatum* 30—32. XXI. *Explicatio commatum* 33, 34, & 35. XXII. *Adiicitur expoſitio inciſorum* 36 *&* 37.

I.

D*avidi* hic hymnus fuit, divino ſpiritu præeunte & adflante, impartitus. Inſcriptio, quo minus id dubitemus, prohibet. Summa hymni complectitur vaticinium de inſtantibus Meſſiæ perpeſſionibus, quibus exantlatis, ipſe annum vindictæ declaraturus, & rempublicam Iudaicam everſurus, ac, ſibi *Davidem* regno reſtitutum referens, novam Zionis ac reformatam Iſraelidarum eccleſiam ſit inſtituturus. Ipſe Meſſias inducitur loquens usque ad *commatis* 22 finem. Tum vero Propheta *David* prædicit Iudæis, Meſſiæ percuſſoribus, pœnas promeritas. En verba, quibus hæc redduntur plana, verba ſcilicet *v.* 27, ubi Propheta Deum patrem ita alloquitur: *Certe eum, quem tu per-*

percuſſiſti, *inſectantur tanquam hoſtem*. Convertit ſeſe tandem *David v. 30* ad ſuam ipſius calamitatem, in quam deiectus erat & demerſus per filium *Abſolomum*. Ipſe ſeſe in calamitate ſua allevavit per Meſſiam & in hunc fiduciam, & per certam animoque inſpiratam de victoria, ex hoſtibus reportanda, perſuaſionem, divino oraculo innixam. Haud ſatis diſtinxerunt interpretes diverſa hæc hymni capita, eo quod haud reſpexerunt ad diverſas cantantium perſonas. Ad Meſſiam eſſe referendum hunc hymnum, facile ſuboluit plerisque interpretibus. At, articulos compagis ſolicite ſeparaſſe, erat operæ pretium. Meſſiam per omnis hymni tractum ac intervalla induci loquentem, eumque de mole pœnarum, quas peccata noſtra promeruerant, ac ipſe vicaria ſatisfactione ſuſtinuit ſuſtulitque, conqueſtum, docuerunt *Martinus Geierus*, *Abrahamus Calovius*, *A. H. Franckius*, *Ioachimus Langius*, atque inprimis *Hermannus Witſius*, qui *Ioannis Clerici* temerariam, & in omnia alia euntem, opinionem merito a) caſtigavit. Conſentiunt ac præiverunt hiſce *Hilarius*, *Auguſtinus*, *Hieronymus*, *Genebrardus*, *Ianſenius*, *Agellius*, aliique, quibus ipſe *Bellarminus* acceſſit. *Theodoritus*, &, qui eum ſecutus fuit, *Euthymius*, de exilio Iudæorum Babylonico, ac reditione inde in Palæſtinam ſuſcipienda, hic agi, ſibi perſuaſerunt, rati, populum Iſraeliticum induci conquerentem, ac

a) *Miſcellan. ſacr. Tom. I pag. 215 ſeq.*

ſermonis adeunti, ac ſanctitatem Iehovæ, per Prophetas locuti, propius cogitanti & perpendenti. Prædictiones malorum, in præfracte diutisſimeque malos effundendæ per pœnam talionis, in eo exhibentur, ac nihil præterea. *Comma 29* interpretibus viſum fuit multo durisſimum. In eo enim Iudæi, præfracta audacia & proterve peccantes, dicuntur e libro vitæ, ſeu viventium, delendi. Id ita accipiunt viri quidam ſummi, quaſi ex albo electorum ad gloriam ſempiternam illi dicantur eximendi. At novimus, homines, ad vitam ſempiternam prædefinitos, haud excidere, ſub vitæ finem, gratia electionis illius. *Rom. XI, 29.* Nihil de hoc vitæ libro, nil de albo & electione piorum ad gloriam perennem, nihil de eximendis nonnullis ex decreto electionis, cum gloria ſempiterna coniunctæ, hic legitur. Palæſtina vocatur pasſim in veteri Inſtrumento *terra viventium* ac *vitæ*: regiones vero ceteræ appellantur *caligo*, *nox*, *tenebræ*. Liber viventium eſt recenſio & ſeries hominum, qui olim in Palæſtina vivebant. Qui ex hoc vivorum libro delebatur, is occidebatur, vel e vita coactus diſcedebat. Qui cum iuſtis in libro viventium haud ſcribebatur, is erat iniuſtus atque ſceleratus, nec vitam ſuam valebat tueri. In Iudæos, qui Ieſum Mesſiam e terra & ſerie viventium delere conati fuerant, ius talionis recidit. Conf. *Matth. XXV, 41*, *Dan. IX, 26 ſeq.* Copioſe admodum illud *comma 29*

exa-

executus fuit expoſuitque B. *Ioannes Fridericus Bertramus* d). Iuvat hiſce ſubiicere hymni univerſi interpretationem, & huic adiungere annotationes, lucem hominibus remotisſimæ ætatis fœneraturas, quoad eius per me fieri poteſt.

V. 1. *Præfecto Muſices* hymnus, ut publice decantaretur, traditus fuit. Id indicatur *commate primo.* Additur ibidem, *ſuper Schoſchannim*, ſive *iuxta concentum Sicinnotyrbarum*, hymnum fuiſſe modulandum, eumque *Davidi* eſſe inſpiratum, & ab eo literis exaratum. Sicinnotyrbe hymnis argumenti lachrymoſi ſolebat adiungi. Diximus de ſono eius, atque adiuncta modeſtiori chorea, alias. Id nobis inſolitum mirumque videri haud debet, carmina cani fuiſſe ſolita a choreas ducentibus, *Davidis*, arcam translaturi, exemplum, & teſtimonium *Philonis*, e) ſunt in promtu, eis indicandum, qui mores Ebræorum ritibus metiuntur noſt is.

2. *Spatium amplum imparti mihi*, arctisſime depreſſo, *Deus! Omnino irruunt aquæ usque ad vitam meam.* Allegoria, calamitatis funeſtisſimæ index, deſumta eſt a miſeria illius, qui in aquas ſubmergitur, vel ruit, unde contendit enatare admodum ægre, mortique vicinus,

 cinus,

d) *Vermiſchte theologiſche und philoſophiſche Betrachtungen Theil III pag. 65 ſeq.*

e) In libro *de Vita contemplativa Therapevtarum pag. 901.* Francof. ad Viadr. 1691. fol.

cinus. Ad lacum Sirbonidis alludi, pateſcit ex *commate* ſequenti. De ſtatu exinanitionis Meſſiæ hominis agit vates. Status hic haud opponendus eſt Chriſto, qua filio Dei. Id moniti neglexit Auctor libri, *Nizzachon* f) *vetus*, a *I. C. Wagenſeilio* editus inter *Tela ignea Satanæ*.

3. *Demerſus ſum in lutum profundiſſimum, nec exſtat locus confiſtendi. Veni ego in baratbra aquis plena, ac ſcirpi inundant me.* Imago miſeriæ ſtatusque oppleti calamitatibus derivata & ſumta eſt a barathris lacus Sirbonidis, in quibus homines, qui eis involvebantur, perniciei ſuæ fruſtra obluctabantur. Ad littora eius olim progerminabant culmi, ac ſuper medio æquore illi eminebant antiæ, ſeu ſpicæ. At ſimul ac ad eas dementi [illegible] manus, ipſe cum [illegible] ad ima ſenſim ſubſidebant. Confer *Diſſertat. Sirbonid.* §. 9.

4. *Defatigatus ſum clamando.* Ex[illegible] pulmonum [illegible] Dominatur [illegible] qui emergere [illegible] & [illegible] homo[illegible]

f) Pag. 125, 126.

ſentit reddi imbecilles. Confer conditionem eorum, qui in barathra lacus Sirbonidis devenerant, apud *Diodorum* loco laudato. In imo exinanitionis ſtatu Meſſias omnino ſummos maximosque angores phyſicos ac pavores perſenſit ac ſuſtinuit, licet filius eſſet Dei. Hic *Elohim* appellare inducitur Deum Patrem *Deum ſuum*, ut *Pſ. XLV*, 8. Ipſe perpetuo ſpem ſuam in gratia & promiſſo Patris infiniti habuit collocatam.

VI. *Comma* procedit *quintum*: *Numero invaluerunt præ capillis mei capitis illi, qui me odio proſequuntur contra ius fasque. Irrito ſucceſſu ac præter demeritum invaluerunt viribus atque potentia illi, qui exſcindere me laborant, inimici mei, fruſtra ac eludente conatum eorum eventu.* Vocabulum שֶׁקֶר idem hoc loco denotat ac חִנָּם, *fruſtra*, *ſine commerito ullo*, teſte R. *Salomone Iſaacide*. *Id, quod non rapui, tunc reſtituam ac rependam*, cum inimici copioſi validique in me irruent, ac me occident. Ita loquens inducitur Meſſias. Reſtitutio illa ſpectat ad vicariam Ieſu Meſſiæ ſatisfactionem. Verbum הֵשִׁיב adhibetur ad deſignandam *reductionem* ac *reſtitutionem facultatum*, *Gen. XIV*, 16, ac *redditionem Gen. XLII*, 28, *XLIII*, 12. *Rapina* appellatur גְּזֵלָה, גָּזֵל, גֵּזֶל, גְּזֵל. Actio autem *rapiendi* indicatur per verbum גזל *Ez. XVIII*, 12, non abnuentibus Chaldæis, Sy-

ris,

ris, Arabibus, Samaritis. Gloriam & omniſcientiam Dei in ſe transferre ſtuduerunt primi mortales, invito ordine divinitus præſtituto; Meſſias vero non credidit, ſuam aequalitatem, Deo Patri ſimilem, eſſe rapinam. Ipſe, pro nobis merita optima interpoſiturus ſua, non affectavit rapinam ambitioſam, ſe potius demittens, ut amiſſam nobis Dei imaginem reſtitueret. Inimici, inſtrumenta ſatanæ, innocentiam ac deſtinationem ſaluberrimam Meſſiæ haud agnovere, ideoque oderunt eum, atque e medio ſuſtulerunt, at ſucceſſu & irrito, & conatus ipſorum mirum in modum fruſtrante. Evectus fuit Meſſias, exantlatis aerumnis exquiſitisſimis, qua homo, ad gloriam, ipſosque potius inimicos, reſipiſcere contemnentes, exſcidit ac evertit. Reſpexit ad hunc locum Meſſias *Io. XV, 25*, cum videret, Iudæos miracula & ipſius & Patris odiſſe, eisque teterrimas quasque obmoliri obtrectationes. Reſpexit idem ſimul eo in loco ad *Pſ. XXV, 19*, ubi violentum Iudæorum in Meſſiam odium indicatur g). Pater Deus a filio ſuo hic disiungitur, ut *Pſ. II, 7, CX, 1.* Per filium, a Patre diverſum, utroque loco Meſſiam deſignari, vidit Auctor libri, *Nizzachon vetus* h). Tanta Iudæum vis veritatis complexa fuit, Chriſtianæ religionis refellendæ ſtudioſum.

VII.

g) *Gail. Surenhuſii* Βίβλος καταλλαγῆς *pag. 372 ſeq.*

h) *Pag. 101, 102.*

VII. Pergit Meſſias *commate ſexto: Deus, tu noſti*, tu agnoſcis, *quantum ad ſtultitiam, mihi ab illis obiectam, attinet, & piacula, quæ illi mihi obiectant & exprobrant, tibi non ſunt celata*, aut præciſa. Meſſias ſe hoc loco dignoſcit a Deo Patre. Vocabulum אִוֶּלֶת denotat affectatum principatum, quo ſibi quis complures ac excelſiores tribuit virtutes & perfectiones, quam re vera obtinuit, vel exhibere valet. Indoles illa actionum vocatur *ſtultitia*. Sunt enim, qui putant, ſe omnium rerum eſſe primos, nec ſunt. Arabes *primum* vocant אול, Deumque ipſum ſic appellant. Inde אֵילֵי הָאָרֶץ 2 *Reg. XXIV*, 15, ſunt *primores regionis*. Inde dicuntur *proceres* ac *magiſtratus ſummi* אילים, nec non *arietes*, gregum ductores. Intellexit R. *Salomo Iſaacides*, loquentem hoc loco non facere mentionem de ſtultitia ſua, ſuisque delictis. Interpretatur ipſe potius ſtultitiam ac delicta de exprobrationibus, quibus inimici in eum verterint accuſationem de ſtultitia & de delictis. Plurimi certe Iudæorum i) ſibi perſuaſerunt, Meſſiam noſtrum ſibi plus, quam par erat, tribuiſſe; honorem divinitatis ac muneris Meſſiani fruſtra & immerito affectaſſe; ac delictorum præterea graviſſimo nomine fuiſſe reum.

VIII. Progredimur ad *comma ſeptimum*, quo hæc traduntur Meſſiæ effata: *Ne, quæſo, pudo-*

i) *Sepher Nizzachon vetus pag.* 93, 95, 102, 108, *Sepher Toldos Ieſchu*, R. *Lipmanni Carmen pag.* 80.

pudore afficiantur ob me, qui [illegible] *tui cuſtodiunt. Domine mi,* [illegible] *er-dinem,* [illegible] *Ne,* [illegible] *ignominia afficiantur ob me, qui te* [illegible] *quaerunt.* [illegible] Vicaria ſatisfactio & [illegible] ad Meſſiam ſolum erat referenda. Quare [illegible] Meſſias Patrem, ne ignominiae, quam [illegible] erat, partem derivaret in membra [illegible]. Summi Pontificis atque Sacerdotum erat, pro piis ac populo preces ad Deum [illegible]. Quid mirum, ſi ſummorum Pontificum [illegible] Pontifex pro [illegible] Dei Patrem [illegible]? Sine Dei gratia abſtracti [illegible] pii a communione Meſſiae ad [illegible] Iudaeorum. [illegible] obiicientium. [illegible] *Certe ego* [illegible] *pro-brum.* [illegible] Nomen [illegible], quod [illegible] *gii* eſt loco. [illegible] *Sam. XVII.* [illegible] rum, verberum, [illegible], Meſſias ſuſcepit perpetuum. Qui ad [illegible] habebantur, eis [illegible] ignominiae inde, [illegible], ob quam [illegible] amplius [illegible] *E.* [illegible]

IX. [illegible] En [illegible]: [illegible] *per-grini* [illegible]

pri

tri meo, ac videor eſſe alienigena filiis matris meæ. Deſignatur ſtatus hominis, a gente ac familia ſua faſtiditi ob maleficia ac delicta capitalia. Indicatur conditio hominis, ab eis deſerti, qui erant ſanguine proximi. Meſſias fuit unicus filius Patris cœleſtis ac Mariæ. Eam ob cauſam proverbialem hoc loco ſectari debemus dictionem. Quantopore Ieſus in discrimine mortis ipſo fuerit a cunctis deſertus, neminem fugit. En *comma decimum: Certe ardor amoris, quo feror in domum tuam, exedit me, ac probrorum multitudo, quibus multi te afficiunt male, irruit in me agminatim.* Per nomen קִנְאָה denotatur ſtudium, quo quis pro re amata certat, eamque ſibi ſoli it vidicatum. *Num. V, 15.* Ardebant Iudæi templum ſuum & nomen eius magnopere. At Meſſias longe ſtudioſius, pura mente quidem, amplectebatur munditiem templi ſui, ac eccleſiæ divinæ. Prius hemiſtichium in ſe & a ſeſe dictum oſtendit Meſſias *Io. II, 27;* poſterius laudavit *Paulus Rom. XV, 3,* docens, Ieſum graviſſima quæque a Iudæis ſponte ſua eſſe perpeſſum. Sequitur *comma undecimum: Et fleo cum inedia animi mei, atque hic mihi eſt opprobriis.* Animus hoc loco eſt id, quod alacritatem ac robur corporis conſtituit, ac, animam adeſſe, necdum corpus reliquiſſe, oſtendit. Per parcum victum & inediam frangebatur id omne, quod videbatur in Meſſia eſſe animatum & actuoſum. Per fletum atque cla-

mo-

morem ſignificata fuit magna calamitatum mo-les, e peccatis exortarum.

X. Procedit *comma duodecimum: Præterea in veſtem meam omnino delegi ſaccum, ac ſum illis fabula.* Inſigne triſtitiæ, ac documentum publici contemtus. Saccus erat veſtis pretii vilisſimi, e filis pilorum crasſiorum contexta. Si quis Iudæorum votum nuncupaverat, fore, ut a veſtimentis ipſe abſtineret, ei tamen permittebantur ſaccus, cortina, & cilicium. Teſtor Codicem Miſchnicum, de votis, *Nedarim*, inſcriptum, *VII*, *3*. R. *Obadia Bartenorius* ad eum locum tradidit, ſaccum, cortinam, atque cilicium, eſſe tres ſpecies pannorum crasſiorum. *Maimonides* ibidem ſaccum ſuccincte deſcripſit. Solebant Iudæi in triſtioribus ac lugubribus eventis ſe coloris obſcurioris ſacco accingere. *Gen. XXXVII*, *34*; *Pſ. XXXV*, *14*; *Ier. XIV*, *2*. Quos contemnunt proceres & ii, qui cum imperio ſunt, illi fabula vulgi fieri ſolent. Sententia, quæ late dominatur, & omnibus in ore eſt, dicitur מָשָׁל. Complexus orationis poſtulat, ut, deſignari, credamus, acroama brevius, contemtui teſtando adhibitum, atque dicterium. En *comma* porro *13*: *Præmeditatas confabulationes contra me eloquuntur illi, qui portam* (urbis) *conſesſu ſuo* (iudiciali) *occupant*, atque *modulationes, tibiis eorum iunctæ, qui potum amant, ebrietatis conciliatorem*, adverſus me ſonant.

nent. Contemtionis publicæ indicatur imago. Eis, qui præmeditantur eloquenda, vel ea ſcientes prudentesque enuntiant, tribuitur verbum הֵשִׂיחַ *Ioh. XII, 8. Pſ. CXIX, 78, CV, 2.* Inde eſt שִׂיחָה, *præmeditata enuntiatio, Pſ. CXIX, 99,* & שֵׂחַ, *enuntiatio rerum occultarum, Amoſ. IV, 13.* Ebræorum conventus frequentiores ac iudiciales erant in urbium portis, atque prope eas. Ibi forum & iudicium eſſe ſolebat. *Amoſ. V, 15.* Eum in finem ibi ſellæ collocabantur, in quibus ſederent iudices *1 Reg. XXII, 10, Pſ. CXXVII, 5, Prov. XXXI, 23, Thren. V, 14.* k) Conſeſſus eiusmodi ſolebat *circulum* referre. *Homerus* inde eum appellavit *ἱερὸν κύκλον Iliad. XVIII, 511.* Qui vero verba facturus, pro ſe dicturus, cauſamque peroraturus, erat, ſtabat in medio, teſte eodem *Homero Iliad. II, 99,* & *VII, 48.* Vox נְגִינָה denotat gingrarum ac tibiarum tractationem. Potus, qui bibentibus inſtillat ebrietatem, vocatur שֵׁכָר, Græcis l) *σίκερα.* Aegyptii eum ex hordeo, Indi ex palmarum ſucco, aliæ gentes orientales ex vitibus, dactylis, ficubus, pomis, m) frugibusque, parabant. Si ipſi nomen eſſet *ſechar*, vini aliquid ei erat

k) *I. C. Wagenſeilius ad Sotah I, 4, pag. 191, P. III Surenhuſ.*

l) *Io. Olearius* in *Tr. philolog. de Stilo N. T. pag. 66 ſeq.*

m) *Nedarim VI, 9.*

rat affuſum. Vocabulum *ſikera* frequentant Interpretes Alexandrini. Diſtinguitur vinum a ſikera *Devt. XIV*, 26. Recte *Hieronymus* n): *Hebraeo ſermone omnis potio nuncupatur, quae inebriare poteſt, ſicera, ſive illa, quae frumento conficitur, ſive pomorum ſucco, aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, certisque frugibus aqua pinguior coloratur.* *Abeneſra*, o) ſiceram fuiſſe, exiſtimat, *potum fortem. factitium ex melle, dactylis, tritico, aut hordeo.* Plura de natura ſicerae dederunt *Ioannes Guilielmus Stuckius*, p) *Ioannes Saubertus*, q) *Ioannes Rudolphus Kieslingius*, r) alii. Tantis itaque opprobriis Meſſias fuit expoſitus, ut leviſſimi quisque ingenii homo ei inſultaret, praecipue eo inſtante tempore, quo ipſe mortem piacularem erat aditurus.

XI. Progredimur ad *comma decimum quartum.* En illud: *Ad me vero quod attinet, deprecatio mea ad te* tendit, *Iehovah. Tempus* hoc eſt eiusmodi, quod *favorem ac benigni-*

n) *Epiſt.* ad *Nepotianum de Vita Clericorum pag.* 17 *Tom. I Opp.*

o) *Comment. ad Devt. XIV*, 26.

p) In *Antiquit. Convival. III*, 9, *pag.* 320 *ſeq.*

q) *De Sacrificiis Cap.* 24 *pag.* 592.

r) In *Commentatione hiſtorico-theologica de Sicera in uſu ſacrae Coenae non admittenda pag.* 18 *ſeq.* Lipſ. 1745. 4.

gnitatem exigit, o Deus, *per multitudinem beneficientiæ tuæ. Annue mihi petenti per veritatem ſalutis omnigenæ, a te proficiſcentis.* Deprecatus fuit Meſſias pro omnibus, nebulonibus ipſis peſſimis haud exceptis, pro illis etiam, qui ipſum in crucem ſuffixerunt. Deprecatus ipſe fuit pœnas, a genere humano promeritas. Expetiit ipſe opem a Patre, in ſtatu exinanitionis ac dolorum imo verſans, atque infeſtatus undique, ne dubitemus, ipſum vere pro nobis dirisſima quævis fuiſſe perpeſſum, atque ut eapropter peccata odio habeamus cane peius & angue. Procedit *comma 15*: *Eripe me ex luto, ne prorſus ſubmergar. Fac, ut ſim ereptus ac liberatus ab eis, qui odio me habent; ac a barathris aquarum.* Calamitatum dolorumque Meſſiæ magnitudo comparatur cum angore eorum, qui hærebant in luto lacus Sirbonidis, nec eum tranſire valebant, ſubſidente illo identidem, atque in abyſſum eluctaturos demittente. Confer *Diodorum Siculum I, 30.* Superficies illius lacus, tandem arenis ſuperiniectis per turbinem ventorum oppleti, videbatur humo eſſe ſimilis, ex arena quippe, per ventos eo traducta, atque aquis commiſta, indolem luti modice concreti exhibens. Inde lacus ille dictus fuit *) ים הערבה. Continuatur illa comparatio *commate 16* hunc in modum: *Ne demergat me* (mare) *eminens illud, ſpicis conſitum,*

 aquis

*) *2 Reg. XIV, 25, Ieſ. XXXV, 6, 7.*

aquis plenum infidis, neve me deglutiat barathrum, neu circumcludat ſuper me puteus os ſuum. Deſerta & barathra olim erant inter Caſii templum & Rhinocorurum in ora, mari mediterraneo vicina. Periculoſisſimus erat lacus ille Sirbonides, barathris illis s) plenus. Si qui ex imperitia loci propius accedebant, ii cum aperto diſcrimine luctabantur. Strictior enim erat alveus, faſciæque ſimilis ſitu, vaſta arenoſi littoris crepidine arenoſa undique circumfuſus. Pepetuo auſtri flatu ſpicæ, ſtipulæ, & ingens arenæ vis, eo ingerebantur, quæ ſuperficiem aquæ obſcurabant, paludisque conſpectum ita terræ ſimilem efficiebant, ut omnino aquæ haud poſſent diſcerni. Ideo multi, naturæ loci expertes, cum totis ibi exercitibus ibi abſorpti periere. Typhon ibi abſtruſus latere ferebatur. Arena ibi ſenſim calcata deorſum recesſit, & ingreſſos ſupplantavit, donec gurgite haurirentur, cœno motum corporis impediente. *Diodorum* ad teſtimonium potisſime citamus.

XII. *Comma 17* ſic habet: *Annue precibus meis, Iehovah, quia grata eſt beneficentia tua. Secundum copioſam miſericordiam tuam reſpice ad me.* Exergaſia in aprico eſt.

Opem,

s) *Relandus* in *Palæſtina I, 11, pag. 59 ſeq.* Adde *Diodorum I, 30, Plutarchum* in *Vita Marci Antonii pag. 916, Vitruvium VIII, 8, Ariſtidem Tom. III pag. 595, Herodotum, Strabonem, Plinium.*

Opem, a Deo ferendam Patre, exigebat calamitatis Meſſianæ expiatoriæ magnitudo. *Commate 18* hæc exhibentur: *Neve concede, ut lateat legato tuo vultus tuus, ſiquidem mihi eſt anxietas. Feſtina, annue mihi.* Qui nolunt ſe a petentibus conſpici, illi plerumque gratiam & favorem eis denegant, certe nolunt opem ferre. Solet Meſſias appellari עבד *miniſter, legatus*, Patris ſupremi. *Eſ. XLII, 1, Matth. XII, 18, Eſ. XLIX, 3, 6, LII, 13.* Addimus porro comma *19: Appropinqua, quæſo, ad animam meam, vindicis more eam e calamitatibus eripe: propter inimicos meos me libera.* Nomen מַעַן eſt deciſum ac amputatum ex מַעֲנֶה, & hoc ex ענה, ac deſignat *reſpectum, intuitum, rationem.* Pravitas & violentia hoſtium memoratur ac proponitur loco invitamenti ac rationis ad opem ferendam. Tantos angores exantlavit Meſſias, ut pro hominibus pœnas peccatorum, ipſamque mortem piacularem, guſtaret. *Ebr. II, 9, V, 7.* Sequitur *comma 20* hoc modo: *Tu noſti probra* obiecta, *quibus infeſtor, & pudorem meum*, res mihi exprobratas, quarum me pudet, *& ignominiam, quam tolero. In conſpectu tuo ſunt inimici mei*, qui illis exprobrationibus me appetunt, & obrutum volunt. Novit Deus & punit inimicos, qui innocentibus probra obiiciunt, ac maculas inſontibus inurere laborant. *Comma* procedit *21: Probrum*, quod mihi

[illegible]

ſiti viderentur ſubventuri, vel potius illuſuri. Cum vero, in cruce pendens, exclamaſſet, *Eli*, *Eli*, ſpongiam attulit nonnemo, plenam aceto, eiusque interventu præbuit Ieſu potionem. Acetum illud erat vappa, mortuum acidumque vinum, idque myrrhatum, teſte *Marco XV*, 23. Vinum myrrhatum magiſtri Talmudici appellarunt חמץ. Si vinum aceſcere dicitur, Talmudici adhibent formulam יַיִן הֶחְמִיץ u). Nomini ראש Alexandrini Interpretes Græci ſubſtituerunt *fel*, χολήν, *Devt. XXXII*, 32, *XXIX*, 18, *Prov. V*, 4, *Thren. III*, 15. Conſueverant Ebræi vino, quod capitis damnato, ac iamiam morituro, ſeu enecando, præbebatur bibendum, thuris, aut myrrhæ, granum admiſcere. *Maimonidem* libet audire, ſic diſſerentem x): *Educto ad mortis pœnam præbebant granum thuris in poculo vini, ut turbaretur mens eius, & ebrietatem contraheret. Tunc vero morte, quam* damnatus *ſufferre debebat, plectebatur. Poculum illud & thus - - ab eccleſia procurabantur.* Vino homines male ſani ſubſtituerunt vappam ac acetum, ne quid deficeret ipſis cavillationum & proterviæ in calamitoſum. At Ieſus bibere vappam illam, illudque poculum admittere, recuſavit, plena & lucida ratione in ipſo mortis articulo uſurus.

u) *Baba batra VI*, 3.

x) Loco laudato *Cap.* 13.

XIV. Excepit protervium Iudæorum, in Ieſum expromtam, pœna graviſſima, in eos, qui ſeſe effuſo eius ſanguine paverant maligne, congruens. Id ipſum indicatur *commatibus* 23 — 29. En decretum, in immorigeros atque ſanguinarios Iudæos promulgatum, ipſo corroboratum eventu. *Comma* 23 ſic habet: *Erit ipſorum menſa in conſpectu eorundem* converſa *in laqueum*, *& in talionem multiplicem, & in tendiculam, qua aves & feræ illaqueari ſolent*. Ab alimentis & potu oratio procedit ad menſam. Inſtrumentum illaqueandi appellatur y) מוֹקֵשׁ. Menſa Iudæorum eſt ſymbolum copioſi proventus fructuum Palæſtinæ. Regionem hanc olim ante excidium templi ſecundi ubertate ac fertilitate excelluiſſe, teſtes ſunt *Philo* z), *Ioſephus* a), *Hadrianus Relandus* b), *Iacobus Elsnerus* c), aliique. Ex eo rerum largo proventu quondam adeo animus Iudæis crevit, ut Romanos, dominos ſuos, minus obedienter haberent, ac adverſus hoſce tandem ſuſciperent rebelionem. Ad hanc compeſcendam *Nero* eis *Flavium Veſpaſianum* immiſit. Roma-

y) *Io. Simonis Arcanum formarum P. II pag.* 474, Hal. 1735, 4.

z) Libro *de Septenario & Feſtis Cap. 6 pag.* 1162, *Lib. I de Vita Moſis pag.* 638, 651.

a) *Bell. Iud. II, 26, III, 2, Tacitus Hiſt. V, 6.*

b) *Palæſt. I, 57.*

c) In Appendice ad librum: *Fortſetzung der neueſten Beſchreibung der Griechiſchen Kirche pag.* 481 *ſeq.*

Romani, ad divitias Iudæorum tunc captandas intenti, in Palæſtinam advolarunt more aquilarum, cadavera pinguiora & proiecta carpentium. Copioſæ Iudæorum facultates ceſſerunt ipſis in laqueum, quo ſunt capti, in præmium ob ſtultitiam; qua Ieſum Meſſiam mendaciis, infamia, crucis ſupplicio, ipſaque potione mucida ac acida, cui fel admixtum erat, onerare ſtuduerant. Tendicula atque decipula erat Palæſtinæ ubertas. Hanc ita expilarunt avidi Romani, ac præcipue eorum procuratores d), ut, templo per *Titum* everſo, nec Iudæis commodus porro in Palæſtina commorandi locus, nec regioni fertilitas, e) ſupereſſet. Regio illa certe ex eo tempore dudum tam deſerta ſterilisque iacet, ut ne hilum quidem ſplendoris priſtini priorisque fœcunditatis in eo amplius appareat. Menſa maior, dapibus inſtruendis apta, deſignatur per nomen שֻׁלְחָן. Litera enim *Nun*, nominibus in fine adiecta, denotat acceſſionem f) & magnitudinem. Menſa maior ac convivalis ad copiam & ubertatem familiarem deſignandam ac oſtentandam congruit. Nomen שָׁלוֹם per ſeſe index eſt *ſalutis, numeris ſuis abſolutæ*, quam Iudæi ſibi ſole-

Cc 5

d) *Philo de Legatione ad Caium pag. 1033 ſeq.*
e) *Mal. III, 24.*
f) *Val. Ern. Læſcherus de Cauſis linguæ Ebrææ pag. 406, Hillerus* in *Hierophytico P. I pag. 352 ſeq.* D. *Michaelis* in *Annot. Bibl. Hebr. ad Pſ. LXVIII, 32,* Io. *Simonis* in *Arcano formarum pag. 564 P. II ſeq.*

ſolebant mutuo apprecari, utentes nomine *ſchalom.* Inde accidit, ut ſignum pro re deſignata caperetur, ac *ſchalom* denotaret *ſalutationem* ac *reſalutationem*, generatim *retributionem* atque *talionem*. Eam ob cauſam ſpecies ſacrificiorum quædam, quibus Deo reddebatur gratiarum actio pro beneficiis acceptis, nomine *ſchlomim* venit, quaſi dixeris *retributiones*, *mutuas redditiones*. *Paulus* hoc inciſum repetiit Græce *Rom.* XI, 9, hunc in modum: Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς. *Paulus* id לְפְנֵיהֶם, *in conſpectu illorum*, omiſit, ſiquidem ad ſcopum, quem ſibi propoſuerat, vocabuli illius ſonus nihil confert. Pro nominibus duobus Hebræis, quæ *laqueum* & *tendiculam* denotant, adhibuit tria nomina; παγίδα, θήραν, σκάνδαλον, *laqueum*, *tendiculam*, *offendiculum*, indicans per adiectum nomen eam fati conditionem, quæ Iudæis contigit, ac uſu evenit, laqueum induentibus. Offenderunt enim ipſi ad tendiculam propoſitam, nec eam evitarunt. Nomen *retributionis multiplicis*, *talionis*, *Paulus* ultimo poſuit loco, ut ordinem rei geſtæ declararet. Ubertas enim, & enata inde Iudæis ferocia, fuit laqueus, eis inſidias ſtruens. In ferocem belluam congruit θήρα. Offendit ad eam natio Iudaica. Eo ipſo præmium ob ſtultitiam gens tulit efferata. Ebræis modus eiusmodi in allegandis ſacrarum litera-

rum

rum locis eſt perquam g) tritus ac familiaris. Ipſi enim nunc verba aliquot expoſitionis gratia addunt, nunc ea transponunt, nunc nonnihil pro ſcopo ſuo demunt.

XV. Monet nos, ut progrediamur, *comma 24.* En illud: *Porro oculi ipſorum erunt tenebricoſi, quo minus videre valeant: immo lumbos eorum in dies fac vacillare.* Iudæi, iugum Romanum excuſſuri, tam perverſa iniecrunt conſilia, ut perniciem ſibi contraherent non præviſam. Hæc erat ſtultitiæ merces ac præmium. Ipſi oculos Meſſiæ in cruce reddiderant caligantes. Oculi ipſorum viciſſim caligabant. Hæc erat iuſtiſſima ob iuſtiſſimum, atrociter ad pœnam poſtulatum, talio. *Titus* ipſe ex ipſo belli eventu didicit, proceres Iudæorum, ſeſe vindicatum euntium, ſana privatos h) mente fuiſſe, ineptosque ad cernendum ſalubre aliquid, vel admittendum. Ipſi paraverant innocenti ſupplicium. Ipſi poſtea in ſupplicium ſui incurrebant. Hæc erat talio. Lumbi ipſorum, armis ſuccincti, nil adverſus Romanos valebant, licet Iudæi numero præſtarent. Quotiescunque hi cum illis congrediebantur, toties Iudæi proſternebantur pavore perculſi. Fatigaverant Iudæi Ieſum. Eapropter ipſi, potentia Romanorum prævalente, fatigati

g) *Guil. Surenhuſius* in Βίβλῳ καταλλαγῆς *pag. 70, 71.*

h) *Ioſephus de Bello Iud. VI, 3, §. 5, pag. 283.*

tigati ſuccubuerunt hoſtibus, viribus exhauſti. *Paulus* locum hunc ea ætate repetiit ex Alexandrino interprete, qua Iudæorum feralis a Romanorum ditione ſecesſio inſtabat. En *Rom. XI, 10*, & verba: Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον, *obtenebrati ſunto eorum oculi eo eventu, ut haud cernant eis. Et tergum ipſorum indies incurva.* Lumbis ſubſtituuntur in Græco *terga*, ſiquidem conſtitutio lumborum a dorſi ſpina dependet. Dorſo exhauſto ac diſſoluto, exhauſti etiam & diſſoluti ſunt lumbi, ac vacillant. Lumbis Alexandrinus Interpres Græcus peræque ſubſtituit *dorſum Pſ. LXVI, 11.* Eosdem LXX *Paulus* ſequitur *Rom. XI, 10*, verſantes quippe in manibus Iudæorum, Græce loquentium. Solent Iudæorum doctores i) inter allegandum exprimere verba Codicis ſacri per alia affinia, & ſenſus efficacioris plena, vocabula. Hagiographa, in quibus Pſalterium refertur, a demonſtrationibus, quas Iudæi e Codice ſacro depromſerunt, haud fuerunt k) aliena. Sunt, qui ex loco *Pauli Davidico*, & inprimis ex vocabulo תמיד διαπαντὸς, ſeſe adduci patiuntur, ut, inſtare nationis Iudæorum maiorem ac ſatis amplam ad Ieſu Mesſiæ doctrinam converſionem, inſi-

i) *Surenhuſius pag. 81 ſeq.*

k) *Schabbath XVI, 19, pag. 52, Mgillah pag. 387 ſeq. P. II Miſchnaioth Surenhuſii. Surenhuſius* idem in Βιβλ. καταλλ. *pag. 49.*

inficientur. Mihi tam lynceo eſſe haud licet, ut nervum huius argumenti comprehendam. Ad illos Iudæos vaticinium hoc ferale haud patet, qui partes maiorum, a Jeſu Meſsia averſorum, haud fuerunt amplexi. Teſtor illos Ebræos, qui iam Apoſtolico ævo nomen Ieſu Chriſto dederunt. Iudæi, qui in delicta maiorum, Ieſum averſatorum, conſentiunt, pœnas incurrunt, immorigeris ac malignis Ieſu hoſtibus ſtatutas; reliqui haud æque. Quamprimum Iudæi renuntiaverint illi conſenſui, pœnæ locus non eſt amplius. Sacrificium iuge, ſeu quotidianum, תמיד, deſiit inter Iudæos, everſo per *Titum Veſpaſianum* templo Hieroſolymitano. Tantum abeſt, ut ob id vocabuli exiſtimandum ſit, ſacrificium illud nunquam deſiiſſe, nunquam ſublatum iri.

XVI. Hinc gradum promovemus ad *comma* 25. En eius interpretationem Latinam: *Effunde ſuper eos indignationem tuam ita, ut æſtus iræ tuæ corripiat illos.* Tanta refractarios Iudæos manent mala, & manſerunt iam olim ante templi excidium, eo quod ab obſervatione & cultu legum Dei per cæcitatem diſceſſerant, teſte *Joſepho* l), qui calamitates Iudæorum, contumacia & improbitate commeritas, copioſe m) executus fuit. Nomen עֵדִים indicat *teſtificationem, quæ luculente ſignificat, nobis rem, aut*

l) Procem. *Antiqu. Iud. Tom. I ∫. 3 pag. 4* edit. *Haverkamp.*

m) *De Bello Iud. VI, 1, ∫. 1, 2, pag. 567 ſeq.*

aut factum, haud probari; quin potius a nobis deteſtatione interpoſita faſtidiri. *Iob. II. 6.* Effuſio indignationis eſt nota ſtomachi faſtidientis, qui res ingratas, ac felle imbutas, reiectat & evomit. Indignatio deſignatur graviſſima & vehementiſſima averſatio. Symbolum hoc paſſim eſt obvium, e. g. *Zephan. III, 8, Pſ. XXXVIII, 4, Ezech. XXI, 36.* Si Deus facta hominis haud probat, atque ea illi prorſus diſplicent, homo improbus nuſpiam perſiſtit incolumis. *Neh. I, 6.* Nomen חָרוֹן exiliit ex חרה, *incaleſcendo, fervorem concipiendo.* Unde ira, quæ magno comitata eſt æſtu, appellatur n) חרי in חָרוֹן. Hinc intelligere, ac diſtincte comprehendere, licet ſenſum locorum *Hoſ. XI, 9, Pſ. LXXVIII, 49.* Nomen אַף proprie *naſum* ſignat tum apud Ebræos, tum inter Arabas, qui literam *nun* extritam o) retinuerunt. Affectuum maior, quam hominibus animantibusque noſtris, eſt inter Orientales vehementia. Eius, qui ibi admodum iraſcitur, nares fumum igneumque vaporem evolvunt ac extrudunt. *Pſ. XVIII, 9.* Symbolis hiſce ſignificatur, Deum Iudæos, gratia fœderali abundantiori delectos uſosque, vehementi atque inſigni averſationis declaratione, minus quippe ſibi probatos, repudiaſſe, & pœnis per ius talionis cumulaſſe. Lenitati ac patientiæ Dei illuſe-

n) *Aruch fol. 65, 1*

o) *Golii Lex. Arab. col. 172.* Lugd. Bat. 1653. fol.

luſerat natio Iudæorum, in Meſſiam tumultuantium. Gratia igitur fœderalis ab eis diſceſſit. Audita fuit vox illa excedentis templo Dei: *Diſcedamus inde*. Incidit hæc vox in Pentecoſten, qua Ieſus Meſſias templum novum ſuum, chariſmatibus ac inauguratione per Spiritum Sanctum, conſecravit. Deo enim quis unquam impune illuſit?

XVII. Pergendum eſt ad *comma 26*. En illud: *Eſto domicilium eorum devaſtatum: in tentoriis eorum ne eſto incola.* Nomen טִירָה poteſtate indutum eſt *palatii excellentis ac muniti. Cant. VIII, 9. Caſtella minora* appellantur קבנים p) כירין. *Palatium excelſum* magiſtri Talmudici vocant טירה גבוה. Origo vocabuli reſidet adhuc in lingua Arabica. Arabibus enim دار idem eſt, ac *gyrum egit, in orbem ſeſe vertit, circumiit.* Unde *dâr* & *dârab* eſt *locus, per ambitum cinctus, ac circummunitus.* Latini *urbem* æque appellarunt ex circuitu, ſeu *orbe*. Syri templum ac locum, cuius circuitus eſt clauſus, vocant דירא. Intellectu facile eſt, deſignari in hymno noſtro ædem Hieroſolymitanam præcipue propterea, quod Iudæi modo excellentiori id vocare *domum, palatium, munimentum*, conſueverant. *Agrippa Maior* Rex id triplici muro circumdederat, teſtibus *Ioſepho* ac *Tacito*. At, *Tito* urbi

p) *Maccoth f. 10, 1, Ialkut f. 193, 3.*

q) *Golius l. c. col. 882.*

bi imminente, Iudæis finem tumultuandi haud facientibus, ſed templo potius ignem inferentibus, Romanis primo incendium inhibituris, r) tandemque ad permittendum adactis, templum id deflagravit, atque cum urbe in ruinas converſum fuit. Agnovit eo ipſo *Titus Veſpaſianus* iram Dei in Iudæos. Cum enim ipſe Hieroſolyma intraſſet, inter alia miratus fuit urbem ob eius olim firma opera & turres, quas per vecordiam deſeruerant tyranni. Deinde, perpendens & contemplatus ſolidam earum altitudinem, & ſingulorum lapidum magnitudinem ac exactiſsimam coagmentationem, tum qua latitudine eſſent, tum qua longitudine, *Deo*, inquit s), *favente bellavimus, Deus eſt, qui Iudæos ex iſtis munimentis detraxit; nam humanæ manus ac machinæ quid contra tales turres valeant?* Ad paſcha celebrandum confluxerant e remotiſsimis orbis terrarum partibus Iudæi. Ita quaſi in carcerem maxima nationis pars coiit atque concluſa eſt, urbemque viris refertam conſtrinxit vindicta Dei, & exſtinxit bellum. Ita Deus Iudæos univerſos undiquaque coercuit ac concluſit intra peccati pœnam, atque eos expoſuit ruinæ & vitæ per orbem vagæ, ut eorum pervicaciam frangat, & reliquias ad venerandum Meſsiam adducat.

Cre-

r) *Ioſephus de Bell. Iud. VI, 4, §. 6, pag. 386, Gorionides VI, 53.*

s) *Ioſephus l. c. VI, 9, §. 1, pag. 398, Tom. II Haverkamp.*

Crediderat falſo *Ioannes* tyrannus t), civitatem Dei Hieroſolymam exſcindi haud poſſe. Tanta mentes Iudæorum obfuſcaverat caligo. *Tentoria*, אהלים, prænuntiantur eis, qui conſederant olim in urbe munitisſima. Deſignatur inſtans eorum mobilitas, vaſtatio urbis, diffuſio per exteras regiones. Haud patuit ex eo tempore ullum Iudæis templum Hieroſolymitanum, & fruſtra id inſtaurare conſtituerunt *Bar Cocab* u), *Iulianus* Imperator x), ac Pſeudomesſiæ. Jeſus conciſe: Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, *relinquitur vobis illa domus veſtra vacua & deſerta. Matth. XXIII, 38. Luc. XXI, 24.* Deſignari ab eo templum Hieroſolymitanum potisſime, idque vaſtatione exſcindendum, nemo non libens dabit & fatebitur. Repetit Jeſus verba hymni noſtri. Loca, a cultu humano vacua, dicuntur ἔρημα & ἐρημίαι. Indicat Jeſus Mesſias excidium templi, idque a Iudæis haud reparandum. Momentum poſterius elucet ex vocabulo ὑμῖν, *vobis*. Urbe principe everſa, Iudæi, quorum maxima multitudo iam interierat intra obſidionis calamita-

t) Idem *VI, 2, §. 1. pag. 374.*

u) *Euſebius H. E. IV, 6, Io. Henr. Hottingerus Hiſt. eccl. N. T. pag. 65 ſeq. P. I.* Hanoviæ, 1655, 8.

x) *Ammianus Marcellinus Lib. XXIII, Iulianus* Imperator *Ep. 25, Chryſoſtomus Orat. adverſus Iudæos III, pag. 435, Sozomenus V, 2, Socrates III, 20.*

mitates, ad ſupplicia abſtracti paſſim, Romam alii deducti ad materiem triumpho exhibendam, alii per exitia diſiecti, ſoloque Palæſtinæ fertiliſſimo exuti maximam partem. Templo præterea Heliopolitano, intra Aegyptum ad alveum Nili Bubaſticum conſpicuo, Iudæos carere iuſſit *Flavius Veſpaſianus*, qui id ipſum a *Lupo*, Alexandriæ rectore, donis ſacris inde ablatis, obſerari y) iuſſit. Deſtruxit id tandem *Traianus* z), certe *Adrianus* a).

XVIII. Procedit *comma* 27. Subiicitur pœnæ, divinitus Iudæis irrogatæ, ratio. En illam: *Certe eum, quem tu percuſſiſti, inſectantur tanquam hoſtem: & ad dolorem eorum, qui tui ſunt contuſi ac confoſſi, narrando ſe exercent.* Vocabulum כאב denotat *dolendi* ſenſum. Retinuerunt eam verbi poteſtatem Chaldæi ac Syri. Arabes id adhibent b) de illo, qui mœſtitia & dolore languet. Qui inſectantur hoſtem, eis proprium eſt verbum רדף. Per *confoſſos tuos* (Dei cauſa occiſos) deſignantur Jeſus, illius Apoſtoli, & Chriſtiani martyres, in quos Iudæi quævis duriora expromſerunt. Non alienum eſt, Meſſiam appellari חסידים, *ſanctos*, c), ſiquidem ipſe eſt inſtar omni-

y) *Ioſephus de Bello Iud. VII, 10, pag. 434 ſeq.*
z) *Gem. Hieroſol. Succah f. 55.*
a) *Theodorus Haſæus* in *Diſſ. de Templo Heliopolitano*, Bremæ, 1730, 4.
b) *Golius Lex. Arab. col. 1992.*
c) *Pſ. XVI, 10, CXVI, 15.*

omnium ſanctorum; nam per eum, quotquot ſunt ſancti, redditi d) fuerunt ſancti. Quam ob cauſam id haud foret auditu intolerabile, ſi, per *confoſſos* hoc loco denotari, crederemus, unum illum *transfixum* & *perfoſſum*, qui, in cruce latus perfoſſus, omnes, debitis ac reatu culpæ pœnæque gravatos, repræſentavit e). Vis ac nervus exergaſiæ ſic ſuadet. Enuntiati enim prior pars memorat eum, quem Deus percuſſit. Quatenus tamen Jeſus eſt corporis ſui myſtici caput, non poſſunt membra eius inde excludi, quæ in communionem exquiſitiorum calamitatum ob profeſſionem doctrinæ Chriſtianæ venerunt. *1 Cor. IV, 13, Col. I, 24, 2 Tim. II, 10, 11.* Iudicia Iudæorum frivola, in ſupplicium Jeſu inflictum proterve effuſa, hic enarrare haud libet. Partem eorum complexus fuit *Ioannes Chriſtophorus Wagenſeilius* in *Telis igneis Satanæ*. Vocat nos *comma 28*. En eius Latinam interpretationem: *Statue pœnam ſuper pœnam eis debitam, quæſo, nec venient cum iuſtitia tua.* Ratio copiæ & multitudinis pœnarum, Iudæis incubantium, ex eo arceſſenda eſt, quod Iudæis libuit ſuam, non Dei, eiusque regni, ſeu œconomiæ ad ſalutem hominum divinitus definitæ, quærere iuſtitiam, *Rom. IX, 31, 32.* Ipſi non accedunt ad Deum, vicaria Meſſiæ

 expi-

d) *Ebr. V, 9, II, 11, 13.*
e) *2 Cor. V, 14.*

expiatione muniti. Plurimi eorum ee) ne quidem amplius ſperant Mesſiam, nec eius opem ſibi profuturam credunt. Ipſi ſuam & quærunt & iactant iuſtitiam, licet miſericordiam & adiumenta Patriarcharum meritoria implorent, ieiuniis ſe excrucient nonnunquam, & cerimoniarum quarundam ſine mentis puritate & ad eam emendatione rigidi ſint cuſtodes. Nomen עָוֹן manavit ex עָוָה, *perperam agendo*, & in Niphal, ex *more incedendi tortuoſo*. Peccatores omnino ſunt ſimiles eis, qui, de recta deflectentes via, vagantur huc illuc, præcipitiis expoſiti. Si ad effectum attendimus, deſignatur ſimul caſus in præcipitia. Deus eos permittit tortuoſis ipſorum conſiliis. Inde ruunt in pœnas, cum perverſitatum malis admisſis copulatas. Qui ſibi, non Deo, vivere contendunt mordicus, eorum eſt, meſſem ſuam colligere, prouti ſementem fecerunt. Iudæi, ſi plurium incas cenſum, haud receperunt Jeſum. *Io. I*, 9. Permiſit ipſos, ad virtutem regni cœlorum inflexibiles, Deus iuſtisſimus deſtinationibus ſuis perverſis. Tentarunt ipſi inuſitatam atrociam in Jeſum. Moliti fuerunt ipſi inauditam ferociam in Romanos. Exinde pœnam

ee) R. *Ioſeph Albo* in libro *Ikkarim Orat. I*, 4, *f.* 16, *Tobias*, Medicinæ Doctor, in Codice *Miſpar haolemot f.* 12 *col.* 1, Jesnitii, 1721, R. *Simeon Kajira* in *Halachot gdolot*, teſte *Abarbanele* in *Roſch Amanah c.* 22 *f.* 30 *col.* 1. Conf. *I. C. Wolfii Bibl. Hebr. Tom. I pag.* 1146.

niam aliam ſuper aliam ſibi contraxerunt, quam poſteri ipſorum, delictis parentum per conſenſum gaudentes, in hunc usque diem luunt.

XIX. *Comma 29* ita interpretamur: *Delebuntur ex libro viventium, nec ſimul cum iuſtis ſcribentur.* Vita hoc loco non deſignat felicitatem externam, quemadmodum regio Canaan alias appellatur *terra vitæ*, ſeu *viventium*, *Pſ. CXLII, 6, Ieſ. XXXVIII, 11, Pſ. XXVII, 13*, ob ubertatem & vitæ huius tranſigendæ commoda, nec non facultatem vivendi vitam Deo dignam. Deſignat potius decretum, quo Iudæi, qui hoſtes ſunt Jeſu Meſſiæ, a gratia fœderali & fructu promiſſionum, de Cananæa tenenda obtentarum, immo, niſi reſipuerint, ab aeterna felicitate, excluduntur. Decreta hominum ſolent libris inſcribi, ac literis prodi memoriae, ne oblivione conterantur, neve ex memoria hominum effluant. Milites, qui ſacramentum violant graviter, immo cives eiusmodi, ex recenſu, ſeu albo, delentur. Ita decreti exſtat indicium. Deus eſt omniſcius. Symbolo, humanae menti conſueto, natura decreti, quod Deus in contumaces Iudaeos ſtabilivit, illuſtratur. Solent Iudaei Deo ex more antiquisſimo tres tribuere libros. Referunt ipſi, a Deo operiri unum anno ineunte, cui ſint inſcripti homines prorſus impii; ſecundo libro inſertos conſpici perfecte iuſtos; tertio inſcriptos eſſe medioximos. Dabo Lectori, ut fidem faciam, teſtimonium ex Gemara ad Codicem miſchni-

cum de Principio anni, *I*, ſ. 2, ſic conformatum f) Latine: *Qui perfecte iuſti ſunt, ſtatim inſcribuntur in libro vitæ ac obſignantur: qui prorſus ſunt impii, ſtatim ad mortem condemnantur & obſignantur. His, qui partim pii, partim impii, ſunt, usque ad diem expiationis* (decimum diem ab ineuntis anni Calendis) *dilatio datur. Si vero digni reperti ſunt, inſcribuntur in libro vitæ; ſin minus, ſtatim ad mortem condemnantur ſecundum illud Pſ. LXIX, 29: Deleantur e libro vitæ, & cum iſtis ne ſcribantur.* Deleti ſunt omnino Iudaei perpetuo refractarii e libro vitae. Facti ſunt *Lo-Ammi.* Expuncti ſunt ex albo eorum, qui vivunt vitam Deo congruentem. Vivunt ipſi, at vivi ſunt mortui. Deleti ſunt ex recenſu eorum, qui in promiſſorum huius vitae complexum quondam erant immisſi. *Hoſ. I, 9, Rom. X, 25, 26.* Ne de hac expoſitionis indole dubitemus, in cauſa eſt exergaſiæ vis ac poteſtas. Id enim, quod appellatur *deletio ex libro vitæ*, paullo poſt vocatur *ſcriptionis cum iuſtis omiſſio*. Scripti fuerant Iudæi antea in libro, ſeu catalogo, qui exhibebat membra populi, Deo dilecti. At, ex quo ipſi ſe gratia Dei excellentiore & fœderati præſtiterunt prorſus indignos, ex numero fœderatorum Dei populique divini culpa ſua exciderunt ac deleti ſunt.

f) *Henricus Houting* ad *Roſch hasſchanah*, ſeu *Tr. miſchnicum de Feſto novi anni*, *pag.* 39. Amſtelod. 1695. 4.

ſunt. Iſraelidae genuini, qui in fœdere cum Deo perſiſtunt, vocantur & *viventes* & *iuſti*; qui illud violarunt, ii ſunt & mortui & iniuſti, ἀπειϑεῖς. Liber viventium eſt recenſio & complexus hominum, qui in fœdere Dei cenſentur, quocum inter Iudaeos priores coniunctae erant promisſiones, Patribus impertitae, ac Palæſtinis bonis affixae, Qui vero Iudaei in Ieſum Mesſiam hoſtili animo inſurrexerunt, ac eo in poſterum animo fuere affecti, illi & fœdere & Cananææ poſſesſione exciderunt, licet a parte Dei fœdus illud perſtiterit inviolatum. Ex eodem catalogo voluit *Moſes* ſe expungi, niſi Deus Iſraelidis gratiam delicti eſſet facturus. *Ex. XXXII, 32.* Vidit *Moſes* poſthæc partem deſiderii ſui impletam. Ipſe enim Cananaeam haud ingreſſus fuit, nec promisſi divini, ad Cananææ poſſesſionem ſpectantis, eventum plene guſtavit.

XX. Ad partem hymni tertiam feſtinare nunc eſt animus. En *comma triceſimum: Ego ſum omnino egenus & languens. Salus, a te conſtituta, Deus, evehet & in altum allevabit me.* Illa ſalus, quam Deus conſtituit, & quae languentes extollit, eſt ipſe Mesſias. Et eam ob cauſam non Mesſias ipſe hic loquens inducitur, ſed *David* potius, ex regia Zionis eiectus, & rebellione ſuorum afflictus. En *comma triceſimum primum: Studioſe laudes nominis Dei interventu cantici prædicabo,*

 ac

ac ipſum declarabo eſſe maximum, interventu publicæ laudum confeſſionis. Sanctitas & iuſtitia Dei perſpiciuntur ex pœna, peccatis propoſita, ex ærumnis, per Meſſiam ob peccata noſtra toleratis, ex Iudaeorum contumacium ruina. Sapientia Dei elucet ex beneficio, quo Deus nobis gratiam peccatorum facit per fiduciam noſtram, in expromiſſorem collocatam. Bonitas eiusdem ex ſalute, per id exorta, cognoſcitur. Perfectiones ac omnis præſtantia Dei declarantur per eius nomen. Has dum perpendimus, verbis hymnisve declaramus, ac in actionum moralium momenta convertimus, Deum laudare & amplificare dicimur. En comma triceſimum ſecundum: *Idque gratius eſt Deo, quam bos iuvencus cornutus ungulatus.* Deſignatur bos, ſacrificio habilis. Nam פַּר eſt pecus bubulum g) intra triennium. Loco victimarum, ex bubulo genere deſumendarum, *Hoſeas* vates Deo promiſit hic gratiarum actiones atque laudationes, exilio Iudaeorum conformes, & in regno Meſſiae ſacrificiis cruentis ſubſtituendas. *Cornu* eſt Ebraeis קֶרֶן, Arabibus *kärn.* Id vero, quod cornutum eſt, Ebraei nominant מַקְרִן. Nomen id praeterea in V. T. haud legitur. Iidem *ungulam fiſſam* appellant פַּרְסָה, & hoc vocabulum ſubaudiunt exhibito vocabulo מַפְרִיר. niſi diſtincte appareat vocabulum utrumque. Hoc factum eſſe,

g) *Abarbanel Præf. ad Leviticum XIV, 2, Ebr. XIII, 15, Pſ. LI, 17, 19, L, 14.*

ſe, intelligimus *Lev.* XI, 4, 6, 7, *Devt.* XIV, 5, 7, 8. Si quid enim bubuli pecoris nondum eſſet cornutum, vel non haberet, ob quiddam monſtroſi, fiſſas, ſeu bifidas, ungulas, illud per legem in ſacrificium offerre haud licuit. Pietas vero, in laudes Dei ſeſe effundens, Deo h) gratior eſt, quam ſacrificium rite ac legitime peractum. Illa enim officium complectitur, quod eſt ſempiternum, hominibusque perpetuo ſalubre; hoc vero expediri poterat citra animi emendationem, in qua tamen conſiſtit religionis Deo probatae apex & principatus. Norunt id ipſi Iudæi, docentes i) luculente, ſacrificia univerſa, ſacrificio laudis excepto, temporibus Mesſiae eſſe ceſſatura. Cur igitur, Iudaeos in Palaeſtinam redituros eſſe unquam, exiſtimabimus?

XXI. *Vident manſueti & afflicti*, *comma* procedit *tertium & triceſimum*, *atque* propterea *laetabuntur*. *Ii* ſcilicet vident, *qui data opera Deum affectantur*, *& vivet animus ipſorum*. Quid vero vident? Exitu ipſo illos *David* praedicit mox ſenſuros eſſe, Deum a meliori ſtare cauſa & repoſiturum eſſe ſpes *Davidis* in ſolium regale, ab *Abſalomo* occupatum. Maxima hominum, praecipue minus facinoroſorum, pars affectabatur *Davidem*, ideo-

Dd 5 que

h) Id agnovit *Philo* περὶ θυόντων *pag* 84**9** D, 85 B.

i) *Vajikra rabba ſect.* 9 *f.* 159, *Tanchuma f.* 55, 2.

que in ſocietatem doloris cum hoc veniebat, pro hoc ad Deum ſuſpirabant, cum hoc calamitates ſuſtinebant. At, *Davide* reſtituto, ipſi animum recipiebant, reviviſcebant animo, & laetitia perfundebantur. En *comma* porro *triceſimum quartum: Omnino reſpicit Deus indigos opis, nec vinctos faſtidit.* Hinc intelligitur, *Davidem* ea tempeſtate, qua hunc hymnum in literas redegit, fuiſſe opis Dei indigum, ac vincto ſimilem, at e calamitatibus, *Abſolomo* victo, emeriturum. Id ipſum Meſſiae redivivi, ac de hoſtibus ſuis triumphantis, eſt imago. Subiicit univerſa canentium multitudo epinicion dulciſſimum, a *Davide* iam praeviſum. En epiphonema, laudibus in Deum liberatorem refertisſimum. En illud *v. 35: Laudibus afficiant eum cæli & terra, maria, & quicquid ſeſe progrediendo commovet in eis.* Animus *Davidis* exultat gaudio in mediis belli procellis. Tanta eum fiducia ex theſauris gratiae Dei implevit.

XXII. Pergit *Davides* fiduciam praeferre in *ſexto ac triceſimo commate*, ſic canens: *Certe Deus ſalute impertiet Zionem, & conſtruet oppida Iudæ. Nam redibunt eo, & occupabunt illa iure hæreditario* illi, qui Deo ſtudioſe adhærent. Fugiebant cum *Davide*, & militatum abibant, quotquot cum eo faciebant. *Davides* ipſis promittit divinitus victoriam & reditum, Zioni apprecatur & praeſagit ſalutem, a rebellibus vindicatam, atque incolis tribus Iudae,

qui

qui *Davidem* ſequebantur, reditum & diuturnam in oppidis ſuis pacem urbiumque incrementa, ductore Spiritu Sancto ſic docente, praevidet. Addit idem in *commate ſeptimo ac triceſimo* haec: *Adde, quod progenies ipſius ſervorum, qui Deum aſſectantur, ipſam Zionem poſſidebunt: &, quotquot ipſum nomenque ipſius amant, tentoria & domicilia in ea habebunt.* Zion fuit ſedes *Davidis* regia, ſymbolum regni ac eccleſiæ. En prædictionem de pace ſecutura diuturna, quæ poſtea incolas, regnante porro *Davide* ac *Salomone*, refovit. Quanto excellentior & præſtantior eſt pax, quæ amatores Dei ſub regno filii *Davidis*, Mesſiæ, fovet, & intra eccleſiam identidem inter ipſas calamitates ac poſt eas refocillat!

II.

M. IOANNIS LVDOVICI SPOERLII COMMENTATIO DE ABRAHAMO, AD VIDENDVM CHRISTI DIEM ADMISSO, AD ILLVSTRANDVM LOCVM *IO. VIII, 56.*

I.

Inter præſtantisſimas alias & gravisſimas oratio-

tio-

unt plerique interpretum, in quamnam partem hac in re transgredi trahique velint, aut debeant. Multas quoque multi excogitarunt explicationes, quæ quidem ingenio non deſtituuntur, quæ vero, ſub examen revocatæ rigoroſum, locum invenire non poſſunt, & nudarum coniecturarum nomine merito inſigniuntur. Non deſunt, qui multarum huius *commatis* interpretationum collectionem exhibuerunt, in quibus eſt *Ioannes Chriſtophorus Wolfius*, a) aliique, ab eo excitati, Theologi. Nos potiſſimas tantum his de verbis ſententias recenſebimus, eo conſilio, ut noſtra deinde expoſitio, alias iuxta poſita, eo clariori luce radiare posſit. Sunt, qui ſub illo Chriſti die, ab *Abrahamo* viſo, omne tempus ἐνανθρωπήσεως eius, adeoque nativitatis, geſti muneris, pasſionis, item reſurrectionis & adſcenſionis in cœlum, intelligunt, verum duplici ratione. Alii enim, in quorum numero etiam ſunt *Vitringa* b), *Markius* c), *Altingius* d), mentalem hic ſibi tantum fingunt viſionem, quæ cognitione, contemplatione, & deſiderio promiſſionum de Chriſto, *Abrahamo* factarum, &, uno verbo, fide *Abrahami* in mundi Servatorem ſalutari, abſoluta fuerit; alii de corporali quadam

a) In *Curis philologicis & criticis ad h. l.*
b) In *Obſervatt. SS. Lib. II pag. 126.*
c) In *Exercitatt. Scripturar. Exercit. XIII pag. 368 ſeq.*
d) *Oper. Tom. V pag. 86, & Tom. IV pag. 24 ſeq.*

dam viſione dictum accipiunt, quam benigniſſimum Numen huic credentium patri, adhuc viventi, ex ſingulari gratia conceſſerit, & in qua Chriſti perſona, prout naſciturus erat ex virgine, ſimulque potiora miniſterii eius opera, paſſio item, mors, ac exaltatio, per vivacem quandam, fortiſſimam & extraordinariam repræſentationem, exhibita *Abrahamo* & monſtrata fuerint. Hanc interpretationem a B. *Wolfgango Franzio* e), & *Salom. Glaſſio* f), ipſoque *Io. Chriſtoph. Wolfio* g), adoptatam, a S. Rev. D. *Chriſtoph. Aug. Heumanno* h), incluto Gœttingenſium Theologo, vero erudite exornatam, tueri etiam, ſuoque probare calculo, videtur B. *Io. Reinh. Ruſſius* i), qui mentem ſuam ſequentibus verbis declaravit: *Nobis eorum præferenda videtur ſententia, qui diem Chriſti in ea hic latitudine accipiunt, ut cum nativitatem, tum converſationem in terris, mortem denique, ipſamque reſurrectionem, ſub ſe comprehendat — —. Viſionem autem, non tantum mentalem, quæ & aliis obtigit, hic κατ' ἐξοχὴν aſſertam a Chriſto, ſed corporalem ſimul, intelligimus, eodem modo, quo* Luc. X, 23.

e) Cuius verba vid. apud *Wolf. l. c.* & *Glaſſium Rhet. S. pag. 59.*

f) Loco excitato.

g) Loco cit.

h) In *Bibl. Brem. Cl. I. pag. 481 ſeq.*

i) In *Harmonia Evangeliſtarum Tom. II pag. 474 ſeq.*

X, 23. *Prærogativa igitur aliqua huius credentium patris*, Rom. IV, 11, *indicatur præ aliis fidelibus. Nec quippiam obſtat, quo minus dicamus, peculiarem ipſi quoad hæc revelationem contigiſſe, literis licet non conſignatam, notam tamen ſatis inter Iudæos ætatis Chriſti*, &c. Aliam hac in re ingrediuntur viam alii, ſummi etiam nominis Theologi, phraſin hanc ſpeciatim vel de die nativitatis optimi Servatoris, vel de die glorioſo reſurrectionis ipſius, accipientes; quorum prius adſtruxit Lipſienſis Academiæ decus, S. Rev. D. *Chriſtoph. Wollius* k), poſterius vero Perilluſtris Gœttingenſium Cancellarius, *Io. Laur. a Mosheim* l). Communiſſima ceterum noſtratium de hoc *commate* ſententia eo redit, hunc Meſſiæ diem non de ſpeciali aliqua & ſingulari hiſtoria explicandum eſſe, ſed plura, quæ *Abrahamo* obtigerant, ſimul complect, qui vocis ſignificatus utique latiſſimus dici debet. Hinc referunt ad eum omnes *Abrahamo* factas promiſſiones divinas de adventu & œconomia Meſſiæ; apparitiones porro Meſſiæ ipſius, *Abrahamo* plus vice ſimplici conceſſas, cui nimirum, tanquam iudex univerſæ terræ, *Gen. XVIII*, duobus creatis angelis ſtipatus, & alibi

k) In Diſſ. habita Lipſiæ A. 1741. quæ inſcripta eſt: *Apologia pro vera divinitate I. C. ex loco maxime controverſo, Io. XVII, 3, aucta, pag. 69, §. XXIX*

l) In *Bibl. Brem. Cl. II pag. 209 ſeq.*

bi etiam in ea fortaſſis forma, qua aliquando in terra oberraturus erat, ſe revelaverit; denique cunctas etiam typicas repræſentationes vitæ & regni Chriſti, cuius variæ circumſtantiæ, variis etiam occaſionibus, uti in occurſu *Melchiſedeci*, in typo *Iſaaci*, &c. depictæ quaſi noſtro Patriarchæ & delineatæ ſint. Hanc potiorum interpretum, veterum & recentiorum, explicationem ſuam etiam fecit Halenſium Theologus ſummus, S. V. D. *Sigism. Iacob. Baumgartenius* m); cum ſua vero ſententia apte coniunxit *Ruſſius* n). Longum ſane foret nimis, & ab inſtituto meo prorſus alienum, ſi in omnes has interpretationes, illarumque valorem, uberius inquirere vellem. Satis ſit, indicaſſe hoc loco, quod mihi ad unam omnes, id quod tamen pace tantorum virorum dixerim, cum contextu non convenire videantur, qui aliam omnino nobis explicationem ſuadet, de qua vero infra amplior ſe differendi occaſio nobis offeret.

III. Operæ certe pretium eſt, ut de recentisſima etiam, & ſupra iam a nobis laudata, huius oraculi expoſitione, ab *Alethophilo Irenico* ſuppeditata, verba faciamus, breviſſimisque, quid de illa, noſtro quidem iudicio, ſentiendum ſit, indicemus. Nova prorſus ratione & qui-

m) In *der Auslegung der Evangeliſchen Texte pag.* 436.

n) Loco excitato.

quidem ſecundum literam, dictum hoc explicare voluit Auctor doctiſſimus, quod vero an feliciter ſatis præſtiterit, vel ex eo iudicari poteſt, quod itidem textus συνάφειαν, quæ tamen in interpretatione omni quam maxime attendenda eſt, penitus negligat, verbisque adeo, ſeorſim tantum & extra connexionem conſideratis, ſenſum inferat, & hypotheſes, quæ fundamento omni deſtituuntur. Sermonem vero hic eſſe, arbitratur, de vera & reali viſione Chriſti nati, quam *Abrabamo* conceſſam fuiſſe, probabile, quid? quod certum ſit, quamvis huius rei ne ullum quidem, vel in Vet. vel Novo Teſt. veſtigium inveniamus. Fingit ſibi *Abrabamum*, accipientem primo, ſed absque pleniori determinatione, & nulla facta nec loci, nec temporis, indicatione, promiſſionem divinam, de die Chriſti oculis ſuis ſiſtendo; exultantem deinde mirum in modum & gaudentem de hoc promiſſo, parum interim ob, fidei ſuæ præſtantiam de eo ſollicitum, vivone adhuc ſibi hoc, an mortuo, eventurum ſit? poſtea videntem re vera, diu poſt obitum, Meſſiæ diem, id eſt, venientem ad præſepe illius, & coram intuentem natum illud ex poſteris ſuis ſemen, in quo omnibus mortalibus benedicendum erat, & fortaſſis etiam cœleſtibus illis tripudiantibusque choris aſſociatum, maximi Servatoris nativitatem paſtoribus in agro, ſumma cum lætitia glorioſe annuntiantibus. Quod reliquum eſt, in defi-

niendo die, hic memorato, extra omnem fere ponit controverſiam, ſermonem eſſe de die Chriſti natali, provocatque ideo ad unanimem pæne interpretum conſenſum; cum tamen hoc ex opinionum hac de re multitudine ac diverſitate, illud vero ex textus cohærentia, facile refelli poſſit. Interim tamen hanc ſuam ſententiam tribus rationibus probare & ſtabilire voluit Vir ſæpius iam excitatus, quarum pondus probandique nervum paullo curatius contemplemur, neceſſe eſt.

IV. Ubi iam explicare aggreditur ac corroborare expoſitam *ſſ. præc.* interpretationem, primo eam hoc tibicine fulcit, quod ne ulla quidem ratio in promtu ſit, qua adductus quis ſtatuat, ſenſum literalem hic non æque, ac reliquas explicationes, locum invenire poſſe. Certum nunc quidem eſt, quid? quod certiſſimum, tam diu retinendum eſſe ſenſum literalem, quamdiu ab illo ut recedamus, nulla iubet neceſſitas. Sed de hoc iam quæritur, utrum ille, quem iactat *Alethophilus Irenicus*, loci huius ſenſus literalis ſit, cum contextui aperte adverſetur. Nulla enim neque in antecedentibus, neque in ſequentibus, ratio apparet, vel e longinquo, qua commotus Chriſtus, huius rei mentionem fecerit. Defendit ſe Servator ſanctiſſimus, adverſus frivolas perditorum veritatemque ſemper recuſantium, Iudæorum obſlocutiones, qui hoc etiam inter alia obganniebant;

bant, fruſtra dici, ſervantes verbum Jeſu vel ipſius mortis periculum effugituros eſſe, quia ſcilicet *Abrahamus* ipſe, cetcrique Prophetæ, divina oracula ſummo ſtudio obſervantes, ad ſubeundam mortem triſti neceſſitate coacti fuerint; vanamque igitur eſſe & arrogantem gloriam, quam ſibi ſuisque verbis Chriſtus tribuat. Ad hæc reſpondenti Servatori, quid quæſo, erat cum viſione aliqua, die nativitatis ſuæ, *Abrahamo* conceſſa? Eiusmodi aſſertio quomodo ad antea dicta quadret, me neſcire, lubens profiteor. Miſſo vero hoc *primo*, ad argumentum Auctoris noſtri *ſecundum* nos convertamus. Valde probabile eſt, inquit, præſens hoc Chriſti oraculum ad proprie ſic dictam viſionem referendum eſſe, *Abrahamo* non prius, quam illuſtris divinæ ἐπιφανείας tempore, oblatam, & ab aliis antecedentibus typicisque apparitionibus mirum quantum diſtinctam. Cum vero ad rationum pondera, quibus probabilitas aliqua confirmari dicitur, omnino attendendum ſit; de quatuor illis, quas adduxit Auctor noſter, paululum diſpiciemus. Primam quidem & ſecundam, non eſt, cur moremur, utpote quæ fallaci tantum hypotheſi innituntur, ſecundum quam pro certo aſſumitur, diem Chriſti, de quo hic ſermo eſt, eius natalem eſſe, id quod tamen nullo certo fundamento, ſed ingenioſis tantum coniecturis, ſuperſtructum eſt. Ad ſequentem vero quod attinet, ex eo petitam, quod hæc res

mul-

multum ad gloriæ *Abrahamiticæ* & magnificentiæ apud poſteros illuſtrationem conferat, quis non videt, ficulneam iſtam & infirmam eſſe, cum hoc nihil facere ad explicationis veritatem queat? Tandem vero, quando, credentium principem *Abrahamum* in maiori præſtantiorique beatitatis gradu conſtitutum fuiſſe ſine dubio, affirmatur, huic quidem ſententiæ & ego facile ſubſcribo, negans tamen conſequentiam; neque videns, quomodo ex hoc rite concludatur: Ergo vidit *Abrahamus* filium Dei in carne manifeſtatum, iacentemque in præſepio. Saltem audacius iuſto dici videtur, ſi quis definire gloriæ æternæ differentias, & cum ſumma fiducia, ſine ulla formidine oppoſiti, pronuntiare conatur: *Abrahami* fidem maiorem in modum non potuiſſe compenſari, quam benigniſſima tali viſionis eiusmodi extraordinariæ conceſſione. Supereſt iam, ut qualescunque noſtras cogitationes, de *tertio* argumento, doctisſimi Anonymi explicationem ſuffulciente, in medium proferamus; quo opinari pergit, ex hac, literalis ſenſus nomen mentita, interpretatione, dulciſſimi Servatoris orationi, in qua muneris ſui miſſionisque cœleſtis gravisſimum egerat defenſorem, robur firmisſimum accedere. Sic enim hoc, quod iam in controverſia eſt, *comma* ab *Alethophilo Irenico* cum antecedentibus connectitur, ut ſiſtantur primo Iudæi, Mesſiam ob adſpectum exilem potiſſimum & paupertatem reiicientes, dicentesque: οὐχ οὗτος ἐστιν ὁ τοῦ

τέκτο-

τέκτονος υἱὸς, *Matth. XIII, 55*; ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι, *Io. I, 47*; μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων, *Cap. VII, 48*, deinde vero Chriſtus producatur in ſcenam, ſtolidas eiusmodi obiectiones eo ipſo refellens, quod commonſtret, ipſum *Abrahamum* nullum dubitaſſe, quin adoraret & agnoſceret eum, tanquam verum Mesſiam, licet faſciis involutum in ſtabulo. Hanc Auctor refutationem ita comparatam fuiſſe declamat, ut nulla elabendi via, nulla exceptio, nullumque latibulum, in quod recipere ſe poſſent, Mesſiæ perduellibus relinqueretur. Verum enim vero quis eſt amabo, qui non vel primo obtutu perſpiciat, exceptionum numerum ſufficientem tam contumacibus & infidelibus homuncionibus hic relictum fuiſſe? Quis enim ipſis huius rei veritatem perſuadere potuiſſet? Quis inducere eo ipſos valuiſſet, ut, *Abrahamum* vidiſſe hoc ſenſu diem Domini, crediderint? Exploſiſſent ſine dubio totam Chriſti narrationem. Præterea vero etiam id obſervamus, quod in univerſo *Capite Ioannis octavo* ne γρῦ quidem de miſera Chriſti incarnati conditione inveniatur, cum tunc Chriſtus & Iudæi de aliis rebus diſputaverint. Ad hoc eum in finem attendendum eſt, ut appareat, minus accurate indicatam fuiſſe ab Anonymo textus cohærentiam, præferendamque adeo eſſe interpretationem, quæ ex propiori verborum nexu elicitur. o)

o) Cum

*) Cum hæc dicti noſtri explicatio, hactenus refutata, quoad maximam partem, iam ab alio Auctore, æque incognito, in *Obſervationibus*, Vinariæ a S. R. *Bartholomæi* editis, *Tom. I pag.* 48 luci publicæ expoſita fuerit; nos ad illam quoque Commentationem ſimul hic reſpondiſſe, monemus. Iudicet B. L. quale pretium eiusmodi aſſertis ſtatuendum ſit, quæ, meris coniecturis innixa, falſiſſimas quoque opiniones nobis obtrudere conantur. Peſſime omnino textus *Ioannis* cohæret, ſi Chriſtus ita locutus ſiſtitur: cadere penitus Iudæorum obiectionem, quod nempe *Abrahamus*, fidus verbi divini cuſtos, mortuus nihilo minus fuerit; id vero potius notandum eſſe, *Abrahamum*, licet mortuus fuerit, poſtea tamen, tempore divinæ ἐνσωματώσεως, ex mortuis reſurrexiſſe. Nonne hoc modo, ut reliqua omittamus, de veritate prioris effati, & eius quidem univerſalis, quod *Abrahamo* non tantum, ſed & omnibus, verbum Chriſti audientibus, immunitatem a morte in æternum promiſerat, actum plane erit? Id vero negotium datum Chriſto ab hoſtibus fuerat, ut probaret, hanc ſpem neque *Abrahamum* nec Prophetas alios, qui obiiciebantur, (de quibus Servator, ſi Iudæorum confuſa diſputandi ratio id permiſiſſet, idem profecto prolixius probaturus fuiſſet,) unquam fefelliſſe. Quod vero eum re vera etiam præſtitiſſe, ſatis abunde nos declaraſſe arbitramur. Ex illa nova vero expoſitione ſequeretur, credentes omnes a temporali etiam morte immunes, vel ſaltem reſurrectionis alicuius particularis participes, dicendos eſſe, quod non ſcripturis modo θεοπνεύςοις, ſed & omni experientiæ, adverſatur.

V. Agedum itaque, evolvamus ſapientiſſimi Servatoris verba, mentemque & oculos defigamus attenti in pulcherrimam illam declarationem, quæ, infeſtantibus doctrinam Ieſu Iudæis, ut decebat filium Dei, eiusdemque majeſtatem, diſtincte & accurate fuit oppoſita. Sequamur preſſo pede textus veſtigia, plana certe, facilia, fallentia neminem. Illis ſi inſiſtamus, aptiſſimum ſtatim elegantiſſimumque in omnibus ordinem obſervabimus. Loquitur Chriſtus, ὁ λόγος ὑποσχετικός, commate 51. de illis, qui λόγον ſuum dictum ſcriptumve, poſtquam more decente audiverint & legerint, omnes eo intendunt vires, ut mandata propoſita promtiſſimo venerentur obſequio; ipſisque ſingularem gratiam & felicitatem, liberationem nimirum a morte, quæ in æternum duratura eſt, pollicetur. En verba ipſa: ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. Hæc vero cum intelligere vel noluerint, vel nequiverint, ægre tulerunt Iudæi, & quis eſt, qui a tam ſtupidis malitioſisque, quibus duriora finxit pectora Titan, auditoribus id non exſpectaverit? Illis enim vix prolatis, ulteriorem Chriſti ſermonem interrumpentes, unanimiter ſtatim & temere inſurgunt, & poſt effuſam ignominioſam illam vocem; νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις, ficulneam proferunt, ut ſcilicet & ipſi rationibus pugnare viderentur, dictorum antea refutationem, qua ad

ad abſurdum ſe deducere vel ipſum Meſſiam, ſi quidem fieri potuiſſet, arbitrati ſunt. *Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται*, inquiunt, *καὶ σὺ λέγεις· Ἐὰν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· Τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς;* Duplicem hæc verba, id quod probe obſervandum, continent obiectionem. Priori loco id obiiciunt *v.* 52, verum eſſe non poſſe, quod obſervantes verba Chriſti mortem non videant in æternum, & quidem eam ob cauſam, quia *Abrahamus*, quem tamen divinas leges ullo alio exactius ſemper executum fuiſſe conſtaret, morti, una cum reliquis Prophetis, occumbere debuerit. Certum ſcilicet eſſe & exploratum, innuunt, obſervantiam erga Deum, illiusque præcepta, cum exceptione a communi mortalitatis lege nunquam connexam fuiſſe. Poſteriori loco accuſant *v.* 53 Chriſtum, quaſi plus iuſto, vel ſupra *Abrahamum*, ſe efferat. Biceps hoc dubium Optimus Servator duplici etiam ictu tollit, ita, ut plenam in fine victoriam reportaverit. Ad ſecundam obiectionem reſpondet primo *v.* 54, 55, graviter adſerens, ſe ſibi ſuisque verbis hanc virtutem non temere & absque ratione arrogare, ſed patrem eſſe cœleſtem, cuius gloriæ æternæ ipſe *ἀπαύγασμα* ſit; qui hanc gloriam tribuerit filio ſuo, in terris iam conſtituto, ſpreto licet & reiecto ab illis, qui

ſalutis per ipſum reſtituendæ inprimis partici-pes eſſe deberent. Deinde vero prioris dubii a Iudæis *v.* 52 prolati, bene memor, illius quoque ſtatim reſolutionem ſubiungit *comm.* 56, quam illa ipſa verba conſtituunt, de quibus in præſenti quæſtio inſtituitur. Non eſt, inquit Meſſias, quod mihi mortui *Abrahami* exemplum obvertere, eoque promiſſionum mearum de vita perpetua, ſervantibus oracula mea impertienda, vanitatem demonſtrare, poſſitis. Ille ipſe enim veſter *Abrahamus* efficaciam verborum meorum & veritatem iam dudum expertus eſt. Vivit utique *Abrahamus* in æternum, liber a morte, quæ contemtores verbi divini æternis vinculis conſtringit. Ex quo tantum abeſſe, patet, ut eius exemplum ea, quæ antea abs me prolata in medium ſunt, deſtruat, ut potius uberius ea & explicare & corroborare poſſit. Nam Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

VI. Quo magis hunc diſputationis divinæ nexum intueor, eo maior me admiratio ſubit, qui fieri potuerit, ut tot doctiſſimi interpretes ad alia omnia, quam ad planiſſimum illum & cuique lectori facile obvium, ſenſum ordinemque verborum, reſpicere maluerint. Sed ſuperſunt adhuc, quæ ad confirmandam meam ſententiam adiicere poſſum. Patet ex hactenus prolatis, phraſin, ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ, ita abs me accipi, ut explicet pulchre & interpretetur, quod antea, *v.* 51, dictum

ctum fuerat: *θάνατον ἐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα*, & sequ. *vers. ἐ μὴ γεύσεται θανάτε εἰς τὸν αἰῶνα.* Synonymicam quasi prior illa cum sequentibus formulis, immo magis adhuc emphaticam, locutionem constituit, licet in hoc ab illis distincta sit, quod positive enunciet id, quod negative in hisce [illegible] Christum itaque hunc in modum loquentem [illegible] sto: *Abrahamus*, qui vester pater [illegible] carnem, ſed & omnium credentium pater, [illegible] nime, licet hoc mihi [illegible]. [illegible] eſt, eo nimirum ſenſu, [illegible] feci, vel, quod idem eſt, [illegible] ob præſtitam Deo obedientiam ſanctitatemque & integritatem morum, *ad videndum diem meum*, id eſt, ad vitam æternam, cœlique gloriam, ex voto admiſſus, vivit iam in gaudiis infinitis, quamvis quoad corpus olim mortuus ſit, (*Io. XI, 25, 26.*) & transgreſſus eſt ex morte in vitam, (*Io. V, 24,*) quemadmodum ſupra quoque dixi, & iureiurando etiam confirmavi: *ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον ου μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* Hac reſponſione corrigit ſimul & emendat Servator ſanctiſſimus ψευδερμηνείαν Iudæorum, verba ſua de morte temporali accipientium, ſuosque adverſarios proprio quaſi, ut aiunt, gladio feliciter iugulat. Tota vero res hoc in negotio eo adhuc redit, ut uberius monſtremus, quod S. S. literarum analogiæ convenienter explicetur τὸ ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τȣ̃ Χριςȣ̃, per τὸ ἔρχεσθαι,

ϑαι εἰς ζωὴν αἰώνιον, ſive per τὸ ἰδεῖν τὴν ζωὴν εἰς τὸν αἰῶνα, quo ipſo ſententiam noſtram, quoad fieri poterit, firmisſime porro ſtabiliemus.

VII. Mentionem facit *Paulus* τῆς ἡμέρας τȣ̃ Κυρίȣ Ιησοῦ, 2 *Cor. I*, 14, *Phil. I*, 6, 10, 1 *Theſſ. V*, 2; 2 *Theſſ. II*, 2, 1 *Cor. I*, 8, *V*, 5, & *Petrus* 2 *Petr. III*, 10, qui & alibi aliis nominibus inſignitur, vocaturque ἡμέρα κρίσεως, 2 *Petr. II*, 9, ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη, *Jud.* 6, *Apoc. VI*, 17, ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, *Jo. XI*, 24, ἡμέρα ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, *Rom. II*, 5. Sed quis eſt, ſi fugitivis tantum & circumvolitantibus oculis rem conſiderare velit, qui non videat, de hoc die minime ſermonem eſſe poſſe in noſtro textu? Sic etiam unicuique patet, huc non quadrare τὴν ἡμέραν κυριακὴν allegatam a *Joanne Apoc, I*, 10. Potiori vero iure provocare pro defendenda interpretatione mea mihi licebit ad dictum *Petrinum*, quod exſtat in poſteriori eius Epiſtola *Cap. III*, 18, ubi beata illa, ad quam omnes tendunt fideles, æternitas ſub nomine diei alicuius repræſentatur; αὐτῷ ἡ δόξα, inquit Apoſtolus, καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Hunc illum eſſe *diem* Chriſti, cuius viſionem conceſſam eſſe *Abrahamo*, Servator in ſæpius citatis verbis affirmat, nullus quidem ego dubito. Sunt enim in promtu rationes, cur & *dies*, & ſpe-

ſpeciatim *Chriſti dies*, vita æterna nominetur. Exulabunt ex urbe Hieroſolyma nova noctes & tenebræ, & non niſi dies in illa erit, luce quidem ac ſerenitate omnes, qui ſolis ſplendore antea illuminabantur, longe antecellens; quia nimirum ipſa tunc *Jebovæ* gloria conſummatos fideles perpetuo circumlucebit. *Apoc. XXII, 5.* Iſtum diem præcipue etiam Servatoris radii illuſtrabunt, *ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν· καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. Apoc. XXI, 23.* Et quid multa? Cum ipſe Meſſias diſertis verbis pronuntiet, ſuam gloriam æque ac Patris in æternitate conſpicuam eſſe, *Jo. XVII, 5;* utpote quam etiam videbunt omnes, qui vitæ ſuæ curſum conſtanti fide obſignarunt, ſecundum benigniſſimam Chriſti voluntatem, *Jo. XVII, 24*, ſignificatam: *Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ᾽ ἐμοῦ. ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.* Porro beatorum æternitas eam ob cauſam *dies Chriſti* vocatur, quoniam paſſione, morteque & reſurrectione ſua, reddidit iſtam, & novo iure mortalibus acquiſivit. O ter quaterque felices illos, quibus, ad intuitivam hanc ſplendoris Domini cognitionem admiſſis, diem illum, ſocio *Abrahamo*, videre conceditur!

VIII. Quam vere hæc omnia, conſentiente tota Scriptura Sacra, a nobis iam dicta ſunt,

non

non deerunt tamen fortasſis, qui, variis præiudiciis ducti, receptas illas, de die Chriſti ab *Abrahamo* viſo, ſententias relinquere nolent. Mihi vero, mentem Chriſti ex ipſa ſermonis totius connexione explicuiſſe, ſufficit. Cum autem aliquam curioſorum nimis interpretum quæſtionem ipſe prævideam, qua nimirum de cauſa diverſa hac a verbis prioribus loquendi formula hic uſus ſit Servator, huic etiam obiectioni obuiam ire, brevisſimis licet, allaborabo. Perpendant hi, quæſo, infinitæ Chriſti ſapientiæ id unice relinquendum eſſe, cur ipſi hoc potius, quam alio modo, loqui placuerit. Sed neque ita obſcura eſt hæc phraſis, ut, debito adhibito ſtudio, & maxime, attenta contextus contemplatione in ſubſidium vocata, illius ſenſus non appareat, licet verba a prioribus differant. Huc accedit, quod ex fine dicentis facile hoc loco pateat: Servatorem ex induſtria tales uſurpaſſe voces, quæ ſimul plures, attentione auditorum dignisſimas, atque ad ſplendorem ſui muneris quam maxime ſpectantes, veritates comprehendunt; id quod & alibi ſæpius factum eſſe, diligentes Scripturæ lectores facile obſervabunt. Hæc præterea ſalutis noſtræ reſtauratoris reſponſio vividior longe magisque pathetica dicenda eſt, quam ſi priora tantum verba repetiiſſet. Ad maiora cogitanda, auditorum ſuorum animos excitat, cum non ſolum *Abrahamum* vitæ æternæ participem

factum

ctum eſſe, pronuntiat; ſed lætitiæ etiam ſummæ, ab eo hanc ob cauſam perceptæ, mentionem facit. ΗΓΑΛΛΙΑΣΑΤΟ, inquit, (id eſt, gaudio ſingulari prorſus & eximio, velutique cum tripudiis coniuncto, ac ſi res promiſſa iamiam præſens fuiſſet, fruitus eſt,) ἵνα ſive ὅτι, cuius particulæ loco hic uſurpatur ἵνα, ſicut hoc ad unum omnes fere interpretes annotant & demonſtrant,) ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, (quod firmiſſima animi fiducia ſibi teneret, ſe certo gloriæ meæ divinæ diem viſurum eſſe,) καὶ εἶδε, (&, poſt ſuperata quoque ſuprema fata, vidit re vera p) diem meum,)

p) Sunt, qui verba: καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη, ita vertunt: *ſi vidiſſet eum*, nempe diem, *gaviſurus fuiſſet*. Sed, quamvis concedam, explicari ita fortaſſis, non neglecta Græcarum literarum analogia, hæc verba poſſe, quem ad modum etiam S. Rev. D. *Chriſtophorus Wolle*, quem ſingularem fautorem venerari mihi licet, in Apologia *pro vera divinit. I. C.* §. XXIX *pag.* 69, erudite demonſtravit, hunc tamen verum eſſe realemque oraculi Chriſti ſenſum, nunquam mihi, eam quidem ob rationem, perſuadere poſſum, quia partim ſolius tantum hypotheſeos cauſa, ac ſi *dies Chriſti* ad dies vitæ eius in terris transactæ pertineret, adoptatus videtur; partim etiam, quia certum eſt, communem vocis alicuius, aut particulæ, ſignificationem non niſi urgente neceſſitate, & tunc demum, ſi altera contextui unice fere favet, eſſe deſerendam; ne in eo iam denuo prolixus ſim declarando, neque hanc dicti explicationem cum contextu cohærere,

quips

um,) καὶ ΕΧΑΡΗ. Scilicet hæc divina ſtipulatio non indifferens ipſi fuit, utpote qui longe maiori, quam degeneres vos, eiusdem perverſique filii, æſtimatione, ſempiternam, per me partam, ſalutem proſecutus eſt; probeque perſpectum habuit, cuinam acceptam ferat omnem ſuam, quæ ipſum exſpectabat, felicitatem. Addam his omnibus, quæ huc usque ad ſtabiliendam explicationem meam propoſui, unicum adhuc, coronidis loco, monitum, quod nempe verba etiam Servatoris, *v.* 58 nobis relata: Ἀμὴν Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμί: illis, qui, ad certum aliquem vitæ Chriſti inter terrigenas tranſactæ diem hic reſpici, exiſtimant, oppoſita ſolidisſime videantur. Plus certe iisdem, quam id tantummodo, docetur, vanam eſſe, & fruſtraneam illam, de brevi vitæ Chriſti in terris ſpatio deſumtam, Iudæorum obiectionem. Convincimur ſimul, Chriſtum & hunc illius diem, *Abrahamo* eſſe longe antiquiores. Immo de eo etiam reddimur certiores, præterlapſum iam dudum fuiſſe, ipſa etiam colloquii huius hora, narratæ rei tempus. Quæ cum ita ſint, dies hic Chriſti non quærendus in annis proxime antecedentibus; adeoque non in die Chriſti natali; multo minus ſequentibus: e. c. die reſurrectionis, ſive hic ſeorſim intelligatur, ſive

quippe quæ nihil, ſive ad probationem veritatis propoſitæ, ſive ad calumniarum Iudaïcarum refutationem, conferre poterat.

ve reliquo ἐνανθρωπήσεως Chriſti tempori coniungatur; cum tunc etiam Meſſias de reſurrectione & exaltatione ſuâ, tanquam abſoluta, loqui nondum potuerit.

III.

CAROLI CHRISTIANI HIRSCHII,

DIACONI LAVRENT. NORIB.

DE

ORIGINE LANDSKNECHTORUM OBSERVATIO HISTORICA.

I.

Rectisſime quidem *Nic. Mameranus*, Lucemburgenſis, in *Catalogo expeditionis rebellium Principum ac Civitatum Germanicarum ſub duobus potisſimum generalibus præfectis, Io. Friderico, Duce Electore Saxoniæ, & Philippo, Landgravio Hasſiæ, contra Carolum V. Rom. Imp. Aug. conſcriptæ, ac productæ anno 1546, Coloniæ, typis & impenſis Henrici Mamerani, 1580, 8, pl. 16*, ſcribit: *Ante Landsknechtorum exortum, non moris erat apud Principes & ditionum rectores, externo ac conductitio uti milite: ſed, ſi quid armis alicui & vi bellica agendum oboriretur, ſuos ſubditos cogebat. Unusquisque Princeps, aut dominus,*

ctos, qui veterani ac exercitati, & diſciplinæ ſcientisſimi, eſſent, cordatique & prudentes viri, editis viritim votis ac ſuffragiis, nominabant & conſtituebant, quos etiam, ſi parum decenter officii onus adminiſtrare comperirentur, officio removebant, aliosque in eorum loca ſurrogabant. Nam penes communitatem ius erat poteſtasque eligendi conſtituendique Primarios & Capitaneos, quos idoneos ad id commodosque cenſeret. Neque enim temere ad officium quemquam eligebant, niſi quem conſtaret & veteranum militem eſſe, & exercitatisſimum, prudentiaque & conſilio pollere, & honeſtate integritateque vitæ præſtare. Nobilitatem inter ſe prorſus tum nullam omnino habere, nec alios adeo honeſtioris ſplendidiorisque conditionis, aut converſationis, viros,&c. Non ſcisſis tum utebantur caligis & thoracibus, ut poſtea, diviſis tamen ſuperioribus, quæ mox poſt nates deſectæ deſinebant, totis nudatis femoribus, quæ ſtrigatæ erant, ex diverſi coloris panno, paullo ſupra genua adſcendentes.

IV. De muſica illorum militari, nimirum tympana militaria pulſandi modo (*Trommelſchlag*), hæc narrat *Mameranus l. c. p. 5 a. b.*: *Tympanorum pulſatio apud Germanos pedites olim ſub uno tantum modo ſemper eadem conſiſtebat, quinis æqualibus incedens ictibus, quo adhuc hodie nullus alius melior &*

mili-

militarior, neque ad moderandum militarem inceſſum accommodatior, & ad excitandos in alacritatem & auſum animos urgentior & efficacior eſt. — Eſt autem ille antiquus, quem ſolum & laudabilem, & vere militarem, eſſe dicimus, qui poſt quinos & quinos æquales ictus interſtitii quid, h. e. ceſſantiæ ac pauſæ, recipit, tanquam ſubſiſtentiæ & ſuſpenſionis in temperamentum morulam, veluti top, top, top, top, top; top, top, top, top, top. Hic ſinguli quini ictus ternorum greſſuum ex iuſta dimenſione ac proportione promotionem conſtituunt, ut ſimul in ipſa pulſationis ſuſpenſione ac mora, id eſt, in ipſo quino ictu, miles inter incedendum, veluti & ipſe in tertio greſſu, qui in quintum ictum, quo pulſator ſuſpenſo verbere pauſat, incidit, ſuſpenſe ſubſiſtat, nonnihilque veluti pauſet, in alterum greſſum æquali menſura promovendum. — Solet ad huiusmodi quinos tympanorum ictus vulgus iocoſe quinque alia verba, quorum unumquodque una plerumque conſtat ſyllaba, accommodare, veluti: Hüt dich Baur, ich komm, Mach dich bald davon, id eſt, caveas tibi, ruſtice, ego venio: fac, hic fugias cito. Item: Hauptmann gib uns Geld, Huren über Feld; et: Füg dich zu der Kann, Hüt dich vor dem Mann, & huiusmodi alia, quæ pueri, dum tympanorum antiquum hunc & militarem pulſatum audiunt, iocantes confingere ſolent.

V. Verum poſtea ſimul & nomen, & diſciplina, & vitæ inſtitutum, mutata ſunt. Nam, teſte *Mamerano p. 3*, A. 1496 *Maximilianus* Cæſar Albam regalem (*Stuhlweiſſenburg*) menſe Febr. per hos Germanos pedites, facto per glaciem aſſultu & incurſu, occupavit. In qua civitate cum mirum in modum ditati ex ſpoliis eſſent pedites, cœperunt illis cr ſtæ ex fortunæ luculentia ac ſplendore in ſuperbiam, & acquiſitarum ſine magno labore rerum confidentiam, excreſcere: ut, cum deinde Cæſar ipſorum opera ulterius ad alia uti vellet, pluriumque opus haberet, illi, detrectantes ſervitium, non tantum hic ſe difficiles Cæſari, ſuo domino & ditatori, exhibuere, verum etiam, relicto in neceſſitate ipſo, Germaniam, ſpoliis onuſti, maiori ex parte repetiere. Illi, vitæ vagabundæ & otioſæ licentia uſi, abominabiles facti omnibus ex ſqualore, quippe perraro in lectis cubabant, & veſtimentis ſeſe exuebant, mundisque ac lotis veſtiebantur: quare ob fœtorem nimium *Bœcke* (capri) vulgo vocantur. Ceterum homines irreligioſi, neque Deum timentes, neque homines, in omne ſcelus ſemper & ubique expoſiti toti, gregatim magno numero ex aliquot centenis, aut millibus interdum, pertinaciter ac perpetuo ſibi cohærebant, donec, cui ſervirent conducti, dominus quiſpiam contingeret. Sic huc illuc per dominia & ditiones obvagabantur totas hiemes & æſtates, inſtarque fere locuſtarum, terras, quas incidunt, depaſcentium, obvia quæ-

que

que deprædabantur, hærentesque abſumebant & obligurriebant. Ac eo nomine non parvæ quidem formidini compluribus erant, magnatibus etiam & Principibus, peſſimeque tanquam otioſi & vagabundi graſſatores audiebant.

VI. Optimus igitur Cæſar, hac vagabundæ vitæ pernicioſa licentia, imo peſſima illa erga ſe ingratitudine & perfidia, merito indignatus, iuſſit illos publicis mandatis, ubicunque deprehendi per vias poſſent, ferro, laqueo, fluminibusque traiectos, ſuffocatos, merſos, de medio tolli. Ceteri ad ſe ſuosque ſoluta expeditione redibant, donec belli alicuius rumor exaudiri & percrebreſcere rurſum inciperet, ad quem tum exciti pro domino, cui ſervirent, nanciſcendo evolabant, quem morem poſtea retinuere. Nomine vero & vitæ inſtituto ſic mutato, conſuetudo etiam illa eligendi ex ſeſe tribunos ac præfectos, officiariosque conſtituendi, una intercidit. Nam tum ſtatim ſeſe Nobiles & Barones & Comites & Principes quoque, poſita dedecoris & indecentiæ opinione, intermiſcere cœperunt, virique præterea alii, in fortunæ ſplendore ac eminentia poſiti. Eos tum nobiles & claros viros Princeps is, qui expeditionem pararet, peditumque horum opera indigeret, conſtituebat tribunos & primores regiminum, (nam hoc vocabulo legionum loco utuntur Germani,) quibus, ut conſcriberent eum militem, commiſit. Et ab his tum

ſingulorum vexillorum præfecti, id eſt, Capitanei, deſignabantur, qui per peditum communia ſuffragia, ſicuti & ipſi tribuni, rectiſſime, multoque magis utiliter, ac nunc per Principes, exiſtimante *Mamerano*, cuius verbis hactenus uſi ſumus, nominabantur & eligebantur, viri rei militaris gnari & experti.

VII. Appendicis loco adhuc ex huius ſæpius dicti *Mamerani* libello infrequente, & tres tantum plagulas complente, exſcribamus, quæ de peditum eo tempore nominibus, & de Germanorum præ Hiſpanis & Italis præcellentia, ille *p. 46 ſeq.* protulit. *Sunt autem*, ſcribit, *trium maxime nationum pedites hodie clari ac celebres, Germaniæ, Hiſpaniæ, & Italiæ; nam reliquarum nationum pedites neque in uſu communi ſunt, neque exercitati. Porro, quemadmodum ante* Maximilianum *Cæſarem Germanorum peditum uſus & rarior fuit & inhonoratior, ita ante hunc noſtrum* Carolum V, *Rom. Imp. Aug. Hiſpanus miles pedeſter in parva admodum militiæ nobilioris æſtimatione & uſu exſtitit: nec, quid celebris militaris diſciplina & exacta eſſet, ille callebat. Ab hoc autem Cæſare primum veluti initiati hi pedites ordinatæ & excultæ militiæ ſunt, cœptique ad merendum longius ac frequentius educi. Itali autem, utrisque antiquiores, ea quidem nomine & diſciplina in uſu ſunt, & in magna quondam æſtimatione fuere, de qua*

etſi nondum exciderint, tamen remisſior eſſe cæpit vulgariorque. Valent autem inprimis Germani in conflictu, in quo veluti murus abeneus perſtant; Hiſpani in oppugnatione, Itali in obſidione. Sicuti & equites Germani in pugna omnium maxime præſtant, Hiſpani, Itali, Galli, & Hungari, in excurſionibus ac velitationibus antecellunt. Hiſpani vocant pedites Soldatos a ſoldo, hoc eſt, ſtipendio, ſeu ſalario: Itali vero, haud ſcio qua ratione, pedites vocant Infantes, totumque exercitum peditum Infanteriam. Certe meo iudicio valde inepte & ridicule utrumque, cum nullo alio nomine minus nominari eos conveniat. Quid enim? Miles, vir fortis, ſtrenuus pugnator, vocatur Infans, quo quid poteſt eſſe imbellius & innocentius? Non igitur immerito quis ſtultum & ridiculoſum demiretur vocabuli huius abuſum.

VIII. Addimus his quoque Auctoris iudicium de modo, pulſandi tympana militaria, huiusmodi peditibus ſuo tempore ſolita. *Ineptus*, inquit, *Hiſpanorum pulſandi tympana modus, qui neque inceſſum ad ordinis integriorem conſervationem regit, neque animos erigit, ſed involutione & inæqualitate ridicula turbat ac confundit. Quanquam & illi interdum per eosdem quinos ictus incedant, ſed, cum volubilitatem confuſaneam mox ſubmiſceant, totum inſtitutum turbant. Itali vero illum antiquum Germani-*

manicum & vere militarem habent, & ubique integre omnes obſervant, qui interdum levi verbere ſemimixtum ſextum, inſtar ſemitonii, pereleganter & dulci reſonantia miſcent. Germanis interim, valde ex diverſitate ridicula & inſulſa pueriliter ubique ineptientibus, dum unusquisque novum ſibi quendam pulſandi tympanum ritum (quos antea modos nihil militaris vel ordinis, vel virtutis & diſciplinæ, referre, & confuſione inceſſum & animos turbare, tradiderat,) *ridiculoſe & inepte comminiſci ſtudet, cuius erroris emendandi tribunorum officium erat animadvertere.*

IV.

ANTHOLOGIA GRAECA, NVNC PRIMVM E CODICE MSTO EDITA, STVDIO IO. IACOBI REISKE.

MISSVS TERTIVS.

PRAEFATIO.

Non prævidebam nuper, cum hanc Anthologiæ Græcæ, hactenus ineditæ, per minutos miſſus editionem ordirer, id idem in hoc quoque negotio mihi uſu venturum eſſe, quod in illo ſuperiore *Herodoteo* opuſculo contigerat.

In-

Interpellanda nempe hæc quoque media opella eſt nova præfatione, quæ id aget, ut aut perperam in ambobus illis ſpeciminibus, hoc tertio prioribus, ſcripta corrigat, aut omiſſa ſuppleat. Conatum hunc quoque non effugiſſe fatum, quod ſcriptionibus huius generis omnibus commune eſt, quæ addendo, demendo, mutando, in dies, exuta velut deformitate, formam & ſpeciem tandem adipiſcuntur, ego equidem non miror, qui lentum naturæ ad perfectionem per gradus iteratosque niſus proceſſum teneo, & mirabitur nemo, cui aliqualis harum literarum uſus ſit. Fragmenta veterum Poetarum, velut diſcerpta corporum membra, late per libros ſparſa, conquirere, apteque componere, &, medicina ubique congrua admota, perſanare vulnera, quæ librariorum inſcitia, & impietas pæne dixerim, illis nimis multa inflixit, ad hominem pertinet, qui libris abunde inſtructus, totus in illis ſit, prudenterque cunctator metuat ſuam exiſtimationem in periculum dare, ea cruda in forum extrudendo, quæ nolunt niſi mora matureſcere. In quibus ea eſſe, quibus præſidii multum a memoria, aut ſedula in adverſariis annotatione, eſt, neminem latet. Ego vero eodem pæne illo tempore, quo corpuſculum hoc Græcorum Poematum e Codice Lipſienſi meas in chartas transtuli, Latinum, præter prima duo capita, feci totum, notisque, quarum iam noſti, Lector,

ctor, indolem, inſtruxi, & operis typographicis permiſi, aliud mecaſtor agens, & alii maiori operi intentus, ampliſsimo, difficillimoque; quod Muſarum ludicra procul arcet, & cuius tædium propterea interpoſitis talibus oblectamentis ſubinde leniendum eſt. Quamvis enim Thracicam atque Longobardicam barbariem nunc non æque exhorreſcam & deteſter, atque ante hoc ferme triennium, cum, nullo imbutus *Conſtantini* & ſimilium guſtu, volente ſic fato, ad eos tractandos accederem: factus enim illis diuturna conſuetudine, & contubernio veluti, familiaris, parum abeſt, quin amare incipiam homines profecto non tam malos, quam creduntur eſſe; hebeſcit tamen animus, in obtutu tractationeque unius argumenti defixus, præcipue tam ardui, tam impediti, tam ſcopulis undique ſepti, ut absque offenſione pedem promovere non liceat. Profecto, qui primus edendi *Ceremonialis Byzantini* conſilium ſuſcepit, aut bene de ſe ſperabat, aut iumenti, cui ſe committebat, non norat aſperitatem & contumaciam, quod homines, quales hæc ætas fert, contemnit, & excutit; *Caſaubonos* & *Salmaſios* flagitat, monſtrorum omnium domitores. Huic igitur tali operi quas impendo curas, ut reficerem ſubinde atque exacuerem, hoc opuſculum cum aliis talibus ſuſcepi, quæ, cito quamvis & tumultuarie, tamen utcunque, expediri queant. Fieri ergo aliter non pote-

rat,

rat, quin multa eorum præterviderem peccaremve in ſuperiori gemino huius opellæ miſſu, quæ rectius tradi, neque præteriri, debuerant. In illa porro librorum copia & diverſitate, qui illuſtrandi *Conſtantini* mei cauſa aut cum cura perlegendi, aut ſaltem evolvendi, mihi ſunt, mirum non eſt, ſi incido in quosdam, in quibus aut laudantur, aut emendantur, Græcæ vetuſtatis hæc monumenta. Viri quoque præclari, & cum honoris præfatione nominandi, *Petrus Weſſelingius* & *Io. Stephanus Bernardus*, per literas locos quosdam horum carminum, apud *Suidam* proſtantes, a me præteritos, indicarunt. Poſtremo loco nominatus V. D. nuntiabat inter alia nuper, Leidæ prodiiſſe libellum *Veroſimilium* docti Friſonis, *Pierſoni*, in quo non pauca Anthologiæ meæ carmina edita ſint, & in his illud quoque *Rufini (n. 285)*, in quo male me mutaſſe quædam, & *Berglerum*, ad *Alciphronem* recte vertentem, ſequi debuiſſe. Non debui has virorum doctorum, & mihi faventium, admonitiones celare, præſertim cum haud pauciora deterioris notæ ipſe notaverim, quæ diutius ſi premam, neque Lectorum, neque mea, ex re facere mihi videor. Occupanda enim & retundenda eſt quorundam malevolentia, quos, aut ultionis cupidine, (ſunt enim, qui ſe laceſſitos credunt,) aut alio animi errore, meam opellam iniqua cenſura vexaturos, &, quod arrodant, avide ſeduloque exquiſituros

[illegible] eſſe, prævideo. Qui nunquam dubitavi, im[illegible] mihi abeſſe, fateor agnitos errores, [illegible] turpe duxi. Ita enim mihi perſuaſi, qui [illegible] animadvertent prava tibi exciderint, [illegible] ultro te agnoſcere, & retractare, deprecan[illegible] culpam, & quantum in te fuerit, eiice[illegible] atque abſtergere ex omni memoria ſtudere. [illegible] tandem, quicquid peccatum fuerit, [illegible] ignorantia reſi[illegible] trepidation, animum [illegible] ad honeſtatem atque modeſtiam [illegible] opus & argumentum [illegible] veniam apud [illegible] paratam invenire magis [illegible] decere ingenuum, quam [illegible] tueri [illegible] Quo [illegible] quoque [illegible] velim, cum me [illegible] meditationi [illegible] ea [illegible] [illegible], teſtimonium [illegible]

[illegible] tationem [illegible] enim [illegible] [illegible] [illegible] Dubii[illegible]

in *ſecundo Bibliothecæ Græcæ Volumine* repetita eſt, *Cap. XXVIII.* Vid. *pag. 692.* Fatetur tamen V. D. ille, *Agathiam* ſæpius Anthologiæ ſuæ præfatum fuiſſe, & iambico & heroico carmine. Quidni ergo elegiaco quoque idem feciſſe credatur? Noſtrum certe illud *Carmen 278* ab ingenio præfationis multum non abeſt.

Ad *Carmen 281* teneri velim, veteres lychnum in æmulis habuiſſe, eumque crediſſe amantium gaudiis invidere; propterea lychnum in illo Carmine dicere, ſe marcere & uri, videntem puellae amores nequam & periuros. Multa eſt in re veterum amatoria lychnorum ratio, quos velut numina venerabantur. Sed horum enarratio locum alium flagitat, Vid. *Antholog. H. Stephani pag. 462* carmine μήποτε, λύχνε, μύκητα φέροις &c. quod ſic Latine reddidi:

Hunc mihi, lychne, procul fungum, ne ceſſet amicus
Aedes ad noſtras imbris adire metu.
Invidus es Veneri ſemper. Cum vellet Heronem
Iungere Leandro, — at triſtia mitte, anime, hæc.
Vulcani es. Memini. Domini palpare dolori,
Quem malus infidæ coniugis urit amor.

Carmen 285 fatale paene mihi fuit, ut in eo interpretando non ſemel impingerem. Potueram

ram & illa coniectura *v. 3* ſuperſedere, & verum illius diſtichi ſenſum perſpicere, ſi meminiſſem, *Alciphronem* evolvens, in ſubiectas *Bergleri* notas deſpicere, qui diſtichon illud e *Suida* repetiit, & ſic Latine reddidit: *Atque illa quidem rotundis notata riſus notulis* (id eſt, foveolis, quales in genis ridenti naſcuntur,) *candida in clunibus floreſcebat pulchro colore.* Admonuit me huius erroris Cl. *Bernardus*, literatus apud Amſtelodamenſes Medicus, recte meum σφαραγιζομένη notans, ut nimium in re re tantilla. Quod autem non attendiſſem ad ſignificationem illam vocabuli σφραγιζομένη, *ſeſe ſignans veluti ſignis, qualis ceræ ab annulo imprimuntur*, & quod eius primam ſyllabam corripi crederem, ex eo factum, ut locum hunc ſollicitarem. Eadem denique, ſive inſcitia, ſive incuria metri Græci, fuerit, (perinde enim mihi erit, utut appellaveris,) impoſuit mihi, ut penultimum verſum aliter conſtituerem, quam in vulgata Anthologia habetur, ob vocem κριτὴς, cuius primam pro longa habebam. Et eſt re vera anceps, ſuntque producti Iota ad manum exempla, quibus factum meum tueri poſſem. Sed ſolet tamen plerumque corripi. Malo igitur culpam, & imperitiam Græci metri, fateri, quam pertinaci contentione odioſam gentem, Grammaticos, irritare, facileque fero, iactari in me voculas ridentium eos, qui, nondum exploratis metri

ratio-

rationibus audeant tamen Poetas attrectare. Nam, in me illa ſpargi, ſunt, qui mihi perſuadere volunt. Fateor, huic rei, cum Poetas Graecos, quos legi, legerem, operam me nullam dediſſe, quod eam, veram falſamve, quid refert? induxiſſem certe animo meo & imbibiſſem opinionem, nullam certam ineſſe rationem Grammaticorum de Græco metro ſanctionibus, &, ſi vel maxime certa ſit, inutiliter tamen conſumi tempus & ingenium in re uſus perexigui. Miſertum profecto me ſaepe fuit aerumnoſæ hominum ſedulitatis, integrum *Homerum*, integrum *Pindarum*, quanto temporis, quanto chartæ, diſpendio! dimetientium, & araneas nectentium, quas levis aura diſſipet. Putesne, veri quid atque ſtabilis præceptis illis ineſſe, quæ qui tueri ſtudent omnibus modis, atque adverſus contraria exempla, in Poetis natantia, communire, quot non opus habent vultus induere, quam non algere & ſudare, quas non comminiſci cauſas frigidas & ridiculas, quas non admovere ipſos ingenio ſuo fidiculas! Putesne, Græcos in illa prima naſcentium elegantiarum ætate conſenuiſſe in minutiis, quibus capiendis una vix ætas ſufficit, & tremuiſſe leges, per otium & meliorum ſtudiorum ignorantiam ab ignavis Grammaticis, difficiles nugas extundere natis, conditas, quas ubi tandem non deprehenduntur violaſſe? Attenderunt procul dubio veteres Poetae, vetuſtiſſimi certe, ad aurium iudicium & rhythmi mo-

dulos; leges autem ignorabant, quas poſteri affectatione ipſi ſibi tulerunt, ut haberent, quo naturam arte domarent & exſtinguerent. Verum, ne novæ ſectæ ſuaſione grammaticas turbare ſcholas velle dicar, meoque mihi iumento malum ne arceſſam, illosve exacerbem, qui ſibi ægre patientur otii ſui inſtrumentum & delicias cultellumque unum illorum e manibus extorqueri, quibus Critici prurientes Auctorum veterum reliquias ſcalpere & circumcidere & mutilare geſtiunt, habeant ſibi hoc gaudium, rideant clamentque metri me imperitum; non invidebo. Sed redeo in viam, idque unum addo, quod reſtituendo huic Carmini adhuc deeſt. Obſervat nempe *Pierſonus*, qui Carmen hoc *Veriſimilium pag.* 93 edidit, pro ἐυαφίην verſu quarto apud *Suidam* legi ἐυβαφίην, quod illo altero deterius putat, ego vero præferre non dubito. Eſt enim ἐυβαφίην, nove quidem, & ſoloece, quis neget, eſt tamen omnino idem, quod ἔυχρεια. Hoc homini & cuti, illud panno, congruit. Indulſit tamen ſibi Poeta, ut dura multa carminis leges a Poetis impetrant, ut ἐυβαφίην poneret, ubi linguæ indoles ἔυχροιαν flagitabat. Eſſet igitur diſtichon hoc méa ſententia ſic conſtituendum:

Καί ῥ' ἣ μὲν τροχαλοῖς σφραγιζομένη γελασίνοις
Λευκὴ ἀπὸ γλουτῶν ἤνθεεν ἐυβαφίη.

Uni quidem illarum orbicularibus ſignatæ gelaſinis,

Can-

Candidum coloris decus efflorebat in clunibus.

Ἀνθεῖν dicunt Græci pro *nitere*, *ſplendere*, & ἄνθος de colore acuto, oculos feriente.

Ad notam k), huic carmini adſcriptam, inſpici velim facetum illud *Cratetis* apud *Diogenem Laert. pag. 355*, ubi e pera philoſophica urbem efficit, ad quam negat fatuum paraſitum, lurconemve, adnavigare, quem ſcorti nates delectent:

Εἰς ἣν ἔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
Οὔτε λίχνος, πόρνης ἐπαγαλλόμενος πύγησιν.

Ad *Carmen 289* noto, κερκούριον; id navigii genus eſt, non novae Graeciae vocabulum eſſe. *Arrianus* enim eo utitur *Vita Alexandri M. pag 237* ed. *Gron.* ſed Arabicum eſt. קרקור, *Corcur*, navim longam & ingentem Arabibus ſignificat. Ut alia multa navium nomina ab Arabibus, mercaturam hinc in Aegyptum, illinc in Indiam orientalem, exercentibus, in Græcum ſermonem, præſertim illum medii ævi, promanarunt, quorum aliqua ad *Conſtantinum* propitio numine exponam: ita facile eſt coniicere, vocem illam *cercurium* ab *Alexandri M.* militibus adſcitam ex Arabum conſuetudine, & ſic porro in Græciam invectam, fuiſſe. Sandalia vero dicta ideo videntur fuiſſe alia navigia, quod plani & lati fundi eſſent, eoque ad ſandaliorum, calcei puta, formam accederent.

* * *

[illegible] ſimilia reperire eſt in *Antho-* [illegible] *pag.* 470 (*n.* 2527) & *pag.* [illegible] præcipue. Ad *Carmen* 293 [illegible] *Stratonis* illud *pag.* 130. Ad *Carm.* 296 σύγμα λαβὼν conferri velim [illegible], laudatum *Salmaſio Exerc.* [illegible] *pag.* 597, σύν τ. μοι [illegible], Μένιππε, [illegible] φίλος pro [illegible] μοι.

Verum primo ſe malle ἔτρωσε pro ἔστρωσε, ſignificabat nuper in literis, ad me datis, Celeb. *Weſſelingius*. Vid. ad *Carmen* 355. Ad fletum ſuper Adoni conferri meretur Diſſertatio S. V. noſtri *Deylingii, de Fletu ſuper Thamuz, ad Ezech. VIII.* 14.

Ad *Carmen* 297 operae pretium duco *Busbekii* locum ex *Epiſtola tertia p. m.* 137 adſcribere. *Mulieres ægrius a viris divortunt*, ait. *In cauſis, quibus id eis permiſſum; hæ continentur: ſi mariti debitis eas alimentis fraudent: item ſi præter naturæ præſcriptum (quod nefas Turcis familiare,) eis abuti conentur. Tunc ad iudicem profectæ, ſe non poſſe diutius apud maritum manere, teſtantur. Iudice cauſam quærente, nihil reſpondent, ſed exutum pede calceum invertunt. Id iudici abominandæ veneris indicium eſt.* Neſcio, huccne pertineant illa *Euſebii Hiſtor. Eccleſ. IV.* 17, *pag.* 138, 4: Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ ἀνδρὶ συγκατακλίνεσθαι παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι.

Nam

Nam poſſunt æque de paederaſtia, ac de prae-poſtero uxoris uſu, item de irrumiatione, capi.

Ad Eurotam *Carminis 301* facit ſcitum ſcomma *Diogenis Cynici* χείρων μὲν ȣ̓, ἐυρυτίων δὲ, quod optime expoſuit *Menagius ad Diogen. Laert. VI, 59.*

Carminis 302, quod, quia non percipiebam, absque Latina interpretatione dedi, primos quatuor verſus habet *Salmaſius Exercit. Plin. p. 726*, e quo intellexi, κόντακα παίζειν eſſe ludum illum, quem pueruli noſtrates in uſu habent, & *Zicklauff* appellant, id eſt, *Erige ſurſum*, nempe conum, aut baculum bifidum proſtratum. Depangunt nempe tigillum humo, quod miſſis ex certa quadam diſtantia fuſt bus evertere ſtudent; quod qui primus fecerit, is vicit. Comparat *Salmaſius* cum Francico ludo *la Quintaine*, aitque, hanc vocem a Græca κόνταξ manaſſe. Eſt autem *la quintaine* equo incitato & proiecta haſta petere ſcutum, e palo dependens, aut iaculo id eminus petere. Vox κόνταξ bene Græca eſt, eadem, quæ Latinis *codex*. Alias χάραξ & κόρμος, & κόντος idem appellant. Κόντος, *contus*, & κόνταξ, *codex*, idem ſunt, tigillum, baculus, pertica, ſudes. Aſſumſerunt a Græcis Arabes quoque, qui חנדק, *chandak*, dixerunt pro vallo, ut novi Græci eodem ſenſu σȣ́δα, *ſudes*, veteres χάραξ, dixerunt. Eſt enim χάραξ proprie unus tantummodo ſudes; ſed tota ſeries ſudium, quibus

caſtra cinguntur, ſic deinceps appellata fuit; & ita quoque κόνταξ, & *chandak* Arabum, a quo creditur veteri Cretæ novum nomen Candiæ creviſſe. Vid. *Du Cange Gloſſ. Gr.* v. Σύδα. Liquet igitur mens Poetæ, ludere ſe, aut luſiſſe, fingentis, ſic dictum ludum κόνταχα. Puellam ſibi vicem geſſiſſe pali; quem baculo haſtave ſua impetierit. Duodecies una nocte gymnaſticum hoc exercitium peregiſſe. Bene igitur valebat. Cras, ni diſplicuerit puellæ opera ſua, eandem, aut etiam cumulatiorem, promittit. *V.* 2 ἐποίουν accipio ſenſu nequam; quo uſurpari verbum hoc, & Latinis *facere*, demonſtravit exemplis *Palairetus* in *Obſervationibus ad Nov. Teſt.* Inter *quartum* & *quintum verſus* deſidero copulam ratiocinii; ut parum abſit, quin credam, aut excidiſſe quædam ex hoc carmine, aut duo fragmenta diverſorum carminum conglutinata eſſe. Quicquid eius rei ſit, ait Poeta ſic: *Philippæ, cæſiis oculis præditæ, illudens ego contacem, faciebam* (vel patrabam), *ex imo corde ſuave ridens. Duodecim* (iactus) *perſus te proieci. Cras quoque, ni plures, certe totidem alios, incutiam, experientia doctus, me tantum valere. — — Deinde veniebat vocata. Ridens vero ad eam: utinam* (aiebam) *te noctu quoque haberem ad vocationem meam venientem.*

Ad *Carmen 306 Palladæ* poterit aliud eiusdem conferri *pag.* 137 *Anthologiæ* editæ, & ad *Carm.* 308 *pag.* 354 (*n.* 1957), & ad

Carm.

Carm. 310 pag. 478 penult. & *pag. 479. 1*, ubi carmen ipſum integrum habetur, cuius hoc noſtrum tantummodo apoſpasmatium eſt, & medium diſtichum.

Carm. 311 immerito reprehendi puriſſimum Græcismum ὑπ' ὀϊστοῖς, *a telis*. Sic enim optimi quique & vetuſtisſimi Scriptores ὑπὸ uſurparunt, quorum ſolummodo *Ariſtophanem Avibus 1096*, *Doſiadam Ara primo v. 3*, *Noſſidem* in *Poetriis Græcis* Cl. *Wolfii pag. 86 n. 5 v. 2*, quod carmen in Anthologia noſtra inedita *n. 421* eſt, & in *Capite quarto*, ſeu dedicatoriis, habetur.

Carmen 312 edidit ſupra laudatus *Pierſonus l. c. pag. 98*, qui putat, Poetam voluiſſe in ambiguo vocis βύσσος ſignificatu argutari. At vereor, ut recte Poetam ceperit. Ego quidem, quamvis, frigidarum & puerilium argutiarum captationem, bene ſciam, a *Marci* ſeculo non abhorrere, non tamen a me impetro, ut credam, eo immodeſtiæ Poetam proceſſiſſe. Iſte ſenſus, quem verba ſponte ſuggerunt, & interpretatio mea reddidit, ſatis mihi videtur ad merendam venuſtatis laudem ſibi ſufficere.

Ad *Carminis 321 v. 5* τὸν τριβακὸν πάσσαλον conferri velim *Artemidor. pag. 83 (Cap. 3 v. 6)*, & *Athenæum pag. 29 v. 7*, & *Du Cange Gl. Gr. v.* Τριβακός.

Ad *Carm. 323 v. 1* ἐυτόρνευτε obſervo, de more veterum, vinum in lagenis ligneis deferen-

ferendi & aſſervandi. conſtare quoque e loco Monaſtici Anglicani, quem *Du Cange* v. *Flaſcula* citat; ad ὑψαύχην, contrarium eius βυσαύχην exſtare apud *Athenæum* p. 63 circa fin. denique lagenas, anguſti oris non multo ante ſua tempora inventas, & in uſum communem adſcitas, ab *Artemidoro* dici *pag.* 57 *v.* 21. *Epictetus* apud *Arrian. III*, 9, in fine hæc vaſa plebeio vocabulo στενόβρογχα dixit.

Ad illa tandem, quæ *pag.* 147 & 148 de ſchedis *La Crozianis* dixi, adiicio hæc: me nuper e literis Cl. *Bernardi* didiciſſe, exemplum Anthologiæ, ſeu Excerptorum eius, *La Crozianum* aliud, audati modo Viri Doct. opera e Bibliotheca *Jordaniana* in *Dorvillianam* tranſlatum fuiſſe. Negat autem ille, ſe adhuc meminiſſe, unde illud exemplum depromtum fuerit, aut qualia Epigrammata tenuerit.

Hæc ad *primum* opuſculi mei *Miſſum* addenda habui; iſta ad *ſecundum* ſuperſunt.

Carmen 329 conferre iuvabit cum illo *Pauli Silentiarii*, quod *pag.* 458 *Anthol. Steph.* exſtat Δηθύνει &c. Apponam eius Latinam interpretationem metricam, ab *Hugone Grotio*, ni coniecturæ falſus ſim, profectam. Codex enim *Stephaninus*, e quo illam producam cum aliis aliquot ſpeciminibus, adſcriptas habet permultis Epigrammatibus, præſertim *Libri I*, *III*, & *VII*, Latinas interpretationes eodem carminis genere, quo Græca concepta

ſunt,

ſunt, elegiaco puta; quæ mihi quidem, ob dictionis puritatem facilitatemque, & ſatis conſpicuam interpretis cum doctrinam & peritiam Græcorum, tum fidem & dexteritatem, viſa fuerunt *Grotio*, Græcorum Poetarum interprete elegantisſimo, haud indignæ eſſe. Accedit, quod literarum, quibus illæ exaratæ ſunt, ductus veterem manum Belgicam produnt. Quid huius coniecturæ ſit, pœnitendane, an ſecus, efficiam prolatis aliquot ſpeciminibus, ut ſtatuere, meque errore, ſi forte hac in re aliquo teneor, (nam facile cupita credimus,) liberare, queant illi, penes quos nondum edita, ſed multorum laudibus celebrata, *Hugonis Grotii* interpretatio metrica Anthologiæ Græcæ integra eſt. Pervenit ille Codex ad me e Bibliotheca B. *Menzii*, Phyſices nuper in hac Academia Profeſſoris meritisſimi. Habet igitur illa laudati Epigrammatis interpretatio ſic:

Prava moras Cleophantis agit, iam tertia lente
Deficiens, oculos ante lucerna perit.
Deſtituitque utinam vigilem cum flamma lucernam,
Et mea fax curæ deficerentque meæ.
Hanc mihi promiſit quoties per Cyprida noctem,
Perfida nunc homines negligit atque Deos.

Secundum diſtichon, quod ob traiectionem particulæ *utinam* paulo duriuſculum exit, puterm, ſic emolliri, & Græcis magis adſtringi, poſſe:

 Flam-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Iliadis dulces luſus, vigilemque lucernam
Hanc, quæ cænarum carmina multa bibit.
Vulnera parva meis reſtant hærentque labellis.
Si vis, Amor, verbum dic, & hoc exſpuero.

De cetero conferri cum noſtro Carmine poterit illud *Aſclepiadæ pag.* 472 fine λύχνε, σὲ γὰρ, — quod ſic reddidi. Interpres enim hic me meus deſerit.

Spondebat mihi ter iurans (tu, lychne, videbas)
Venturam Heraclea. At nondum ea, lychne, venit.
Numen ſi vere es, perfidam ulciſcere; amicoque
Intus gaudentem, deſere, falle, mori.

Carmen 339 comparari poteſt cum illo *Meleagri* νὺξ μακρὴ *pag.* 451, quod incertus ille meus interpres ſic reddidit:

Nox longa & frigus: mediam per Pleiada cæli
Occidit, & madidi nos ſumus ante fores.
Me mala fax Helenæ cepit. Non mittit Amorem,
Triſtia ſed nobis ignea tela, Venus.

Item *pag.* 450, καὶ πυρὶ, quod eodem interprete Latine ſic habet:

Per

Per mare, ſeu fuerim prærupta cacumina tractus,
Igne, nive, & [illegible], fulminis igne, petar.
Libertas ſi [illegible] mihi [illegible] amore merenti,
Nec magni [illegible] terrear igne Iovis.

Carmine 391 v. 2 & alibi occurrit dictio, *puellæ cuti [illegible]*, vel [illegible]. Legitur ea quoque in elegantiſſimo [illegible] pag. 449 Ὀξ[illegible] — quod ex eiusdem interpretatione non pigebit adſcribere:

Vos ſtriduli culices, quos non reverentia tangit,
Et quibus humano ſanguine vita venit:
Dormiat o paulum, huius mala beſtia pennis,
Zenophile, & noſtro corpore paſce famem.
Sed fruſtra clamo, neſcis. fera dura, moveri.
Delicias lauto corpore fota petis.
Ceſſa audax nocuumque genus; vel nuntio bellum.
Zelotypique graves experiere manus.

Ineſt huic Carmini gravis menda v. 5, καὶ τί προσηνάτην αὐδῶ; quod ad ſenſum ſatis bene Noſter *ſed fruſtra clamo.* Legendum autem καὶ τί πρὸς ἠλακάτην αὐδῶ; *& quid ego caudicem alloquor?* Ἠλακάτη Græcis eſt omnis ſtipes, truncus, ſcapus. Ad ipſum autem noſtrum Carmen conferre iuvabit illud *Macedonii* Φωσφόρε *pag.* 454 eodem interprete:

Phoſ-

Phoſphore, ne puero venias crudelis Amori
Proximus, & Marti tam ferus eſſe velis.
Qualis eras, quando Clymenes Phaëthonta videbas
Aedibus inque ortus deficiente gradu:
Talis ades. Caram vix vidi nocte puellam:
Cimmerias, oro, da mihi, lente, moras.

Haec praefatus, ubi paucula, haec adhuc monuero, ad continuandum filum occeptum & ipſe accedam, & Lectorem dimittam. Eſt nempe animus, ubi *tertium* hoc Anthologiae Graecae ineditae *Caput*, Erotica puta, edendo per breves miſſus abſolvero, penſum hoc manibus deponere. Sic enim ſi pergerem opus non admodum minutum in minutiſſimas particulas concerpere, exceſſurum eſſet hoc negotium in multorum annorum telam, &, amiſſa novitatis gratia, in taedium incurſurum. Fuerunt quoque Viri docti in Belgio, qui, laudato privatis in literis inſtituto meo, hortati ſunt, ut ipſum potius Anthologiae corpus integrum uno volumine darem. Quorum ut benignae voluntati gratias maximas ago, ſic aequis monitis non deero, niſi librarius mihi defuerit. Solent enim noſtrates ad hæc talia excudenda nonnihil cunctari & tergiverſari, quæ nempe non de trivio ſutor quisque & barbitonſor arripiat. Poſtquam igitur ſpecimen hoc finiero, decrevi, Deo vitam & vires largiente, in hiſce *Miſcellaneis* voces Arabicas, per utrumque *Du Cangii* Gloſ-

Gloſſarium perquam ſpiſſe ſparſas, exponere: Lividos autem illos & ſuperciliosos Catones, qui turpitudinem argumenti huius invidioſe crepant, & *Beverlandis*, *Voſſiis*, *Burmannis*, me deinceps accenſere velle videntur, non moror, bene gnarus, edenti levia, fateor, & ſæpe flagitioſa carmina, qui quidem impuritatis ſibi conſcius non ſit, neque famam, neque mores, pollui. Hi ipſi cenſores, quos perſona, quam in republica gerunt, ſeveritatem vultui cogit induere, ſi libertate ex animi ſententia agendi per gravitatem ſui muneris non carerent, literarumque elegantiorum dulcedinem unquam guſtaſſent, ipſi appeterent, & inviderent innocentem hanc oblectationem homini, qui totus in his levibus non eſt, non amore & ſtudio flagitiorum voces nequam captat, non ſpurciſſimarum voluptatum cœno merſus putet, ſed gravibus, & ſæpe quoque Stoicis, lectionibus; quibus capitur, interponendas has veluti cupedias cenſet, vulgique vocularum contemtor, & ab inteſtinis conſcientiæ obiurgationibus tutus, ſermonem naturæ audire atque referre, hominemque ſibi per niſium, ſpectaculum non inutile, neque indignum homine non bruto, ſpectare, atque ſpectatum exponere, amat.

Carmen 349 Ἀσκληπιάδȣ ἐπὶ παρασκευῇ ὀψωνίȣ.

Εἰς ἀγορὰν βαδίσας, Δημήτριε, τρεῖς παρ' Ἀμύντȣ

Γλαυ-

Γλαυκίσκȣς ἄιτει καὶ δέκα φυκίδια,
Καὶ κυφὰς καρίδας. ἀριθμήσει δέ σοι αὐτός.
Εικοσι καὶ τέτρας δεῦρο λαβὼν ἄπιθι.
Καὶ παρὰ Θευβορίȣ ῥοδινȣ̀ς ἓξ πρόσλαβε a)—
Καὶ Τρυφέραν ταχέως ἐν παρόδῳ κάλεσον.

In forum progreſſus; Demetri, tres ab Amynta,
Glauciſcos poſce, & decem phuculas,
Et gibbas ſquillas. b) *Sed ipſe illas tibi adnumeret.*
Ut viginti harum & quatuor nactus fueris, huc redi.
A Theoborio ſex præterea ſume roſeas corollas;
Et cito Trypheram in tranſitu voca.

Carmen 350 Ποσειδίππȣ εἰς Φιλαίνιον πόρνην.

Μή με δόκει πιθανοῖς c) ἀπατᾷν δάκρυσι, Φιλαινὶ.
Οἶδα. φιλεῖς γὰρ ὅλως ȣ̓δένα μεῖζον ἐμȣ͂.
Τȣ͂τον, ὅσον παρ' ἐμοὶ κέκλισαι d) χρόνον. εἰ δ' ἕτερός σε
Εἶχε, φιλεῖν ἂν ἔφης μεῖζον ἐκεῖνον ἐμȣ͂.

Falleris, Philænium, ſi lachrymis Suadæ potentibus me fallere exiſtimas.

Bene

a) Supplendum videtur πλοχμȣ̀ς.
b) Glauciſci, phucæ, & ſquillæ, ſunt piſces.
c) C. L. πιθανῶς.
d) Idem παρ' ἐμȣ͂ κέκλυσαι.

* * *

Bene novi, alium me calidius non amaſſe;
Donec nempe mihi accubas. At, ſi alius te tencret,
Diceres ipſi, te ipſum pluris, quam me, facere.

Carmen 351 τȣ̃ αὐτȣ̃ εἰς ἑταίραν, ζηλότυπον καὶ μανίας μεστόν.

Ἄστρα, καὶ ἡ φιλέρωτι καλὸν φαίνουσα σελήνη,
Καὶ νὺξ, καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον.
Ἆρά γε τὴν φιλάστοργον ἔτ' ἐν κοίταισιν ἀθρήσω
Ἄγρυπνον, λύχνῳ πόλλ' ἀποδαιομένην.
Ἥτιν' ἔχει σύγκοιτον. a) ἐπὶ προθύροισι μαράνας
Δάκρυσιν ἐκδήσω b) τȣ̃ς ἱκέτας στεφάνȣς,
Ἓν τόδ' ἐπιγράψας; Κύπρι, σοὶ Μελέαγρος, ὁ μύστης
Σῶν κώμων, στοργῆς σκυλα τάδ' ἐκρέμασεν.

Aſtra, & iucundum amantibus fulgens Luna,
Et nox, & tu tibiola, comeſſationum coerro,

Con-

a) Videatur hic aliquid deeſſe. Forte integrum diſtichon. Facile contigerit, ut oculus librarii ab uno verſu hexametro ad proxime inferiorem deſiliret.

b) C. L. ἐκδήσας. Forte recte, ſi nempe quædam exciderunt in ſuperioribus, ut conjectura mea tulit. Interea, ut ſaltem aliqualiter oratio ſibi conſtaret, ſcripſi ἐκδήσω.

Contingetne mihi, ut amicam intemperantiæ adhuc aliquando in cubiculo ſuo videam (ſolam) pervigilem, ſeſe lychno diligenter amburentem? c)
An eſt potius nunc in amplexibus accubitoris? In foribus has tabefactas lachrymis
Appendam ſupplices corollas.
Hoc uno cum elogio: Venus, tibi Meleager, ſacerdos
Comeſſationum tuarum, hæc teneri amoris ſpolia ſuſpendit.

Carmen 352. Διοσκορίδȣ εἰς Κλειὼ κόρην ἐρωμένην.

Ἡ τρυφερή μ' ἤγρευσε Κλεὼ τὰ γαλακτιν' Ἄδωνι a)
Τῇ σῇ κόψαμένη ςήθεα παννυχίδι.
Εἰ δώσει κἀμοὶ ταύτην χάριν, ἣν ἀποπνεύσω,
Μὴ προφάσεις, σύμπλȣν σύν με λαβὼν ἄγετω.

Deli-

c) Sollicite curabant fœminæ antiquorum temporum, aut mœchæ, aut alias corpore quæſtum facientes, ut pilos omnes, velut ſpinas, ex agro ſuo evellerent. Hinc primum, ſtante republica Attica, inguina ſibi lychno amburebant, (vid. *Ariſtophanis Eccleſiaz.* & alibi,) deinde ſub Romanis & ipſæ, & viri molles, pſilothris utebantur, & adhuc Turcæ utuntur.

a) Id eſt, τὰ γαλακτινὰ. C. L. habet Κλεὼ ἀγαλάκτιν Ἄδωνι. Conf. ſupra *Carmen* 296.

Delectata me tenebit et Clio, tuis in pervigiliis,
Alteri, lucerna [illegible] [illegible].
Si gratiam mihi quoque hanc indulgeret mortuo. a)
Nulla mora, Charitibus nulla. Comitatorum me ſibi protinus Charon abducat.

Carmen 353. Μελεάγρου εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐρωμένην Ζηνοφίλαν.

Αἱ τρισσαὶ χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα συνεῦρον b)
Ζηνοφίλᾳ, τρισσᾶς σύμβολα καλλονᾶς.
Ἁ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον, ἁ δ' ἐπὶ μορφῇς
Ἵμερον, ἁ δὲ λόγοις τὸ γλυκύθυμον ἔπος.
Τρισσάκι τεῦ δὲ μάκας καὶ ἁ Κύπρις c) ὥπλισεν εὐνάν,
Καὶ πειθὼ μῦθον, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως.

Triplices Gratiæ triplicem coronam congeſſerunt
Zenophilæ, triplicis formoſitatis indicia.
Una

a) Ut nempe κοπετὸν, planctum mei gratia inſtitueret, me plangeret. Abſurda quidem cupido, humana tamen. Multa facimus honoris cauſa & memoriæ, etiamſi nihil proſit.

b) C. L. σύνευνοι Ζηνοφίλαν.

c) Idem καὶ Κύπριδος.

Una quidem cuti illecebras, altera formæ
Illices, tertia ſermoni ſuaviloquum eloquium contribuens.
Triplici vero alio adhuc modo tibi ſoli, & Venus inſtruxit thorum,
Et Suada ſermonem, & amabilem formam Amor.

Carmen 354, τοῦ αὐτοῦ εἰς a) Ἡλιοδώραν, Τιμάριον, Ἀντίκλειαν, Δωροθέαν.

Οὐ πλοκαμὸν Τιμοῦς, οὐ σάνδαλον Ἡλιοδώρας,
Οὐ τὸ μυρίῤῥαντον Τιμαρίου πρόθυρον,
Οὐ τρυφερὸν μείδημα βοώπιδος Ἀντικλείας,
Οὐ τοὺς ἀρτιθαλεῖς Δωροθέας στεφάνους,
Οὐκέτι σοι φερέτρη [ἐπ' ἐμὲ] b) πτερόεντας ὀϊστοὺς
Κρύπτει, Ἔρως. ἐν ἐμοὶ πάντα γάρ ἐστι βέλη.

Non cincinnum Timonis, non ſandalium Heliodoræ,
Non unguentis ſtillantes recentibus Timarionis fores,
Non delicatum riſum vaſioculæ Anticleæ,
Non recens virentes Dorotheæ corollas,
Nihil horum omnium adverſus me telorum tibi tenet

Hh 2 *Am-*

a) Deeſſe hic Τιμῶ, ex ipſo Carmine conſtat.

b) Addidi uncis incluſa, quæ C. L. deerant, qui eorum loco puncta aliquot, lacunæ indicia, monſtrabat.

Amplius, o Cupido, pharetra. Omnibus enim his telis iam dudum confixus ſum.

Carmen 355, Ἡδύλε a) εἰς Ἀγλαονίκην ἑταίραν.

Οἶνος καὶ προπόσεις κατεκοίμισαν Ἀγλαονίκην
Αἱ δολιαὶ, καὶ ἔρως ἡδὺς ὁ Νικαγόρεω.
Οἷς b) παρὰ Κύπριδι ταῦτα, μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα,
Κεῖται c) παρθενίων ὑγρὰ λάφυρα μόθων, d)

Σάν-

a) Sic etiam exhibuit *Ruhnkenius*, qui Carmen hoc l. c. *pag.* 42 edidit. Verum ſchedæ *la Croziana* Παύλε exhibent. Sane inter ΗΔΥΛΟΥ & ΠΑΥΛΟΥ perparum diſcriminis intercedit. Eſt tamen Ἡδύλε nomen etiam in Anthologia edita; & elegantius, quam pro *Paulo Silentiario*, Carmen hoc eſt.

b) C. L. ἧς reſtitui οἷς e *Suida*, qui diſtichon hoc recitat in v. μυδῶντες. Quod indicio Cl. *Ruhnkenii* intellexi. Οἷς redit ad τὰς συμπόσεις & τὸν ἔρωτα, quibus, id eſt, *a quibus*, compotationibus nempe, & amore iuvenis, dedicata iacent penes Venerem.

c) Ita *Suidas* & *Ruhnkenius*, qui videtur illinc correxiſſe. Forte enim in eius Codice fuit, quod in Lipſ. eſt, κεῖνος. Schedæ *la Croz.* habent κεῖνται. Ciccum non refert, utram lectionem præferas.

d) *Suidas* & *Ruhnkenius*, & Cod. Lipſ. & ſchedæ

la

Σάνδαλα, καὶ μαλακαὶ μαςῶν ἐκδύματα e) μίτραι,
Ὕπνου καὶ σκυλμῶν τῶν τότε μαρτύρια.

Vinum & doloſæ f) *compotationes in ſomnum proſtraverunt Aglaonicam*
Et ſuavis amor Nicagoræ.
Quibus hæc omnia, unguentis adhuc madida, Veneri dedicata iacent,
Virginalium pugnarum delicata ſpolia:
Nempe ſandalia, & molles mammis detractæ mitræ,
Somni & vexationum, quæ tunc temporis contingebant, teſtimonia.

Carmen 356, Ἄδηλον εἰς κόρην τινὰ Ἀλεξώ.

Ὁ κρόκος, οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς
Σὺν μίτραις κισσοῦ κυανέεοι ςέφανοι,

la Croz. exhibent πόθων, quod omnino pravum non eſſe, non diffiteor.

e) Adſcripſerat hic loci *La Crozius* in margine: (ἐνδύματα *Spanhemius male.*) Concedo, hic loci non recte ἐνδύματα ſuaderi, quia de ſpoliis, quæ detrahuntur corpori, ſermo eſt. Verum alias recte dicuntur mitræ ἐνδύματα μαςῶν, indumenta mamillarum. Inde manavit Germanica vox *Mieder.* Alias mitra capitis tegumentum quoque notat, item tæniam.

f) Quia, dum avide hauriuntur calices, quia bene ſapiunt, ſubrepunt clanculum, & hominis compotes facti, eum vel invitum aut in ſomnum inexpugnabilem, aut in furorem, coniiciunt.

Τῷ γλυκερῷ καὶ θῆλυ κατιλλώπτοντι a) πρήπῳ
Κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.
Crocus & mitræ & unguentis adbuc fragrantes Alexonis b)
Ex bedera plexæ cyaneæ corollæ
Suavi & fæmineum limis tuenti Priapo
Dedicatæ ſunt, ſacri munuſcula pervigilii.

Carmen 357, ἄδηλον εἰς ἑταίραν τινὰ Λεοντίδα.
Ἠγρύπνησε Λεοντὶς ἕως πρὸς καλὸν ἔπινον a)
Ἀστέρα τῷ χρηστῷ b) τερπομένη Σθενίῳ.

Ἧς

a) Sic reſtitui e ſchedis *la Croz.* & *Suida*, qui in v. Ἰλλώπτειν hunc verſum habet. C. L. monſtrat καλίλλωτόν τι. Idem habet quoque κεῖται, quod e ſchedis *la Croz.* emendavi.

b) *Alexo* nomen in fœminis idem, quod in viris *Alexander*.

a) C. L. ἔπινον. In margine notatum vidi ἔπινεν, tanquam ſi correctio eſſet. Hæc talia aut non ſcripſit *Salmaſius*, aut ſcripſit aliud agens, aut denique iuvenis.

b) C L. τῷ χρῷ. Forte ſcriba putabat, quia χριστῷ per compendium χρῷ ſcribere ſolent Græci, & χριστῷ atque χρηστῷ eodem modo pronuntiant, ſibi quoque licere χρῷ pro χρηστῷ ſcribere.

Ἧς παρὰ c) Κύπριδι τοῦτο τὸ σὺν μούσαισι μεληθὲν
Βάρβιτον ἐκ κείνης κεῖτ' ἔτι παννυχίδος.

Pervigilavit Leontis d) *uſque ad pulchram matutinam*
Stellam e) *commodo delectata Sthenio.*
Cuius hoc, propitiis Muſis exercitum, barbiton
Veneri dedicatum iacet ab illo inde pervigilio.

Carmen 358, Ποσειδίππου ἢ Ἀσκληπιάδου. εἰς Πλαγγῶ ἑταίραν.

Πορφυρέην μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Πλαγγὼν εὐίππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων,
Νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν πολύχαρμον
Ἑσπερινῶν πώλων ἄρτι φρυασσομένων.
Κύπρι φίλη; σὺ δὲ τῆδε πόροις νημερτέα νίκης
Δόξαν ἀείμνηστον τήνδ' ἐπιθεῖσα χάριν.

Purpuream ſcuticam a) *& lora ſcita*
Plango ante fores poſuit ædium, ubi apte equitare docetur.

Hh 4 *Poſt-*

c) Πάρα, vel παρά, ſcribas, & ad præcedentem, aut ſequentem, vocem trahas, ciccum non interduim.

d) *Leontis* idem eſt atque *Leontium*. Sic ſupra habebamus *Philænis*, pro *Philænium*, & mox habebimus.

a) Purpuream ſcuticam & lora dedicabant Veneri meretri-

Poſtquam, ſolitario equo Philænidem vicit
multis Gratiis præditam,
Veſpertinis pullis adhuc frementibus, b)

Tu-trices, non tantum αἱ καταλύσαι quæſtum mittentes, & palæſtra excedentes, ſenio fractæ & inutiles, ſed etiam vigentes atque fortes, ut inſtrumenta ſuo quæſtui propria. Non ſymbolica hæc ſunt; quamvis eſſe videri poſſint, & pro talibus quidam reputaverint. Purpurea ſcutica profecto pulchre ſignificat *Ariſtophanis* κόρον τὴν παχεῖαν κ᾽ηλυθρὰν in Acharnentibus. Notum quoque eſt *Petronii lorum in aqua.* Ego tamen credo, re vera lora & ſcuticas in uſum veniſſe in palæſtris venereis, quando κέλητι equo ſolitario certarent. & omnia hæc ad literam, quod aiunt, accipienda eſſe. Suffecerit hoc ad declarandam mentem meam. Nolo myſterium hoc iniquitatis revelare, aut criminandi anſam malevolis dare. Corrupti ſunt horum quoque ſeculorum, quibus vivimus, mores. At longe flagitioſiſſimi & brutis immaniores fuerunt veteres, qui voluptatibus ſeſe volutabant, quas vel nominare, & verbis exequi, animus horret, & hodie crimen eſt. In notis ad Sepulcralia Carmina produxerat hoc Cl. *Leichius p.* 20 cum Latina ſua interpretatione. Iterum Cl. *Dorvillius* in *Notis ad Charitonem p.* 158, qui editum ante ſe & intellectum fuiſſe negat. De poſteriore nullus dubito. At, editum a cive noſtro fuiſſe, profecto non ignorabat, bene novi. Sed diſſimulabat, *Leichio*, quod ipſe coram me profitebatur, ſuccenſus, ut falcem in alienam meſſem immittenti. Anthologiæ enim editionem *Dorvillius* ſibi ſoli, neque iniuria, vindicabat.

b) Id eſt, iuvenibus fortibus & laceroſis modo re-

Tu ergo illi, amica Venus, victoriæ da gloriam, quæ nunquam excidat,
Immortale hoc, ſuper cetera, tribuens beneficium.

Carmen 359, Ἀσκληπιάδȣ εἰς Λυσιδίκην.

Λυσιδίκη σοι, Κύπρι, τὸν ἱππαστῆρα μύωπα a)
Χρύσεον εὐκνήμȣ κέντρον ἔθηκε ποδὸς.
Ὧ b) πολὺν ὕπτιον ἵππον ἐγύμνασεν, ȣδέ ποτ' αὐτῆς
Μηρὸς ἐφοινίχθη κȣ̃φα τιναττομένης.
Ἦν γὰρ ἀκέντητος τελεοδρόμος. ȣ̃νεκεν ὅπλον
Σοὶ κατὰ μεσσοπύλης χρύσεον ἐκρέμασεν.

Tibi, Venus, Lyſidice calcar hoc, c) domandis & regendis equis aptum,
Aureum ſtimulum pedis eleganti ſura præditi, dedicavit.

redeuntibus e palæſtra circa veſperam, quibus nervi, a corporis exercitatione animati, turgent & rigent. Pulli frementes ſunt moræ impatientes, qui protinus volunt libidini ſatisfactum, & œſtro perciti fores pugnis calcibusque pulſitant. Aliter interpretatus eſt hunc locum Cl. *Dorvillius*, quo dixi, libro. Quis noſtrum rectius, Lectori iudicandum permitto. vid. *Theocrit.* II, 80.

a) Citat hoc diſtichon *Suidas* v. Μύωψ. Totum habet *Dorvillius* ad *Charitonem p.* 158.

b) Sic etiam *Dorvillius* dedit. Sed cenſeo legendum eſſe ὅς, quod etiam in Latinis expreſſi.

c) Calcaria veterum non erant noſtris ſimilia, ſed ut ſtimuli, longi acuti baculi præferrati.

Qui non unum exercuit ſupinum d) *equum, ipſius tamen*
Femur non cruentavit, ut agiliter motæ.
Erat enim curſor non ſtimulandus e). *Quapropter telum hoc*
Aureum tibi mediis in foribus ſuſpendit.

Carmen 360, Μελεάγρου εἰς Τιμάριον ἑταίραν τωθαστικόν

Οὐκέτι Τιμάριαν, τὸ πρὶν γλαφυροῖο κέλητος
Πῆγμα, φέρει πλωτὸν Κύπριδος εἰρεσίην.
Ἀλλ' ἐπὶ μὲν νώτοιο μετάφρενον ὡς κέρας ἱστῷ
Κυρτοῦται, πολιὸς δ' ἐκλέλυται πρότονος.
Ἱστία δ' αἰωρητὰ χαλᾷ σπαδονίσματα μαστῶν. a)
Ἐκ δὲ σάλου στρεπτὰς γαστρὸς ἔχει ῥυτίδας.
Νέρθε

d) Id eſt, ſegnem, remiſſum, tardigradum. Ad locum hunc intelligendum proderit *Ariſtophaneum* illud in *Pace* τετραποδηδὸν τρέχειν. Symbolica, metaphorica hæc non ſunt, quod iam monui.

e) Ad verbum eſſet curſor ad finem usque currens non compunctus, ſeu absque ſtimuli admonitione, ſponte ſua.

a) Verſum hunc citat *Suidas* v. Σπάδων, nihil tamen addit, quo ſignificatio vocis σπαδόνισμα declaretur. Intelligitur ex hoc loco, σπαδονίσματα eſſe res, quæ diuturna & valida deorſum tractione, aut appenſo pondere, tonum & turgorem amiſerunt, ut marcida, languida, pen-

Νέρθε δὲ πάντ' ὑπέραντλα νεὼς, κοίλη δὲ θάλασσα
Πλημμύρει, γόνασιν δ' ἔντρομός ἐςὶ σάλος.
Δύςανος γ' ὃς b) ζωὸς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην
Πλεύσετ' ἄνω c) ἐπιβὰς γραὸς ἐν εἰκοσόρῳ.

Non amplius Timarium, priſtinum illud bene dolati celocis d)
Coagmentum, fert Veneris in mari remigationem.
Sed ſuper lumbis dorſum, ut apex mali navis e)

Incur-

pendeant, elatere, & vi ſeſe reſtituendi defecta.

b) Cod. L. δύςανος τε ζωος.

c) Idem ἄνωτ' ἐπιβὰς. Delevi τ' cum non viderem, quorſum faceret, niſi forte quis ad præcedens ζῶος ἔτ' ὢν trahat. Ζῶος ἔτι καὶ ἄνω ὤν. Atqui ζῶος ὢν & ἄνω ὢν tautologa ſunt. Idem quoque Codex dabat γραὸς ... εἰκοσόρῳ.

d) Celox eſt navigium, ſcapha, quam unus remex agitat. Intelligit bene tornatum corpus meretricis iuvenculæ, quæ in mari Veneris, ſeu lecto, remigationem robuſti iuvenis ſuſtinet. Vult dicere, iam inepta es, o anus, Veneri, cui olim ſtrenue litabas.

e) Dorſum, ſeu regionem ſcapularum & cervicis, cum apice mali nauticæ inclinato comparat. Ut mali pars infima rigida, ſic & lumbi tui, ut illius apex nutat prorſum, ſic & cervix tua.

Incurvat ſeſe, canus fluctuat rudens f);
Vela velut oſcillantia laxant mammarum pendul i utres. g)
Venter a ſalo h) *in orbem undatim obeuntes monſtrat rugas.*
Quoad inferiores partes navis aquarum laborat copia i); *cavum mare* k)
Exundat; æſtuans genubus ineſt tremor.
Infelix, qui vivus adhuc & ſpirans Acherontiam paludem l)

Na-

f) Πρότονος eſt rudens, qui a malo ad proram, vel puppim, tenditur. Illi comparat canum capillitium, de fronte propendens, & faciem obumbrans.

g) Comparatio mammarum flaccidarum cum utribus rugoſis ſatis clara eſt, neque explicatione eget.

h) Retinui vocem Græcam σάλος in Latinis, cum Romani quoque eam ſua civitate donaverint. Notat autem concuſſionem, iactationem in utramque partem, undationem. Vult dicere: quia ſæpius remigationem veneream & iactationes, concuſſioneſque violentas, tuo corpore paſſa es, natæ tibi ex eo ſunt rugæ, quarum una alteram, ad inſtar undarum, trudit, una alteri parallele, ſuper ventre tuo prætenſa eſt.

i) Vult dicere, hydrope laboras.

k) Incontinens es urinæ. Græci cavam omnem voraginem θάλασσαν appellant, neque ignotum, quid θάλασσα in ſacris ſit. Eſt nempe fovea ſub altari, in quam ſordes & reliquiæ ſacrorum omnes confunduntur. Perſpicuum eſt, quid Poeta per mare vetulæ deſignet.

l) Id eſt, vetulam. Conf. *Ariſtophan. Eccleſ. v. 1098 ſeq.*

Navigabit, ſuperadſcendens in vetulam cymbam.

Carmen 361, ἄδηλον εἰς Νικὼ ἀναθηματικόν.

Ἴυγξ ἡ Νικοῦς ἡ καὶ διαπόντιον ἕλκειν a)
'Ανδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισαμένη
Χρυσῷ ποικίλλουσα b) διαυγέος ἐξ ἀμεθύσου
Γλυπτή σοι κεῖται, Κύπρι, φίλον κτέανον,
Πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μέσσα δεθεῖσα,
Τῆς Λαρισσαίης παίγνια φαρμακίδος.

Jynx Niconis, quæ & ultramarinum illicere

Auro

a) Monſtroſe corruptus iacebat in C. L. hic locus ſic: Ηυξηνικους ἡ καὶ διαπόντιον ησακειν. De Jynge nota omnia. Notum illud *Theocriti* Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. Ex ΗϹΑΚΕΙΝ effeci ΗΕΛΚΕΙΝ, id eſt, ἕλκειν. conf. Conie̊ctur. noſtr. ad *Herodot Gronov. p. 361, 44*, ubi contrario modo pro ΕΛΞΑΝΤΕϹ reſtitui ϹΑΞΑΝΤΕΣ.

b) Ποικίλλουσα hic accipio pro *ludens*, colores pro vario ſitu varios induens: ἀλλάσσουσα, quod nos *Spielen* dicimus; ut de gemmis & veſtibus verſicoloribus, allaſſentibus. Nam neque Latini hanc vocem ignorant.

Carmen 363, Μελεάγρȣ ἀποτρεπτικὸν παιδοφθορίας

Meleagri, quo dehortatur a corruptione puerorum.

Οὔ μοι παιδομανὴς κραδία. Τί δὲ τερπνὸν, ἔρωτες,
Ἀνδροβατεῖν? εἰ μὴ δὲς τι λαβεῖν ἐθέλοι;
Ἁ χεὶρ γὰρ τὰν χεῖρα καλὰ μένειν παράκοιτις
Εν — — πᾶς ἄρσην ἀρσενικοῖς λαβίσι.

Non mihi furibundus in mares animus.
Quid enim dulcedinis, o Amores, habet,
Virum inſcendere? niſi ſi forte quis operam meam mercede conducat.

Sequens diſtichon non intelligo, neque ingenium in his ſordibus exhauriam. Videtur perobſcuris, corruptis, & mutilis, verbis de illo fœdo crimine, quod Græci δέφεσθαι appellant, aliquid ſubeſſe.

Carmen 364, Ποσειδίππȣ εἰς πυθιάδα.

Πυθιὰς, εἰ μὲν ἔχεις τιν', ἀπέρχομαι, εἰ δὲ καθεύδεις
Ὧδε μόνη, μικρὸν, πρός Διὸς, ἐκκάλεσαι.
Εἰπὲ δὲ σημεῖον, μεθύων ὅτι καὶ διὰ κλώπων
Ἤλθεν ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

Pythias a), *ſi quidem intus habes amicum, abeo. Si vero*
Sola cubas, parum te ſine, per Jovem, huc evocari. b)
Dic autem c) *in ſignum: ebrius per ipſos fures*
Venit d) *amore audaci uſus duce.*

Carmen 365, Μελεάγρου εἰς Ἡλιοδώραν.

Σφαιριστὰν τὸν Ἔρωτα τρέφω, σοὶ δ', Ἡλιοδώρα,
Βάλλει τὰν ἐν ἐμοὶ παλλομέναν κραδίαν.
Ἀλλ' ἄγε συμπαίκταν δέξαι πόθον. Εἰ δ' ἀπὸ σεῦ με
Ῥίψαις, οὐκ οἴσω τὰν ἀπάλαιστρον ὕβριν. a)

a) Videtur Poeta ſervum ſuum, quem ad meretricem de nocte mittit, docere, quid ipſi dictum velit.

b) E lecto tuo huc ad fores ædium tuarum.

c) Quando tecum in colloquium convenerit, in ſignum, quo agnoſcat, te a me miſſum veniſſe.

d) Nempe herus meus.

a) Codex L. habet τὰν ἀπαλαιότεραν ὕβριν. Ad gymnaſtica exercitia & ad palæſtram pertinet pila quoque. Ludentibus pila inter alias hæc etiam lex erat, ut, quam proiiceret unus ad alterum pilam, hic exciperet, & ad priorem reiiceret, non autem ſineret humo cadere, aut alioverſum detorqueret. Huc alludit Poeta non ineleganter. Si amorem meum non admiſeris, & tuum

Nutrio Cupidinem, pila ludere doctum. Pila vero, quam iactat,
Eſt cor meum palpitans. Id verſus te proiicit, Heliodora.
Admitte ergo, quæſo, Cupidinem colluſorem tibi. Quodſi vero me
Abiicias, non feram iniuriam legibus palæſtræ adverſautem.

Carmen 366, Παύλȣ Σιλενλιαρίȣ ἐς Ῥοδόπην.

Κλέψωμεν, Ῥοδόπη, τὰ φιλήματα, τήν τ' ἐρατεινὴν
Καὶ περιδηρίτην Κύπριδος ἐργασίην,
Ἡδὺ λαλεῖν, φυλάκων τε πανάγρέα κάνθον ἀλύξαι.
Φώρια δ' ἀμφαδίων λέκτρα μελιχρότερα.

Furemur, o Rhodope, oſcula & amabilem,
Multique cauſam iurgii, culturam Veneris,
Dulce nempe loqui, a) *& cuſtodum acrem ad omnia oculum fallere.*

Fur-

tuum mihi non refuderis, non feram, ait, iniuriam, cum legibus palæſtræ venereæ pugnantem.

a) Furemur, id eſt, furtive, trepide, properanter, & procul arbitris. peragamus. Vox κάνθον ſatis prodit ætatem Auctoris, ſolœciſmis, archaiſmis, paphlagoniſmis denique, & ampulloſis verbis, gaudentem. *Mellitum* pro *ſuavi* protritum & Latinum quoque eſt.

Furtiva coniugia magis, quam publica, ſunt mellita.

Carmen 367, Μακεδονίȣ ὑπάτȣ ἐπὶ γυναικὶ ἐρωμένῃ.

Ἡμερίδας τρυγόωσιν ἐτήσιον, ȣδέ τις αὐλῶν
Τȣς ἕλικας, κόπτων βότρυν, ἀποςρέφεται.
Ἀλλά σε, τὴν ῥοδόπηχυν, ἐμῆς ἀνάθημα μερίμνης,
Ὑγρὸν ἐπιπλέξας σώματι a) δεσμὸν, ἔχω,
Καὶ τρυγόω b) σὸν ἔρωτα, καὶ ȣ θέρος, ȣκ ἔαρ ἄλλο
Οἶδα μένειν. Ἔτι μοι πᾶσα γέμεις Χαρίτων.
Ὧδε καὶ ἀκμάσειας c) ὅλον χρόνον. Εἰ δέ τις ἔλθῃ d)
Λοξὸς ἕλιξ ῥυτίδων, τλήσομαι e) ὡς φιλέων.

a) Cod. Lipſ. ἅμματι.

b) Adoptavi certiſſimam emendationem Cl. *Wolfii*, qui Carmen hoc utroque ſermone in *Fragmentis Sapphus pag.* 227 edidit, pro τρυγέωσιν Cod. Lipſ.

c) In Cod. L. eſt ἡμύσειας, quod etiam Cl. *Wolf* in Latinis ſuis expreſſit. Facile illinc ἀκμάσειας effeci, quandoquidem η & κ in Codd. MStis vix differunt, & frequenter permutantur. Cogitavi quoque de ἡβήσειας, quod præferant (per me licet) qui ad metri ſcopulos obhærent.

d) Margo Cod. Lipſ. dat ἔλθοι absque neceſſitate.

e) In Cod. L. eſt πλήσομαι, pro quo Cl. *Wolf* ſuadebat λήσομαι, *obliviſcar*, ſenſu non malo.

Vites quidem legunt quotannis, nemine
Capreolos averſante, dummodo uvas carpat.
Ego vero te ſemper, o roſibrachia, curarum mearum ſacrarium,
Teneo lubrico mei corporis vinculo implicitam,
Vindemioque tuum amorem, non æſtatem, non ver,
Exſpectans. Adhuc mihi tota Gratiarum plena es.
Ita tibi contingat nunquam non vigere. Ego vero, ſi forte olim
Superveniat tibi tortuoſus rugarum capreolus, feram, qua decet amantem.

Carmen 368, Τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ γυναικὶ παλιμβούλῳ.

Αὔριον ἀθρήσω σε. Τὸ δ᾽ οὔποτε γίνεται ἡμῖν,
Ἠθάδος ἀμβολίης αἰὲν ἀεξομένης.
Ταῦτά μοι ἱμείροντι χαρίζεαι, ἄλλα δ᾽ ἐς ἄλλους
Δῶρα φέρεις, ἐμέθεν πίστιν ἀπειπαμένη.
Ὄψομαι ἑσπερίην σε. Τί δ᾽ ἕσπερός ἐστι γυναικῶν?
Γήρας ἀμετρήτων πληθόμενον ῥυτίδων. a)

Cras

a) Diſtichon hoc citavit *Dorville* ad *Chariton.* *pag.* 158.

Cras te videbo b). *Id autem nunquam contingit,*
Solita tua procraſtinatione indies creſcente.
His nempe modis cupidini meæ gratificaris, aliis autem
Alia indulges, fide erga me eiurata.
Videbo te in veſpera tua. Quæ autem eſt veſpera mulierum?
Eſt ſenium infinitis redundans rugis.

Carmen [illegible], Τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐπί τινι κόρῃ παράκλησις.

Ἦλθες ἐμοὶ ποθέοντι παρ' ἐλπίδα, τὴν δ' ἐνὶ θυμῷ
Ἐξεσάλαξας ὅλην θάμβεϊ φαντασίην,
Καὶ τρομέω, κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴςρȣ,
Ψυχῆς πνιγομένης κύματι κυπριδίῳ.
Ἀλλ' ἐμὲ τὸν ναυηγὸν ἐπ' ἠπείροιο φανέντα
Σῶε τεῶν λιμένων ἔνδοθι δεξαμένη.

Veniſti mihi percupido non ſperata. Animo omnem
Imaginandi vim excuſſiſti. Adeo caſum hunc obſtupeſco,
Et contremiſco. Cor profunda oeſtri voragine æſtuat,
Anima fluctu venereo ſuffocatur.

Tu

b) Refert Poeta ſermonem mulieris, cui perfidiam obiectat. Lactas me, ait, æternum vanis pollicitationibus. *Cras*, ais, *te videbo*. Sed illud nunquam contingit.

Tu ergo me, naufragium in ſolo continenti paſſum,
Serva tuo portu receptum.

Carmen 370, Ἐρατοσθένους σχολαστικοῦ.
Ὡς εἶδον Μελίτην, ὤχρεις &c.

Cum viderem in Codicis Lipſienſis margine ſcriptum *exſtat*, quo ſignificatur, hoc Carmen in Anthologia edita exſtare, omiſi exſcribere, & hic recantare. Exſtat enim in editione *Anthologiæ Wecheliana p. 605*, ſed ſola. Nam a ceteris, quas quidem vidi, omnibus abeſt. Neque ſoli huic Carmini id contigit. Notavi alia quoque, quæ unde habuerit, qui editionem *Wechelianam* curavit, & quare receperit, ſæpe miratus fui. Intelligas inde quoque, Carmen hoc non *Eratoſthenis Scholaſtici* eſſe, ſed *Agathiæ*. Secundum diſtichon impudici, ſed arguti, Carminis citat & exponit *Salmaſius Exerc. Plin. pag 652*, ubi recte χαλάσαις citat, pro χαλάσαι, quod in edit. *Wechel.* legitur. Omnes dant ἡμετέρης. Sed, legendum eſſe ὑμετέρης (id eſt, σῆς, ob metrum,) contendo. Pro κεφαλὴν verſu ultimo, quod eſt in ed. *Wechel.* rectius dat Cod. Lipſ. σκευήν. Initium verſus primi citat *Suidas* v. ὤχρεις. Latine Carmen hoc ita ſonat: *Ut vidi Melitam pallor me cepit. Marito enim illa ibat ad latus. Ideoque tremens ipſi ego hæc dicebam. Licetne tui portalis vectes regerere, laxata valvarum tuarum glande, geminique anteportalis mobilem trepidinem traiicere, extremo peſſulo in ea media defixo. Reſpondebat illa ridens, ex obliquo maritum intuens: abſtine*

te

te ab anteportali, ne apparatum tuum ſerarium perdas. Tam lepidum reſponſum, quam illepida fuit interrogatio. Illuſtrandum eſſet hoc Carmen expoſitione rei veterum ſerariæ. Sed perobſcurum eſt illud argumentum, & ſatius eſt, Carmen hoc quantocyus deponere, quod tractari absque pudoris offenſione nequit.

Carmen 371, Μακεδονίου ὑπάτου.

Τὴν φιλοπαιγμοσύνην καὶ λυγέλωτα κόρην ἐπὶ νυκτὸς ὄνειρον a)
Εἶχον, ἐπισφίγξας πήχεσιν ἡμετέροις.
Πείθετό μοι ξύμπαντα, καὶ οὐκ ἀλέγιζεν ἐμοῖο
Κύπριδι παντοίῃ σώματος ἁπτομένου.
Ἀλλὰ βαρύζηλος τις ἔρως κατὰ b) νύκτα λοχήσας
Ἐξέχεεν φιλίην, ὕπνον ἀποσκεδάσας.
Ὧδέ μοι οὐδ᾽ αὐτοῖσιν ἐν ὑπναλέοισιν ὀνείροις
Ἄφθονός ἐστιν ἔρως κέρδεος ἡδυγάμου.

Multi amicam riſus puellam inſomnium habebam, de nocte,
Meis cubitis circumſtrictam.
Obſecundabat mihi in omnibus, neque curabat me,
Corpus eius omnimoda venere pertentantem.
Verum Cupido aliquis, gravi erga me accenſus æmulatione poſitis de nocte inſidiis,
Effundebat amores meos, ſomno diſturbato.

 Adeo

a) Ὀνείρου habent Cod. Lipſ., ſchedæ *La Croziana*, & *Dorvillius* ad *Charitonem p. 324*, ubi Carmen hoc totum edidit V. Cl.

b) Idem & ſchedæ *La Croz.* habent καὶ. Sed rectius eſt, quod e Codice Lipſ. dedi.

Adeo ne in ipſis quidem inſomniis, per ſomnum obvenire ſolitis,
Cupido invidens me frui ſinit dulci Veneris & furtivo lucro.

Carmen 372, Παύλȣ Σιλεντιαρίου.

Μακρὰ φιλεῖ Γαλάτεια καὶ ἔμψοφα, μαλθακὰ Δημώ,
Δῶρις δακτάζει. τίς πλέον ἐξερέθει;
Ὄυατα μὴ κρίνωσι φιλήματα. γευσάμενοι δὲ
Τριχθαδίων a) ςομάτων ψῆφον ἐποιτόμεθα.
Ἐπλάγχθης κραδίη. τὰ φιλήματα μαλθακὰ Δημȣ̃ς
Ἔγνως, καὶ δροσερῶν ἡδὺ μέλι ςομάτων.
Μίμν' ἐπὶ τοῖς, ἀδέκαςαν ἔχε b) ςέφος. εἰ δέ τις c) ἄλλη
Τέρπεται, ἐκ Δημȣ̃ς ἡμέας ȣ̓κ ἐρύσει.

Longum oſculatur & ſonorum Galatea, molle Demo,
Doris labellis morſicat. Quænam igitur harum magis ſtimulat?
Aures ne, quæſo, iudicent oſcula. d) *Sed, poſtquam guſtavero*
Singula illa tria ora, calculum demum feram.

Fal-

a) Codex Lipſienſis, & Carmina Græca *Heinſii*, in quibus, hoc totum legitur *p. 140*, habent τριχαλέων.

b) Iidem monſtrant ἔχεις.

c) Sic *Heinſius*. Cod. Lipſ αἴγη, quod me valde macerabat, antequam editionem *Heinſianam* inſpicerem.

d) Ex hoc & initio ſequentis Diſtichi videtur Poeta prius voluiſſe *Galateæ* oſculis palmam tribuere.

Falſus fueras, mi anime. Senſiſti tandem mollia Demonis
Oſcula, & roſcidorum labiorum dulce mel.
Subſiſte in his (labiis) Coronam habe non venalem e). *Delectatur alius alia,*
Nemo me a Demone abſtrahet.

Carmen 373, Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Μαλθακὰ μὲν Σαπφȣ̃ς τὰ φιλήματα, μαλθακὰ γυίων
Πλέγματα χιονέων, μαλθακὰ πάντα μέλη.
Ψυχὴ δ' ἐξ ἀδάμαντος ἀπειθέος. ἄχρι γὰρ οἴων
Ἐστὶν ἔρως στομάτων, τἄλλα δὲ παρθενίης.
Καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις, τάχα τȣ̃το ταλάσσας
Δίψαν Ταντάλεην τλήσεται εὐμαρέως.

Mollia Sapphonis oſcula, molles artuum
Plexus niveorum, mollia membra omnia.
Animus autem adamante factus, cedere neſcio. Sola enim
Ad oſcula tenus amat, non ultra. Reliqua ſunt virginea.
Quis, amabo, facile toleret hæc? Hæc quisquis ſi pote, tolerat
Hæc verba ita luculenta ſunt, ut maiori luce vix egeant. Detractarum enim veſtium interiorum nulla prorſus facta eſt mentio, ſed zonæ ſolum & veſtimentorum, ſive exteriorum veſtium, quippe ad quarum claſſem militares referebantur. Addo porro *Plutarchum* o), ubi de *Phocione* loquitur: Ἐπεὶ κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας, ἀνυπόδητος ἀεὶ, καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν, quæ verba interpres ita Latine reddit: *Nam peregre quidem, atque in bello, ſine calceis ſemper nudusque incedebat*, ſed rectius: *& ruri & militia incedebat ſine calceis & nudus*, id quod nemo ſanus de toto corpore nudato intelliget, eo magis, quod alias non neceſſe habuiſſet *Plutarchus*, calceorum mentionem facere, ac memorare, iis quoque *Phocionem* haud uſum fuiſſe, ſi toto corpore plane nudus exſtitiſſet.

Quæ inſignia effata, licet ita comparata ſint, ut rem, a me diſputatam, extra omnem dubitationem collocent, ac vocis γυμνὸς ſignificationem, quæ noſtro *Joannis* effato adhibenda eſſe videtur, maxime confirment, non tamen poſſum, quin *Aeliani* p) perſpicuum addam teſtimonium, quod nobis, *Gelonis* hiſtoriam deſcribens, reliquit. Γέλων, inquit, ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους, πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Σικελίαν ἐποιήσατο. Εἶτα ἐλθὼν εἰς

n) *Ibid.* §. 26.
o) *Vit. Phocion. Tom. I Operum, pag.* 745.
p) *Lib. VI Variar. hiſt. Cap.* 11.

εἰς τὴν ἀγορὰν γυμνὸς, ἔφασκε ἀποδιδόναι τοῖς πολίταις τὴν ἀρχὴν, *Gelon, cum ad Himeram viciſſet Carthaginenſes, univerſam Siciliam ſibi ſubiecit. Poſtea nudus in forum progreſſus, dixit, ſe reddere civibus imperium.* Male in his verbis vocabulum γυμνὸς a *Scheffero* q), eius Auctoris interprete, & *Gisb. Cupero* r), ad arma ſolum transfertur, quod & ad veſtem, quam depoſuit *Gelon*, traducendum mihi eſſe videtur. *Diodorus* enim *Siculus* s), qui fuſe res, a *Gelone* geſtas, deſcripſit, poſtquam, eum ad forum ſeſe contuliſſe, memoravit, addit expreſſis verbis, quod ἀχιτὼν ἐν ἱματίῳ fuerit, *abſque tunica, ſolo tectus pallio.* Videntur hæc quidem *Aeliani* verbis in eo contradicere, quod apud hunc *Gelon* tunica indutus, ſed ſine exteriore veſte, apud *Diodorum* contra verſa vice pallio tectus, ſed ſine tunica, in conſpectum dediſſe ſe, Gelon dicatur. Ipſe enim *Gelon* apud *Aelianum* t) de ſe dicit: Ἰδοὺ τοίνυν ὑμῖν ἐν χιτωνίσκῳ γυμνὸς τῶν ὅπλων παρέστηκα, καὶ δίδωμι χρῆσθαι ὅ, τι βούλεσθε, *en igitur in tunicula*, id eſt, ſola, & ſine pallio, *nudus armorum vobis adſto, & dedo me vobis, ut, prout vultis, mecum agatis*, & paulo poſt memoratus hic Scriptor de ipſo refert: Καὶ εἰκόνα αὐτοῦ οἱ Συρακούσιοι ἔστησαν ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι,

q) *Notis ad hunc loc.*
r) *Lib. I Obſ. Cap. 7 pag. 38.*
s) *Lib. XI Bibliothec. pag. 21.*
t) *Lib. XIII Cap. 37.*

τῶνι, & *Syracuſani*, qui ſtatuæ *Gelonis* eam, in qua comparuerat, formam ac figuram dabant, *ſtatuam ei poſuerunt in discincta tunica*. Si itaque *Diodorum* cum his, quæ adduxi, *Aeliani* verbis comparamus, duo hi Scriptores ſibi contradicere quidem videntur; in concordiam tamen optime redigi poſſunt, quando reputamus, voces quidem χιτὼν & ἱμάτιον a priſcis, quos Græcia tulit, Auctoribus plerumque quidem ita uſurpari, ut earum illa veſtem interiorem, hæc exteriorem, ſive pallium, ſignificet, quemadmodum *Jac. Capellus* u), *Octavius Ferrarius* y), *Iſaac. Caſaubonus* x), *Io. Boiſius* y), *Io. Albertus Fabricius* z), interpretes *Aeliani*, aliique, ſolide monſtrarunt, attamen, & alia effata pasſim eſſe obvia, quibus utraque vox, perinde ac vocabulum ϛολὴ, a) latius patere, & plura veſtimenta complecti, videatur.

De voce ἱμάτιον ſatis id notum eſt; quod autem ad vocabulum χιτὼν ſpectat, ſatis probari poteſt, illam non ſolum tunicam interio-

u) *Obſervationib. ad Matth. V*, 40.

x) *De re veſtiar. Part. I Lib. III Cap. i*, & *Part. II Lib. IV Cap.* 3.

y) *Notis ad ſupra memoratum Matthæi locum, Tom. IV Critic. Anglic. pag.* 150.

z) *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentiorib. collat. in IV Evangel.* ad eadem *Matthæi* verba.

a) *Not. ad Cod. Apocryph. Nov. Teſt. Part. I pag.* 195.

b) Vide *Aelianum Lib. III Var. hiſtor. Cap.* 24.

rem, ſed exteriorem quoque, ſive veſtem quandam oblongam, & ad talos fere demiſſam, deſignare, quam Græci ſuper interiorem tunicam, corpori proximam, induere ſolebant. Patet id non ſolum ex *Heſiodo* c), qui his verſibus:

— — — οἱ δ' ἀροτῆρες
Ἤρεικον χθόνα δῖαν, ἐπιςολάδην δὲ χιτῶνας
Ἐςάλατ', &c.

— — — *aratores autem*
Proſcindebant terram bonam, ornateque tunicas
Succinctas habebant &c.

Ubi, aratorum tunicas, cum ſuccingi potuerunt, oblongas fuiſſe, ſine omni dubio innuit; ſed etiam ex *Xenophonte* d), qui μέγαν χιτῶνα a μικρῷ χιτῶνι, *magnam tunicam a parva tunica*, ſeiungit, itemque ex *Plutarcho* e), cuius verba: χιτῶνα ποδήρη φορῶν, aperte ſignificant, tunicam illam, de qua loquitur, fuiſſe ita comparatam, ut ad pedes usque defluxerit. Duplex itaque tunicarum genus fuit in uſu, aliæ breviores, aliæ contra, quæ ſupra illas induebantur, longiores, id quod etiam alii Scriptores confirmant, ac de Romanis obſervant, quod, poſtquam vitam molliorem & delicatam ſectari, atque a priſtina ſimplicitate recedere, coepiſſent, duas tunicas geſſe-

c) *Scut. Hercul. v.* 287.
d) *Cyropæd. Lib. I Cap.* 3 *§.* 14 *pag.* 27 ed. Oxon.
e) *Sympoſ. Lib. IV Tom. II Operum pag.* 666.

geſſerint. Ex eo intelligimus Servatoris noſtri f), quod legatis ſuis dedit, mandatum: Μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας, quoniam plurium tunicarum uſus mollioris apud veteres vitæ ſignum fuit, cuius ſuſpicionem diſcipulos ſuos incurrere nolebat. Ipſa vero interior ac brevis tunica *ſubucula* dicta eſt, quo nomine eam ab exteriori oblonga diſtinxerunt veteres. Confirmat id *Horatius*: g)

— — — *ſi forte ſubucula pexæ*
Trita ſubeſt tunicæ &c.

Et, quoniam apud Græcos idem duplicis tunicæ uſus fuit, diſcrimen eos paſſim ſtatuiſſe deprehendimus inter χιτῶνα, *tunicam exteriorem*, & ὑποχιτῶνα, *tunicam interiorem*, ſive ſubuculam. *Gloſſa Cyrilli*: *Subucula*, ὑποδύτης, ὑποχιτών.

Facile ex his confici poteſt, quæ *Diodori Siculi* mens fuerit, cum, *Gelonem* ἀχιτῶνα ἐν ἱματείῳ in conſpectum publicum prodiiſſe, ſcripſerit. Omnes enim rationes oſtendunt, intellexiſſe ipſum tunicam illam oblongam, quæ ab interiori, ὑποχιτὼν appellata, diverſa fuit. Hac indutus erat *Gelon*, ſed depoſuerat longiorem, cui pallium iniici ſolebat. Geſtabat

f) *Marc. VI, 9.* Conf. *Claud. Salmaſium Not. ad Tertullian. de pallio pag. 71, Octov. Ferrarium de re veſtiar. Lib. I Cap. 3, Sam. Pitiſcum Not. ad Sueton. Vit. Aug. Cap. LXXXII pag. 335.*

g) *Lib. I Epiſt. I v. 95.*

enim nunquam alias fieri ſolebat, cum apud Græcos ſtatuæ per ordinem plane nudæ, apud Romanos vero eo habitu veſtitæ, effingerentur, qui officio munerique eorum, quorum effigies illæ referebant, conveniret, quemadmodum id ſatis de habitu civili, augurali, pontificali, militari, triumphali, cet. conſtat k). Quoniam autem ii, qui interiores ſolum veſtes ſine exterioribus gerebant, *γυμνοὶ* appellati ſunt, eam ipſam ob cauſam ab *Aeliano* Gelon *nudus*, eiusque ſtatua *nuda*, dicitur. Hæc ex ipſis *Aeliani* verbis poſſunt confirmari, ſi duo hæc eius effata curatius inter ſe conferantur: alterum l); *Διὰ ταῦτά τοί καὶ ἐν τῷ τῆς Σικελίας Ηρας νεῷ ἕστηκεν αὐτῷ εἰκὼν, γυμνὸν αὐτὸν δεικνοῦσα, propter hanc igitur cauſam etiam ſimulacrum ipſius in delubro Iunonis, quod in Sicilia eſt, nudum ſtetit*; alterum vero m): *Καὶ εἰκόνα αὐτῷ οἱ Συρακούσιοι ἔστησαν ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι, & Syracuſani ſtatuam ei poſuerunt in diſcincta tunica.* Statua itaque, *Geloni* poſita, eundem referebat veſtitum, quo ipſe coram populo comparuit. Quæ vero cum ita ſint, facile patet, *Gelonem* ab *Aeliano* nudum fuiſſe appellatum, quamvis haud plane nudus, ſed veſtimento interiori tectus, fuerit. Obſervo præterea, quamvis ii plerumque nudi appella-

k) Vid. de ſtatuarum habitu *Edmundum Figrelium de Statuis pag. 176.*
l) *Lib. VI Cap. 11.*
m) *Lib. XIII Cap. 37.*

lati ſint, qui ſine ſuperioribus veſtibus, maxime ſine toga, aut pallio, incedebant, attamen & eos ita paſſim dictos eſſe, qui pallium quidem geſtabant, interiores tamen veſtes depoſuerant. Patet id luculenter ex *Luciano* o), apud quem *Licynus* Cynicum Philoſophum nudum appellat, qui nulla tunica, ſed ſolo pallio, ad corpus ſuum tegendum utebatur. Quod quidem eam potiſſimum ob cauſam factum puto, quoniam pallium, cum cingi haud ſoleret, ita humeris impoſitum erat, ut, niſi Philoſophus hic ſeſe iſto involveret, nuda cutis conſpici potuerit. Eandem ob rationem non ſine fundamento affirmari poſſe videtur, ex iis, qui interiores ſolum veſtes, ſine ſuperioribus, geſtarunt, eos maxime a veteribus *nudos* dictos fuiſſe, qui una cum toga & cingulum tunicæ depoſuerant, aut leviter tamen, & ita quidem, cincti erant, ut facili negotio, niſi manu tunica conſtringeretur, anterior corporis pars nuda aliorum oculis exponi potuerit. Ita quoque *Aelianus*, eo maiori iure *Gelonem* nudum appellandum eſſe, arbitratus eſt, quoniam cum toga etiam tunicæ depoſuit cingulum. Id ex ipſa ſtatua, ipſi poſita, intelligi poteſt, quæ *Gelonem* in diſcincta referebat tunica, ut ibidem *Aelianus* teſtatur. Ex eo quoque intelligimus, quare pauperes, qui male veſtiti ſunt, γυμνοὶ olim paſſim appellati ſint, quoniam, ſi quoque tam exteriores, quam interiores, veſtes

o) *Cynic. Tom. II Operum pag. 717.*

gerunt, eorum tamen habitus plerumque laceratus eſt, ita, ut nuda caro per illas appareat. Varia ſacrorum oraculorum effata id egregie confirmant. Ita Servator noſter ſanctas & præclaras eorum, qui fide in ipſum prædití ſunt, actiones commemorat n), atque in his beneficia erga miſeros atque egenos homines refert, eosque γυμνὲς appellat. Ita *Jacobus* o), quando dicit: Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφοὶ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, cet. *ſi autem frater, aut ſoror, nudi ſint*, ac ſequentibus verbis, beneficentiam erga ipſos commendat. Res ipſa declarat, divinum legatum haud loqui de iis, qui omni veſtimentorum genere deſtituti ſunt, & quoad totum corpus nudi per villas & plateas currunt, ſed de pauperibus, male veſtitis, quorum egeſtati a ditioribus ſubveniendum erat. Pari modo voci γυμνότης eadem ſignificatio in ſacris tabulis aſſignata eſt. En hæc divini *Pauli*: p) Τίς ὑμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῦ Χριςῦ. Θλίψις, ἢ ςενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; *quis nos divellat ab amore Dei? calamitas? an anguſtia? an vexatio? an fames? an nuditas? an periculum, an gladius?* & aliud eiusdem veritatis cæleſtis præconis effatum q), quo verſatum ſe eſſe ſcri-

n) *Matth. XXV, 36, 38, 43, 44.*
o) *Cap. II v. 15.*
p) *Rom. VIII, 35.*
q) *2 Cor. XI, 27.*

ſcribit: Ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νυστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, *in fame & ſiti, in ieiuniis frequentes, in frigore & nuditate.*

Quæ iam de vocis γυμνὸς ſignificatione commentatus ſum, eo magis confirmantur, ſi reputamus, & eos γυμνοὺς appellatos a veteribus eſſe, qui tecti quidem, iis tamen veſtibus non induti eſſent, quos eorum conditio ac ſtatus, ipſa conſuetudo & neceſſitas, poſtulare videbatur. Satis enim notum eſt, a veteribus etiam eos *nudos* appellatos fuiſſe, qui armis, quo ſeſe defenderent, eſſent deſtituti. *Homerus*: r)

Τὸν δ᾽ ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος οὐδ᾽ ἔχεν ἔγχος,

Hunc igitur ut advertit pedibus valens nobilis Achilles,
Nudum, ſine galea & clypeo, neque habebas haſtam,

& alio loco: s)

Οὐ γὰρ πῶς ἂν γυμνὸς ἐὼν Τρώεσσι μάχοιτο,

Nullo enim modo inermis cum Troianis pugnaverit.

Taceo de multis eius generis effatis, & addo ſo-

r) *Iliad.* Φ v. 49, 50.
s) *Iliad.* Ρ v. 711.

ſolum *Herodianum*, t) apud quem γυμνοὶ τοῖς ὡπλισμένοις, *nudi armatis*, opponuntur, & alio effato u) Romani dicuntur τὰ γυμνὰ ἑαυτῶν, εἰς ἃ ἐτοξεύοντο, φράζοντες τοῖς ὅπλοις, *nudas corporis partes armis adverſus ſagittarum impetum protegentes*. Eundem vocis uſum etiam in Latinis obſervabis ſcriptoribus. *Seneca* x) canit:

— — — *nulla pugnandi mora eſt.*
En nudus adſto, vel meis armis licet
Petas inermem.

Curtius y): Nudi *complectebantur armatos*; & alio loco; z) *Armato congredi* nudum, *dementia, non temeritas, videbatur*; itemque a); *Hunc tu pulcherrimum exercitum* nudum *obiicies bellulis?* Salluſtius b): *Nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermibus pedibus auxilium petere, & in maximo metu* nudum *& cæcum corpus ad hoſtes vertere*. Julius Cæſar c): *Multi ut diu iactato brachio præoptarent ſcutum manu emittere, &* nudo *corpore pugnare*, ad quæ inſignia effata & multa alia, ſi neceſſarium foret, adiungere poſſem; ſed taceo de iis, ac obſervo ſolum, uti vocabu-

lum

t) *Lib. II Cap. 13 §. 18.*
u) *Lib. VI Cap. 5. §. 21.*
x) *Hercul. furent. Act. V v. 1171.*
y) *Lib. V Cap. 4 §. 32.*
z) *Lib. IX Cap. 7 § 20.*
a) *Lib. IX Cap. 3 §. 12.*
b) *Bello Jugurthino Cap. CVII §. 2.*
c) *De Bello Gallic. Lib. I Cap. 25 §. 4.*

lum γυμνὸς de iis, qui veſtibus leviter induti ſunt, uſurpari alias ſoleat, ita quoque eandem ob cauſam γυμνῆτες *leviter armatos* dictos, & iis, qui toto copore gravi armatura tecti erant, oppoſitos, olim fuiſſe. Provocat hanc in rem *Gisb. Cuperus* e) ad hæc *Euripidis* verba d):

Γυμνῆτες ἱππεῖς, ἁρμάτων τ' ἐπιστάται,

ſecundum *Canteri* verſionem:

Levis armaturæ equites & gubernatores curruum,

eorumque veræ ſententiæ commode hac diſtinguendi ratione conſulit:

Γυμνῆτες, ἱππεῖς cet.

Simul vero ad alia loca, in quibus diſcrimen inter armaturam levem & equites factum ſit, provocat. Quæ loci diſtinctio eo probabilior mihi videtur, quod, equitatum in Græcorum priſcorum militia non admodum frequentem plerumque extitiſſe, notum eſt, per conſequens vero ſoli equites in ſuperandis portis ac muris, de quibus Poeta loquitur, ſine peditum, & leviter quidem armatorum, ope atque auxilio haud ſufficiebant. Ad hæc accedit, iam antiquo ævo *Scholiaſten* hunc Poetæ ſui verſum ita intellexiſſe, uti ex ipſa eius, quam de voce γυμνῆτες fecit, interpretatione patet. Γυμνῆτες enim ab ipſo dicuntur οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται, *funditores & arcum ferentes*, ſive

d) *Lib. I Obſ. Cap. 7. pag. 38.*
e) *Phoeniſſ. v. 1154.*

ſive *ſagittarii*. Quis autem neſcit, Græcorum pedites triplicis fuiſſe generis, & diſcrimen factum eſſe inter ψιλὺς, *velites*, & levis armaturæ milites, ad quos σφενδονῆται illi & τοξύται referebantur; inter πελταςὰς, ſive eos, qui peltis, clypeiſque minoribus, inſtructi erant, & denique inter ὁπλίτας, qui clypeis, haſtis, gladioque, pugnarunt, ac gravem geſſerunt armaturam, Quæ autem cum ita ſint, facile patere arbitror, vocem ἱππεῖς nullo pacto cum altera γυμνῆτες cohærere, vel coniungi poſſe. Quid? quod ipſe Poeta verſu antecedenti dicat:

Τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις,
Quid cunctamini ſimul omnes irruere in portas?

Scholiaſtes autem, eo potiſſimum nomine Poetam ad impetum in portas faciendum hortari milites, recte autumat, quod magnum alias, ſi diu hæſitarent, morarenturque, periculum foret timendum. Commendat itaque velocitatem, & per conſequens eos potiſſimum, qui reliquis velociores ſint, portas intrare, ſuadet. Non igitur video, qua ratione verſu ſequenti equites ſolum commemorare, pedites vero, leviter armatos, omittere, πάντες, *omnes*, alloqui hortarique, ac deinde ſolos equites curruúmque ductores excitare, ac de velitibus tacere, potuerit Poeta, de velitibus, inquam, qui præ ceteris obſi-

obſidendis muris, occupandisque portis, adhiberi potuerant.

Omnia hæc effata, & magnam iſtam exemplorum copiam, cum ad finem adduxi, ut pateat, quæ vocis γυμνὸς ratio apud priſcos Scriptores fuerit, & ut cognoſcatur, γυμνȣ̀ς eos appellaſſe, qui vel leviter, aot interioribus ſolum veſtibus, tecti, vel ita tantum veſtiti, eſſent, ut eo potiſſimum veſtimentorum genere, quod ſtatus, quod conditio, ipſorum poſtulabat, deſtituti eſſent, quemadmodum in militibus arma ſunt, quibus ſi carent, *nudi*, uti iam vidimus, a veteribus dicuntur. Ex his igitur ſatis conſtat, me ſummo iure eandem hanc ſignificationem in noſtro *Joannis* loco adhibere, ac veram illius ſententiam contra eos defendere poſſe, qui, *Petrum* in navi toto corpore prorſus nudum fuiſſe, eumque omnes exuiſſe veſtes, ſibi perſuadent. Sed afferam alia quoque argumenta, ex quibus huic, quam in hoc effato vindico, ſignificationi eo maior probabilitatis ſpecies conciliatur. Oſtendam, ab ipſis ſacris Scriptoribus in aliis effatis eos diſerte *nudos* eſſe appellatos, qui ſine ſuperioribus veſtibus fuerint; adducam inſignem ex *Seguino* nummum, ex quo probare me poſſe confido, veteres, cum, uti hic *Petrus*, opus fecerint, exteriores ſolum, non autem interiores ſimul, veſtes depoſuiſſe; monſtrabo denique, ipſorum, quæ in *Joanne* legimus, ver-

bo-

borum' ſententiam ita eſſe comparatam, ut ex iis ipſis intelligi poſſit, *Petrum* eo tempore veſte aliqua, ſed unica tantum, tectum fuiſſe. Quodſi oraculorum ſacrorum effata cogitamus, iam ſupra, aliquot eius generis loca ex poſterioris Fœderis libris adducendi, occaſio mihi data fuit. Addo alia, quæ ad prius Fœdus, eiusque compoſitas ſanctiores tabulas, pertinent. Ita de *Eſaia* dicitur, quod fuerit ערום, *nudus*, qui tamen iuſſu divino exteriorem ſolum veſtem depoſuerat, ut habitum eorum, qui in captivitatem ducuntur, exprimeret, ac per id futura, quæ genti Israelitarum imminebant, fata prædiceret. Scio equidem, fuiſſe iam olim inter antiquiores Chriſtianorum doctores, qui aliter ſentirent, ac, *Jeſaiam*, cum ad docendum publice prodiret, omnes exuiſſe veſtes, exiſtimarent; nec me fugit, fuiſſe in his præ ceteris *Hieronymum* f), qui, *quod*, inquit, *quomodo Eſaias nudus ambularet, & fœditatem cernentibus nudis natibus demonſtraret; ita omnis Aegyptus & Aethiopia, populante Aſſyrio, nudæ fierent, & nihil omnino in terra maneret;* & *Ambroſium* g), qui probare multis verbis contendit, *Eſaiam non ludibrioſe*, ſed

f) *Comm. ad hunc loc.*

g) *Lib. VI Epiſt. 36.* Effatum hoc *Eſaiæ* illuſtravit *Frid. Adolph. Lampius Diſſert. de Jeſaia nudo & diſcalceato*, *pag.* 471 eius *Diſſertationum theolog. philologicar.* a *Dan. Gerdeſio* Amſtelodami A. 1737 editarum.

ſed glorioſiſſime denudatum eſſe in conſpectu populorum occurſantium, utpote qui oracula domini ore proprio reſultabat; ex recentioribus autem *Calvinum;* ſed refragatur huic ſententiæ ſupremi Numinis ſapientia, de qua haud cogitandum, aliquid tam durum, tam inhoneſtum atque impudicum, viro gravi, & ex regia familia ortum ducenti, impoſitum fuiſſe. Addo, ipſum de calceis exuendis mandatum huic interpretationi adverſari. Quando enim Deus voluiſſet, ut *Eſaias* plane nudus in conſpectum populi ſeſe daret, non neceſſe fuiſſet, ipſi præcipere, ut calceos quoque deponeret. Ad hoc *Eſaiæ* teſtimonium adiungo aliud h), quo, *Saulum* nudum cecidiſſe, affirmatur; quem tamen ſine pallio tantum & toga conſediſſe, omnes rationes oſtendunt. Eo quoque referenda eſſe videntur, quæ de *Davide* memoriæ prodita legimus i), eum, linea amictum veſte, ſaltando præiviſſe ſanctiſſimo illi palladio, arcæ nimirum ſupremi Numinis, eumque habitum ipſi ab uxore, *Sauli* filia, vitio datum fuiſſe his verbis: *O quanta fuit hodie Regis Iſraelitarum gravitas, qui ſe hodie, ſpectantibus ſuorum ſervorum ancillis, non aliter retexerit, quam ſe nebulones retegere ſolent.* Ita quoque, apud *Jobum* k), veſtis

h) 1 *Sam.* XX, 24.
i) 2 *Sam.* VI, 20.
k) *Cap.* XXII *v.* 6, *Cap.* XXIV *v.* 7.

ſtis dicitur detrahi nudis, & apud *Ezechielem* verba: *Qui victum ſuum impertivit eſurienti,* ועירם יכסה בגד, *& nudum veſte texit*, eodem modo interpretanda eſſe videntur, ne de aliis eiusmodi locis dicam; quibus homines, vel veſtibus ſuperioribus deſtituti, vel laceratis tecti, *nudi* appellantur. Inde nonnulli עכום reddunt per פחיה, *Salomon* vero *Iarchi* locum *Eſaiæ*, ſupra memoratum, de veſtibus laceratis, ac vetuſtate detriris, interpretatur. Sic etiam *Bartenora*: פוחח בגדיו קרועים וזרועותיו נראים׃ l) ערום דיטף מתרגמינן פחח ויחף׃ id eſt: *Cuius veſtes laceratæ ſunt, & brachia ab extra conſpiciuntur. Nam hæc verba, nudus & diſcalceatus, vertuntur Chaldaice: Pocheach & diſcalceatus. Maſſeſchet Sophetim*: m) פוחח שנראין כרעיו או בגדיו פרומים, *nudus ita, ut conſpiciantur aut crura eius, aut veſtes eius ſint laceræ.* Provoco porro ad veterum, qui opus facere ſolebant, conſuetudinem, quorum ubi veſtitum in nummis intuemur, facile apparet, qua ratione vocabulum γυμνὸς debeat accipi, quando illi antiquis ingeniorum monumentis nudi dicuntur. Exhibetur hoc modo agricola, tunica videlicet ſola indutus, in inſigni nummo apud *Petrum Seguinum* n). Quæ vero cum ita ſint, facile conſtat, agricolas, quamvis alias *nudi* appellati

l) *Ad Cod. Megilla Cap. 4 Miſch. 6.*
m) *Cap. 14.*
n) *Select. Numiſm. antiqu. pag. 109.*

lati ſint, attamen haud prorſus nudos fuiſſe; ſed vocabulo γυμνὸς in eiusmodi effatis, quorum nonnulla iam ſupra adduxi, eandem, quam adhuc iam ſatis comprobavi, ſignificationem eſſe tribuendam. Ipſe nummus, *Auguſti* præ ſe ferens nomen, tria ſigna militaria in altera parte exhibet cum inſcriptione: *Auguſto divi F. Leg. IIII. Leg. VI. Leg. X*, in altera vero, ut iam obſervavi, colonus, cum bovibus terram arans, viſitur, additis his, ſed paullo mutilis, literis: . . . . . T. . . . . *Flav. præf. Germ. L. Iuvent. Luperco II. vir* C. C. A. quas ita *Anton. Auguſtinus* o) & *Adolph. Occo* p) ſupplent: *Tiberio Clodio Flavio præfecto Germanorum L. Iuventio Luperco duumviris*. Qui nummus ſi curatius expenditur, ac reputatur, agricolam in eo comparere tunica veſtitum, tamen, a priſcis ſcriptoribus, a *Virgilio*, *Heſiodo*, aliisque, ſupra memoratis, ſcriptoribus, *nudum* appellari; facile patet, eodem iure *Petrum*, qui, uti agricola, opus vile & ab agreſti parum disſimile, fecit, nudum a *Joanne* dici, tamen non plane nudum, ſed veſte aliqua tectum eſſe potuiſſe. Non poſſum, quin eo loco aliud ſacrarum literarum effatum afferam. Habetur id apud *Matthæum* q), divinum rerum, a Chriſto geſtarum, ſcriptorem, his verbis conceptum: Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπι-

o) *Dial. VII de nummis.*
p) *Num. Imperat. Rom.*
q) *Cap. XXIV v. 18.*

ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, &, qui ruri erit, ne retro revertatur, ad ſumenda veſtimenta ſua. Loquitur Servator de iis, qui, operi agreſti intenti, in rure verſantur, eosque, tanquam veſtibus ſuperioribus exutos, aperte deſcribit, manifeſto indicio, veteres, cum opus fecerint, non omnes veſtes, ſed ἱμάτια, ſuperiores ſolum, exuiſſe. Notandum præterea eſt, eum triſtia, quæ urbi imminebant, fata, tanquam maxime improviſa, & repente ventura, deſcribere; ea vero ita prædicere, ut ea iubere ac ſuadere videatur, quæ ii facere ſoliti ſunt, qui huiusmodi calamitatem iamiam fuerunt experti. Simile huius generis vaticinium deprehendimus apud *Lucam* s), ubi Servator pallium vendere, & gladium emere, diſcipulos ſuos iubere videtur, re ipſa tamen nihil aliud facit, quam quod his verbis futura periculoſa tempora prænuntiet, quibus veritatis cæleſtis hoſtes, poſt eius ex terris diſceſſum, tot tamque graves ſeditiones contra ſuos diſcipulos conflaturi eſſent, ut ne in publicis quidem viis atque itineribus contra eorum inſidias ſatis tuti forent. Eundem futura annuntiandi modum iam vatibus divinis in priori Fœdere non ignotum fuisſe, ex *Ieremia* t) atque *Amoſo* x) luculenter diſcimus.

Addo denique, ex ipſis *Ioannis* verbis luculen-

r) *Cap. XXII, 36.*
s) *Cap. IX v. 17, Cap. X v. 17.*
t) *Cap. V v. 16.*

lenter, quænam in illis ſignificatio voci γυμνὸς aſſignanda ſit, patere. Non enim dicitur *Petrus* induiſſe, ſed, quod probe notandum eſt, ſuccinxiſſe, τὸν ἐπενδύτην, id quod propria vocabuli διαζώννυμι ſignificatio eſt, quam in interpretandis ſacris literis nunquam ſine neceſſitate deſerere debemus. Non induit igitur eo tempore *Petrus* veſtem, ſed, quam iam gerebat, diſcinctam cingulo claudebat.

Quale denique id fuerit veſtimenti genus, quo *Petrus* eo tempore, cum piſcaretur, uſus fuit, quodque ἐπενδύτην vocat *Joannes*, de eo interpretes maxime diſſentiunt. *Fullerus*, u) veſtem ſuperiorem fuiſſe, credit: in qua ſententia etiam *Laurentius Valla* x) eſt, qui, pallii genus fuiſſe, ſuſpicatur, ne de *Eraſmo* dicam, qui itidem, hac voce veſtimentum quoddam ſuperius indicari, ſibi perſuadet, hancque in rem ad vocis originem provocat, quæ a voce ἐπενδύω, *ſuperinduo*, deducitur. *Jo. Buxtorfius*, y) induſium ex lino factum, *Heinſius* z) autem, veſtem, fuiſſe, dicit, quæ proxime cutem tetigerit. *Jo. Boiſius* a) τὸν ἐπενδύτην pro velamento piſcatorio earum partium habet, quæ honeſte conſpici non poſſunt. Taceo de aliis

 huius-

u) *Lib. II Miſc. Cap. 11.*

x) *Tom. III Critic. Anglic. pag. 1850.*

y) *Catalectis pag. 11.*

z) *Ariſtarch. pag. 960.*

a) *Vet. Interpret. cum Beza aliisque recentior. collat. pag. 343.*

huiuſmodi interpretum ſententiis, quas operoſe congerere, iam non animus eſt; ſed ſufficiat, veterum potius de hoc veſtimenti genere ſententias percenſere, ac tum, quæ pro mea ſententia ex iis colligi poſſint, breviter addere.

Ad Iudæos, eorumque doctores, quod attinet, *Maimonides* ad hæc verba, quæ Tract. ברכות b) leguntur: *Neque ingrediatur montem domus cum baculo; vel calceis* ולא *בפונדתו, vel funda; vel cum pulvere pedibus adhærente*, veſtem hanc ita deſcribit: אפונדא *eſt veſtimentum, quod induebatur ſuper carnem ad recipiendum eo ſudorem, ne veſtes pretioſiores inquinentur eo; nec moris erat, id portare, niſi ſub aliis veſtibus*, quam vocis interpretationem etiam *ad Sbab. X, 3*, & ad *Cbel. XXIX, i*, tradit. *Bartenora* idem fere ad memoratum locum tradit; obſervat tamen, ab aliis vocem אפונדא reddi per cingulum: quo R. *Salomon* pertinet, qui vocem בפונדתו exponit: אזור חלול שנותנין בו מעות, *cingulum cavum, cui imponunt nummos.* En *Bartenoræ* verba: *Hoc cingulo cingebant ſe, ad pecuniam ſecum portandam. Vel iuxta alios eſt veſtimenti genus, quod induebant ſuper carnem, ſudoris cauſa, ne eo inficerentur alia veſtimenta; nec tamen decorum, ut iſtiusmodo veſtimento ſolo incedat quisquam.* Addo, quæ

b) *Cap. IX Tom. I Surenh. pag. 34.*

c) In *Talmud. Baſileenſi.*

quæ *Buxtorſius* d) ex *Aruch*, ſive R. *Nathanis Lexico Talmudico*, affert: ובאפונדתו פי׳ כלי לבוש שהוא הלוק קטון ויש הרבה מקומות תפורים ונתנין שם דבר המאורע להם, & *ſpecies indumenti, induſium ſcilicet parvum, cui multa loca (multi loculi) ſunt aſſuta, quibus imponunt, quicquid obvenit ipſis*. A nonnullis diſcrimen ſtatuitur inter אפונדה, ſive, ut alii ſcribunt, פונדה, & inter חלוק, *induſium*, ut ex *Shab*. *X*, 3, aliisque locis, a *Buxtorſio* e) & *Guiſio* f) allatis, patet, qui tamen recte obſervat, aliud eſſe אפונדה, aliud vero פונדה, duas has voces ſcribas haud raro confudiſſe: illam eſſe eandem, quam Græci ἐπενδύτην dicerent, & alias in veſtium claſſe nominatim *Chel*. *XXIX*, 1, poni, adiungique ſagis, ricis, tunicis, palliis, paragaudis, cet. hanc vero, ſive פונדה, eſſe Latinorum *fundam*, & *marſupium* ſignificare. Provocat deinde ad memoratum hunc locum: g) ובפונדתו ופיה למטה בין אפונתו לחלוקו, *ſi quis efferat quid funda ſua, ore inverſo; vel ſi efferat inter* ἐπενδύτην καὶ χιτῶνα, atque addit: h) *Primo loco habes fundam*, פונדה, *pro marſupio, ut apud Macrobium*: i) *demiſſa in fundam*

 pau-

d) *Lexic. Talmud.*
e) *l. c.*
f) *Ad Berachot.* IX, 5, *Tom.* 1 *Miſchn. Surenhuſ. pag.* 35.
g) *Shab.* X, 3.
h) *Guiſius Tom.* I *Miſch. pag.* 56.
i) *Saturn. Lib.* II, 4.

pauperem mami, paucos denarios protulit. Altero pro veſte tunicæ coniuncta, plane ut in Nicochạris Hercule Chorago: Φέρε νῦν ταχέως χιτῶνα τ' ἐπενδύτην. Ita quoque Græci Scriptores maxime inter ſe differunt, quando tam formam, quam uſum, huius veſtis deſcribunt, quod non adeo mirum, cum nulla fere res in antiquitatum ſtudio maioribus difficultatibus obnoxia, magisque confuſa, ſit, quam quæ ad veſtes ſpectat antiquorum. *Suidas,* k) ἐπενδύτης, inquit, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκαμίσιον λέγεται: *ἐπενδύτης eſt veſtimentum exterius, quod & ὑποκαμίσιον vocatur. Gloſſæ* veteres l) reddunt τὸν ἐπενδύτην per *ſuperariam,* originis vocis rationem habentes, ac ſimul ſignificare videntur, fuiſſe hanc veſtem non infimam, quæ corpus tangeret, ſed ſupra induſium, aut aliud tale interius veſtimentum, indui ſolitam. *Theophylactus* m) tradit, fuiſſe hoc veſtimenti genus ex lino, inter Phœnices ac Syros piſcatorum proprium, & ita comparatum, ut id non ſolum ſupra nudum corpus, ſed etiam ſupra alias veſtes, indui potuerit. En eius verba: ἔστιν οὖν ὁ ἐπενδύτης λινοῦν τι ὀθόνιον, ὅτε Φοίνικες καὶ οἱ Σύροι ἁλιεῖς περιελίττουσιν ἑαυτοῖς, ἔτε γυμνοὶ ὄντες, ἔτε ἐπὶ τοῖς ἱματίοις τοῦτ' ἐπιτιθέντες, ἁπλῶς δὲ

εἰπεῖν

k) *Tom. I voce* ἐπενδύτης.

l) Vid. *Suicerum Theſaur. eccleſ. Tom. I pag.* 1160.

m) *Comm. in Joann. pag.* 841 edit. Pariſ.

εἰπεῖν ὅτ' ὡς ζωγράφοι ποιοῦσι τοῖς Ἀποςόλοις, ἐπλύνω τῶν ἱματίων περιειλεγμένες; *eſt igitur* ἐπενδύτης *lintcum quoddam, quo Phœnices & Syri piſcatores ſe amiciebant, ſive nudi eſſent, ſive veſtiti, hoc ſuperimponentes: ſimpliciter autem dicendum, quod ſicut pictores pingunt Apoſtolos ſuper veſtibus tectos.* Inprimis de hac veſte egit *Julius Pollux* n): Ἐπεὶ καὶ ὁ ἐπενδύτης ἐστὶν ἐν τῇ τῶν πολλῶν χρήσει, ὅστις βούλοιτο καὶ ταύτῳ τῷ ὀνόματι βοηθεῖν φαύλῳ ὄντι, ληπτέον αὐτὸ ἐκ τῶν Σοφοκλέους πλυντριῶν,

Πέπλους τενίσαι, λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύταν

καὶ Θέσπις δέ που φησὶν ἐν τῷ Πενθεῖ, Ἔγω νόμιζε νευρίδας ἔχειν ἐπενδύτην. ἄντικρυς δὲ δοκεῖ τὸ ἐν τῷ Νικοχάρους Ἡρακλεῖ χορηγῷ, Φέρε νῦν ταχέως χιτῶνά τ' ἐπενδύτην, τῇ νῦν χρείᾳ βοηθεῖν. *Tum & amiculum apud multos uſitatum eſt, quicunque huic nomini ſordido exiſtenti ſuccurrere vellet, ex Sophoclis Lotricibus ſumendum eſt,*

Peplos tendere & amicula linea.

Et Theſpis alicubi in Pentheo dicit, putavit nervos habere amiculum. Contrarium autem videtur huic, quod eſt in Nicocharis Chorago Hercule, fer nunc tunicam illico & amiculum ad ſubveniendum huic rei. Quem locum multis mendis contaminatum eſſe, haud immerito

n) *Onomaſt. Segm. XLV pag. 717* ed. *Hemſterhuſii.*

to ſuſpicati ſunt *Thom. Gatakerus* o), *Joach. Kuhnius*, *Jungermannus*, aliique. Pro voce πλυντριῶν, cum nusquam alibi Fabula *Sophoclea*, eo nomine dicta, deprehendatur, legit *Gatakerus* σκυριῶν, pro τενίσαι *Caſaubonus* κλενίσαι, *Meurſius* κλενίσας; *Jungermannus* τε νῆσαι. Pro voce λινοπλύντης rectius cum *Kuhnio* legendum eſt λινοπηνεῖς, *veſtes*, *lino contextæ*. Pro νευρίδας reſtituendum νεβρίδας, cum ſatis pateat, ſcribendi hunc errorem ex mala pronuntiatione ortum eſſe, qua literæ β & υ ſæpius inter ſe confuſæ ſunt. Verba denique χιτῶνα δ᾽ ἐπενδύτην ita corrigit *Gatakerus*: χιτῶνά τε κ᾽ ἀπενδύτην, cet. Nolo equidem in præſenti in id inquirere, utrum omnes hæ emendationes probabilitate ſeſe defendant, nec ne, cum id a meo inſtituto abhorrere videatur; id tamen præterire non poſſum, comparatis inter ſe his, quæ excitavi, de iſta veſte effatis, facile patere, veteres maxime inter ſe differre in deſcribendo tam uſu, quam forma, iſtius veſtimenti, ex eo vero haud obſcure colligi poſſe exiſtimo, ipſam hanc veſtem, eiusque gerendæ rationem, pro diverſo tempore, & pro diverſis gentibus, diverſam exſtitiſſe. Alii enim Scriptores, ut modo vidimus, veſtem fuiſſe ſuperiorem, ſcribunt, cum contra *Maimonides* & cum ipſo alii, referant, quod geſtata ea fuerit ſuper carnem, *ad recipiendum ea ſudorem*, quod-

o) *Meurſ. miſcell, Cap. IX pag. 496*, eiusd. *Oper. critic.*

quodque a הלוק, *induſio*, & כתנת, diſtincta fuerit. Si *Pollucis* teſtimonium, atque in iſto adducta *Sophoclis* & *Theſpidis* effata, reputamus, haud obſcure conficitur, ἐπενδύτην olim deſignaſſe amiculum, ſeu potius pallium virorum, dignitate conſpicuorum, poſtea vero indumentum plebeiorum hominum. Horum quoque proprium id veſtimenti genus fuiſſe, ſuſpicor, tempore Chriſti, eiusque legatorum, quoniam eo *Petrus*, cum piſcaretur, uſus fuit; niſi quod dicere velimus, fuiſſe hanc veſtem ex earum genere, quæ ad interiorum veſtimentorum claſſem ita pertinerent, ut uſus iſtius omnibus ſine diſcrimine exſtiterit communis. Quomodocunque res ſeſe habeat, id extra omnem dubitationem poſitum eſt, ex lino hoc indumentum conflatum fuiſſe, & ad veſtium interiorum claſſem pertinuiſſe. Illud enim ex ipſis, quæ in medium adduxi, teſtimoniis luculenter patet, hoc vero, præter iſta, aliis quoque argumentis demonſtrari poteſt. Non ſolum enim tam Iudaici, quam Græci Scriptores, nominatim *Suidas*, id confirmant, ſed etiam colligi hoc poteſt ex ipſa ſuprà memorata veterum conſuetudine, qua ii, qui, uti hic *Petrus*, opus faciebant, ſuperiores veſtes deponere, & interiores ſolum geſtare, ſolebant, ne dicam, quod, ſi ὁ ἐπενδύτης ſuperior veſtis, &, ut nonnulli credere videntur, pallii genus, fuerit, non cingulo claudi potuerit;

quod

quod tamen de *Petro* in noſtro *Joannis* loco diſertis verbis affirmatur. Ad quod accedit, ipſum in memorato hoc effato vocabuli γυμνὸς uſum haud obſcure oſtendere, veſtem hanc fuiſſe, eo tempore ſaltem, ex interiorum numero, quoniam ii potisſimum *nudi* dici ſolebant, qui, depoſitis ſuperioribus veſtibus, interioribus ſolum induti erant, ſicque conſpiciendos ſeſe præbebant. Addo, a *Petro* cinctam fuiſſe veſtem illam, de qua diſputamus, *Lucam* diſertis verbis tradere. Hæc vero cum ita ſint, quis, eam ad ſuperiores veſtes pertinuiſſe, affirmabit? Nec ratio obſcura eſt, quare id veſtimenti genus ab aliis dicatur ad ſuperiores, ab aliis autem ad interiores, veſtes pertinuiſſe. Sine dubio enim talis ἐπενδύτης ita fuit comparata, ut a nonnullis ſuper ſolam cutem, ab aliis vero ſuper interiorem tunicam aliquam, indui potuerit. Et quis dicat nobis, numne id veſtimenti genus tempore Chriſti & Apoſtolorum ſolummodo operi faciendo deſtinatum fuerit, eoque operarii ſolummodo, tum, cum in opere agreſti verſarentur, uſi ſint, poſtea vero id depoſuerint. Hæc in præſenti de *Petri* veſtimento ſufficiant.

IOAN-

II.

IOANNIS RVDOLPHI KIESLINGII,

D. ET P. P. LIPS.

OBSERVATIO DE CONSVETVDINE GENTILIVM, MANIBVS EXTENSIS PRECANDI, ET OSCVLA AD SIDERA PROIICIENDI, AD *JOBI CAP. XXXI, 26, 27.*

I.

Res indubitata eſt ac certa, notitiam rituum antiquiſſimorum plurimum conferre ad ſobriam & accuratam oraculorum, in ſacris Veteris Inſtrumenti tabulis traditorum, interpretationem. Principem autem hos inter ſacros codices, ſine controverſia, locum obtinet ſanctisſimi *Iobi* liber, multis vetuſtiſſimis, & in aliis libris non obviis, diffluens conſuetudinibus, a primis inde mortalium incunabulis iam uſitatisſimis. Antiquitas huius divini Auctoris, nec minus ſedes, quam incoluit, horum rituum, quorum ab aliis Auctoribus ſacris nulla fit mentio, cauſæ, meo iudicio, æſtimandæ ſunt. Tota enim doctrinarum, & ceri-

pretationem. Utraque explicatio iam ſub e
men eſt vocanda, & diſpiciendum, quæ,
utraque, ſententia veritatis pondere ſe no
commendet.

III. Priorem ad ordinem, ſi B. *Luther*
prætereas, inprimis referendus eſt *Seb. Schi*
dius d), felix alias Veteris Teſtamenti co
mentator. Sententia B. *Schmidii* huc red
Iobum vanam futilemque operum & me
torum a ſe amovere gloriam, & ſuam ani
prodere conſtantiam, qua profiteretur, ubi ſ
ſplenduerit, ſeu Deus proſperos rerum ſucce
ſus ipſi dederit, ſe nihil ſibi, ſuisque meriti
tribuiſſe, nec hac affluentia intumuiſſe, nec
timidiorem eſſe factum, atque deiecti anim
hominem, ſi minus proſpera evenerint fat
Sic itaque optimam vivendi tenuit rationem, a
Horatio e) omnibus iam dudum commenda
tam:

Aequam, memento, rebus in arduis
Servare mentem, nec ſecus ac bonis.

Equidem non inficior, hanc, quam affert
Schmidius, explicationem ita eſſe comparatam,
ut nullam vim ſenſui inferat divino; attamen
nulla quoque adeſt ratio, quæ, ſignificationem
nativam & literalem deſerendam, & ex adver-
ſo metaphoricam & ſublimiorem adoptandam
eſſe, ſuadeat. Decepti potius mihi videntur
huius

d) *Commentar. ad Iobi loc. pag.* 359.
e) *Carmin. Lib.* II *Oda* II.

huius interpretationis auctores, rerum, quam ſuſtinuit *Iobus*, viciſſitudine, quam æquo animo tuliſſe hunc ſanctiſſimum virum conſtat. Quamvis autem non negem, ſolis & lunæ ſitum, ac ordinem, in tabulis ſacris quandoque rerum humanarum ſuſtinere ſymbolum; non tamen hariolor rationem, quæ me inducat, ut hanc admittam ſententiam, cum planum ſit ac pervium, in excitato oraculo de cultu aſtrorum agere *Iobum*. Maxima *Schmidii* difficultas in eo eſt poſita, quod non dicatur os manum, ſed manum os, oſculari. Quod dubium, me iudice, tanti non eſt, ut propterea a verborum notione, & argumento tradito, ſit recedendum. Si enim curatius contempleris verba: וַתִּשַּׁק יָדִי לְפִי, *oſculatus ſum manum meam ore meo*, omnis forte exſpirabit dubitatio. Etenim dictio נָשַׁק ſua in notione ſignificat, *ſe alicui adiungere*, ſeu *aliquem attingere*, qualis coniunctio fuit Cherubinorum. *Ezech. III, 13.* In notione vero eminentiori idem verbum notat *aliquem adorare atque oſculari*. Quem enim oſculamur, ad eundem accedimus propius. *Pſ. II, 12.* Manus igitur, ori admota, os quaſi oſculari videtur, & oſcula, manibus impreſſa, non temere manuum oſcula dixeris. Belle etiam LXX Interpretes hæc verba expreſſerunt: Ἐι δὲ χεῖρά μȣ ἐπιθεὶς ἐπὶ ϛόματί μȣ. Non igitur magni ponderis eſt, quam ſibi fingit *Schmidius*, ſcopa, uſita-

tiſſima populorum Orientis conſuetudine facile diſcutienda.

IV. Alterum horum interpretum chorum inprimis ducunt *Io. Clericus* f), & *Io. Maius* g), Medioburgenſis Eccleſiaſtes, qui ſignificationi verborum nativæ paulo preſſius inhærent, hoc effatum ex antiquiſſimo gentilium ritu ſatis dextre explicantes. Res extra omnem dubitationem eſt poſita, omnium primum & ſimpliciſſimum in hoc *Iobi* dicto deſcribi cultum, aſtris aliquando, ſoli potiſſimum ac lunæ, a gentilibus delatum, quem verboſius delinearunt *Thom. Hyde* h), *Gerh. Io. Voſſius* i), *Stanleius* k), *Galeus* l), *Cudworthus* m), *Io. Seldenus* n), *Jurieu* o), *Montfauconus*, p), alii haud lenti nominis viri. Perſis in moribus fuiſſe po-

f) *Commentar. ad h. l. pag. 129.*

g) *Phyſiolog. Sacr. ad h. l. pag. 331.*

h) *De Religione veterum Perſar. Cap. IV pag. 106 ſeq.*

i) *De Origin. & Progreſſu Idololatr. Lib. II Cap. III pag 317.*

k) *Hiſtoria Philoſophiæ Oriental. Part. XIII Sect. II Cap. XXXIV pag. 1152 ſeq.*

l) *The Court of the Gentiles Part. I Chap. VIII pag. 111.*

m) *Syſtem. Intellectual. Cap. IV pag. 730.*

n) *De Diis Syriis Syntagm. II Cap. II pag. 231.*

o) *Hiſtoire des Dogm. & des Cult. Part. III Chap. VII pag. 528.*

p) *Antiquitt. Schemat. Explanat. Tom. I Part. I in Præfat. de Origine Idololatriæ pag. 92 & Tom. II Part. II pag. 768.*

poſitum, ſub die ſoli, ſub nocte vero lunæ, oſcula proiicere, ac ſuas ad hæc aſtra effundere preces, *Brueſius de Niedeck* q) ex monumentis haud incertis verboſius commemorat. Quæ ſi nunc cum *Iobi* effato conferas, res ſua radiat luce in illo, de cultu Perſarum, aliarumque Orientis gentium, ſacro agere *Iobum*. Pia vero mente ſanctiſſimus *Iobus* his utitur verbis ſua in cauſa, cum ſuarum rerum obtrectatoribus admodum iniquis tractanda, ut demonſtret, ſe ad tam fœdum & propudioſum ſuperſtitionis genus cum reliquis ſui ævi mortalibus non eſſe prolapſum; quod ſi unquam admiſiſſet, ſui honoris, & cultus vindicem quam maxime ad has calamitates ipſi infligendas provocaſſet. Non alienam *Iobo* adfingo ſententiam, ſed explicationis nervum verſus 2 luculenter prodit: *Etiam hoc iudicata eſt iniquitas, ſi mentitus ſum Deo deſuper.* Abluit itaque *Iobus* ſibi, ſua in Apologia, ſuperſtitionis labem, & fucatæ pietatis ſpeciem, nec non ſerena fronte cum ſuis adverſariis deſcendit in arenam, conſtanter aſſerens, ſe nullius ſuperſtitioſi cultus eſſe ſibi conſcium, ſed eundem toto ſemper animo eſſe deteſtatum. Quæ ſi æqua expendas lance, nulla apparet ratio, quæ, ſenſum nativum & hiſto-

q) *De Adorationib. veterum & recentiorum Cap. XX in Theſauro Antiquitt. Romanar. & Græcar. Tom. II pag. 1095 Jo. Poleni* edit. Venetiis.

ſtoricum deſerendum eſſe, urgeat, favent potius meæ ſententiæ verborum ſtructura, ritus antiquitas, & totius orationis ſeries.

V. Quod vero ad conſuetudinem, quæ iam eruenda eſt, ſpectat, inter omnes fere conſtat, ritum, manibus extenſis preces ac deſideria effundendi, fuiſſe antiquiſſimum. Manus ac pedes, ut eſt apud Comicum, in hoc cultu ſanctiori ſuum fecerunt officium. Diverſus autem fuit, teſte *Bruerio de Niedeck* r), apud gentiles, in precibus perſolvendis manuum motus. Una tantum quandoque manus in cœlum eſt ſublata, quandoque utraque manus ad ſuperos extenſa, quando vel laudes Diis fabuloſis eſſent deferendæ, vel auxilia ab iisdem expoſcenda. Manus ori admota, & oſcula vel ſideribus, vel Deaſtris, vel denique ipſorum templis ac ſimulacris, proiecta, pii & grati animi fuerunt ſigna. Triſti vero in ſpectaculo, et ſi inferis ſacra eſſent præſtanda, pendulæ ac demiſſæ conſpiciebantur manus. Satis eſt, manus in hoc religionis officio a gentilibus peragendo non ultimas tenuiſſe partes. Qui ritus commodam mihi præbet occaſionem, enixius inquirendi in cauſas & rationes, quibus gentiles inducti, hunc obſervarint manuum motum ſitumque.

VI. Conſideraturus itaque hanc gentilium conſuetudinem, extenſis manibus pietatis perſolven-

r) *Laudato libro Cap. XX pag. 1003.*

vendi ſtudia, ad hæc duo inprimis referri poteſt hic ritus genera. *Primum* genus eſt cultus religioſus, Diis fictitiis, eorundemque delubris, ac ſimulacris, præſtitus. Duo huius rei documenta obſervavit *Apuleius* s), quorum alterum ita fluit: *Nulli Deo ſupplicavit, nullum templum frequentavit; ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere.* Alterum *Apuleii* t) teſtimonium eſt: *Hi igitur*, Perſæ nimirum & Chaldæi, *admoventes oribus ſuis dextram, priore digito in erectum pollicem reſidente, ipſum prorſus Deum venerabantur.* Nec minus excitari adducique meretur *Minucius Felix* u), qui hæc de *Cæcilio* tradit: *Cæcilius, ſimulacro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admovens, oſculum labiis preſſit.* Ex his monumentis planum eſt, gentiles ſuis Deaſtris, eorumque ſimulacris, nec minus primæ magnitudinis aſtris, longius ab ipſis remotis, proieciſſe oſcula, ut pietatis defungerentur ſtudiis.

VII. Quæ ſi nunc ſpectes antiquitatis documenta, eademque cum aliis Auctorum locis conferas, res in vado eſt, gentiles hoc inſtituto pietatis erga Numina & ſacra declaraſſe notas. Singulare tamen eſt, in hoc officio religio-

s) *Apolog. I.*
t) *Mileſiar. IV.*
u) *In Octav. pag. 2.* Conf. *Woweri & Elmenhorſtii Not. pag. 3 & 6.*

ligioſo cultui præſtando, & laudibus Diis Deabusque deferendis, non manus tantum, ſed & os ſimul veniſſe in cenſum, quod ſecus ſe habet in altero manuum extenſarum ritu, a me poſtea deſcribendo. Niſi me fallit augurium, hic prior ritus altioris diviniorisque eſt indaginis, quia manus ori iunctæ ſingularem erga Divos declararunt pietatem. Quo etiam nomine ſacris in tabulis oſcula, idolis ſimulacrisque impreſſa, pro religioſo æſtimantur cultu, quod ex 1 *Reg.* XIX, 18, *Hoſ.* XIII, 2, luculenter pateſcit. Religioſus enim cultus non externum tantum poſtulat corporis ſpectaculum, ſed & caſtam ſimul mentem. Voluerunt itaque gentiles hoc ritu demonſtrare luculentius devotum animum, & venerationis notam, ex intimo mentis receſſu profluentem. Quæ duo rei capita alias coniungit ſanctus *Ieremias* in *Thren.* III, 41: *Tollemus cor noſtrum cum manibus in cœlum.* Quamvis enim gentilium religio fœdis quam maxime laborarit ſuperſtitionis maculis; minus tamen ſtatuendum eſt, eosdem omnem ſanctioris cultus rationem in externis tantum ritibus poſuiſſe, ſed utramque & animi, & corporis, vim in hoc ſacro coniunxiſſe officio. Cum autem ore declaremus, quæ animo premere ſolemus; dubitatio eſt nulla, quin, ad pietatem liberius explicandam, ori admoverint manus, quo eo ſanctius pietatis defungerentur ſtudiis.

VIII.

VIII. *Alterum* genus, in quo manuum inter preces extenſarum occurrit ritus, ad preces ſupplices redit, ac deſideria Superis deferenda. Operæ eſt pretium, nonnulla ex ampliſſima horum documentorum copia, ad ſententiam noſtram confirmandam, afferre huius conſuetudinis documenta. Antiquiſſima procul dubio ſunt *Homeri* monumenta, iam recitanda. Prius *Homeri* x) teſtimonium exponit anxia Troianorum pro felici *Hectoris* congreſſu, vota ad Superos, manibus ſublatis, emiſſa:

Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέ-
χον.

Populi vero ſupplicabant, Diisque manus elevabant.

Alter *Homeri* y) locus tangit *Achillem*, fortiſſimum Græcorum ducem, cedere prorſus neſcium, qui manibus ſublatis ad *Thetidem* emiſit preces:

Θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς, ὁρόων ἐπὶ οἴνοπα πόντον
Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς.

In littore cani maris, nigrum in pontem oculos figens,
Matri autem multas preces fudit manibus extenſis.

Iuvat alium adhuc ex *Curtio* z) de *Dario*,

 Per-

x) *Iliad. A. v.* 350 *pag.* 29 edit. *Barneſ.*
y) *Odyſſ. B. v.* 260. 261, *pag.* 44 edit. laudat.
z) *Lib. IV Cap. X.*

quam benigna conſervare ſolet, quo, his auxiliis fulti, lapſum evitent, & iam prolapſi clementer erigantur. Sententiam meam confirmat illuſtris apud *Polybium* locus, a *Raphelio* c) allatus, qui ita eſt conſtructus: Βουλόμενοι μὴ φαίνεσθαι πρὸς ἑτέρους ἐκτείνοντες χεῖρας, *exiſtimari volebant ullum alium reſpicere, ſive ab aliis opem petere, ſeu manus ad alios extendere.* Nulla igitur adeſt ratio, quo minus ſententiæ *Herm. Witſii* d) ſubſcribam, qua arbitratur, hunc ritum animi pietatem, & anxium auxilii divini omnino ſignificare deſiderium, quod homines, ſummo in rerum diſcrimine ac periculo poſiti, manibus ſuis extenſis haud occulte exponunt.

X. Priusquam huic diſputationi imponam colophonem, paucis adhuc lineis demonſtrandum eſt huius ritus, gentiles inter & Iudæos, nec non Chriſtianos, obvii, diſcrimen. Circumcidenda eſt hæc meditatio, nec de hac conſuetudine, apud Iudæos & Chriſtianos uſitata, data opera agendum, ſed breviter tantum exponendum, hocce in rei capite, neque Iudæis, neque Chriſtianis, fœdæ ſuperſtitionis adhærere labem. Iudæos, eosque adhuc caſtos, ſi ſpectes, res in luce eſt poſita, eos ſingularem corporis motum, quin & pedum manuum-

c) In *Annotat. ad Striptur. S. ad Ieſ. I v. 15 pag. 38 Lib. II Cap. XLVII pag. 185.*

d) *Exercitat. S. ad Orat. Dominic. Exercitat. IV de Geſtibus orantium §. XXXVI pag. 57.*

nuumque inter preces obſervaſſe geſtum, quem, præter *Witſium* ſupra excitatum, ex inſtituto delineavit *Io. Saubertus* e). Iudæos inter preces quandoque manus tenuiſſe protenſas, nec non ſublatas, oracula ſacra *Exod. XVII, 10, 11, 1 Reg. VIII, 22, Pſalm. LXIII, 5, LXXVII, 3, LXXXVIII, 10*, excellenter confirmant. In crimine vero ac ſcelere Iudæis poſitum fuit, oſcula inter ſacras orationes declamandas ad ſanctiſſimam ſecretamque templi Hieroſolymitani proiicere partem, quod nulla eget demonſtratione. Religio obſtabat, quo minus hos gentilium imitarentur mores. Evenit tamen vitio temporis, & gentilium ignorantia, ut, teſte *Io. Iac. Hulderico* f), Iudæis, manibus in cœlum preces effundentibus, hanc adſpergerent maculam gentiles, illos eſſe aſtrorum cultores. Certe Iudæi, ſanctiori addicti cultui, & maiorum inſtitutis preſſo inhærentes pede, nunquam eo levitatis proceſſerunt, ut ſe tam turpi contaminarent ſuperſtitione.

XI. Res Chriſtianorum ſi nunc contempleris, illi quoque huius ritus non neſcii fuerunt, quem ſine dubio his verbis indicat divus *Paulus*: *Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας*, *1 Tim. II, 8.* Quod dictum uberiore illuſtravit commen-

e) *Palæſtr. Theologico-Philologic. Cap. III pag. 89 ſeq.*

f) *Gentil. Obrectator, ſeu de Calumniis gentilium in Iudæos Commentatio, Cap. III pag. 23 ſeq.*

mentatione B. *Adam. Rechenbergius* g). Memoratu vero dignum eſt, aliam Chriſtianos ingreſſos eſſe in expandendis, inter preces, manibus rationem. Cum enim gentiles, nec non Iudæi, manibus extenſis, iisdemque ſimul explicatis, orarent, Chriſtiani contra complicatis, & ad formam crucis compoſitis, in memoriam Chriſti, cruci affixi, precari, æquum duxerunt ac pium. Illuſtre huius conſuetudinis exemplum documentumque nobis tradit S. *Ambroſius* h), ita ediſſerens: *Homo, cum manus levaverit, crucem pingit; atque ideo elevatis manibus orare præcipimus, ut ipſa membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur.* Quem ritum Chriſtianis inter preces familiarem eleganter expoſuerunt *Ioach. Hildebrandus* i), *Paul. Aringhus* k), & *Dominic. Georgius* l). Accidit tamen, ut hic Criſtianorum mos gentilibus, Chriſtianorum obtrectatoribus, videretur admodum ſuſpectus, adeo quidem, ut illos, teſte *Chriſt. Kortholto* m), uranolatriæ ſatis turpiter ac fraudulenter accuſarent.

Quod

g) *Diſſert. de Χειραρσίᾳ orantium.*
h) *Operum Tom. II Serm. de Cruce LVI pag. 66a.*
i) *Ritual. orantium Cap. IX pag 140 ſeq.*
k) *Rom. ſubterran. Tom. I Lib. III Cap. XXIV pag. 337.*
l) *Diſſert. de Monogrammate Chriſti Domini,* Romæ, 1738.
m) *Paganus obtrectator, Cap. III de Uranolatria pag. 274 ſeq.*

Quodſi vero hæc omnia & Iudæorum & Chriſtianorum inſtituta recta tecum reputaveris via, nihil deprehendes, quod in hac conſuetudine vel Iudæis, vel Chriſtianis, iure obieceris, illisque vitio verteris.

III.

IOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII ORIGINATIO VOCVM ΘΕΟΣ ET DEVS, NEC NON TVISCONIS, ET GENTIS NOSTRAE, CVI EST NOMEN TEVTSCHEN.

SYNOPSIS.

I. *Celtarum Deus princeps vocatus fuit Dis, Thies, Thuiſt.* II. *Celtæ fuerunt pars Scytharum.* III. *Pelasgi pars Celtarum ac Scytharum.* IV. *Vox* Θεὸς *referenda eſt ad Pelasgos.* V. *Germani ſunt Scythicæ originis.* VI. *Teutoni ſunt Titanes*, דודים. VII. *Teutoni unum Deum haud conſpicuum venerati ſunt.* VIII. *Celtæ, quando duas voces ſubſtantivas compoſuerunt, rectam poſuerunt primo loco.* IX. *Taiſon eſt Ditis filius.* X. *Kode eſt tugurium mutabile,*

&

& Scythæ dicti quaſi Koden-Ziebers, *id eſt*, *in tuguriis vagantes.* XI. *Cotiſon eſt Scytharum Ditis filius.* XII. *Cotytia ſunt Scytharum Ditis dies.* XIII. *Bendis eſt filia Ditis*, *Diana.* XIV. *Bendidia ſunt copulæ Ditis dies.* XV. *Es*, *As*, *Eſche*, *Eſſe*, *eſt* unus, unum. XVI. *Thies*, *Dis*, *Thuis*, *eſt* ille unus, qui unus. XVII. *Teutoni*, *Tiesſchen*, *Teusſchen*, *Teutſchen*, *ſunt Ditis filii.* XVIII. *Dis albus & ater*, *ex Scythis ortus*, *ad Perſas*, *Slavos*, *Græcosque*, *propagatus.* XIX. *Cotinuſa eſt Scytharum domus.* XX. *Quare Deus Thracum pro Mercurio fuerit habitus.* XXI. Δὶς, Ζεὺς, Θεὸς, *Deus*, *haud differunt a Scytharum Deo* Dys, Ties, Dis, Tyt, Thuiſt. *Exponitur locus Pauli Act. XVII*, 23 *ſeq. de Deo ignoto.* XXII. *Nomen Thies apud Germanos ſupereſt in nominibus virorum ac locorum.*

I.

Variæ afferuntur originationes vocum Θεὸς & *Deus*, quas, paſſim obvias, denuo iterare & reponere haud iuvat. Fruſtra ſunt, qui, eas in Græcæ linguæ fundo deprehendi, arbitrantur. Hellenes enim, qui Pelasgis ſucceſſe-

ceſſerunt in Græcia, vocem Θεὸς a Pelasgis acceperunt, eamque, communiter receptam, haud potuerunt repudiare. Pelasgi autem Scythici fuerunt ſanguinis, Thracumque fratres & cognati. Quo ipſo pateſcit, vocem Θεὸς ad Scythas eſſe referendam, & originem apud hoſce eſſe inveſtigandam. Olim gentes, ad ſeptentrionem vagantes, ex univerſo Scythæ appellabantur, eorumque pars erant Iberi, Celtæ, Galli, Belgæ, Germani, ſeu potius Teutoni, Eſtiones, Marcomanni, Sauromatæ, Pannonii, Cimmerii, Thraces, Pelasgi, Phryges, Tuſci, Iberi, Perſarumque progenitores. *Strabo* prodeat, velim, teſtis, ne quid ea de re dubitemus. Is *Lib. I pag. 33* ſic tradit: Φημὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλήνων δόξαν, τὰ πρὸς Βοῤῥᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ Νομάδας. ὕστερον δὲ, καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο. *De priſcorum Græcorum ſententia hoc dico, notæ verſus ſeptentrionem gentes uno prius nomine omnes vel Scythæ, vel Nomades, appellabantur. Poſtea vero, cognitis regionibus ad occidentem ſitis, Celtæ, Iberi, aut, mixto nomine, Celtiberi ac Celto-Scythæ, dici cæperunt.* Succurrit memoriæ aliud eiusdem *Strabonis* teſtimonium, *Lib. VII pag. 507* ita pronuntiantis: Ἅπαντας τοὺς προσβοῤῥοὺς κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν.

Vete-

Veteres Græcorum Scriptores univerſas gentes ſeptentrionales nomine Scytharum & Celto-Scytharum affecerunt. Plinius Germanos ac Sarmatas Scythis adnummeravit. En eius verba *IV, 12: Scytharum nomen usquequaque tranſit in Sarmatas atque Germanos: neque aliis priſca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.* (*) Illyrios *Horatius* vocavit Scythas a), *Dio Caſſius* Baſtarnas b) & Dacos c), Anonymus Gothos d), Normannos *Andradus Modicus* e). In præſens cum Celtis rem potiſſime habemus, parte Scytharum permagna, olim Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, aliasque terras ſeptentrionales, incolente f). Horum Deus princeps appellatus fuit *Dis*, *Thies*, *Thuiſt*. De Germanis notus eſt ille *Taciti* locus, qui in libro *de Moribus Germanorum* hæc memoriæ prodidit: *Celebrant* Germani *carminibus antiquis Tuiſtonem Deum, terra editum, & filiam Mannum,*

(*) *Iſtrum* vocat *Scythicum Valerius Flaccus VII, 815.*

a) *Carm. Lib. II Od. 2.*

b) *Lib. XXXVIII, 64.*

c) *Lib. LI pag. 460.*

d) *Chronol. Regum Gothic.* apud *Du Cheſne Rer. Franc. Tom. I pag. 37.*

e) In *Revelationibus* apud *Du Cheſne Tom. II pag. 391.*

f) *Pellutier Hiſtoire des Celtes Lib. I Cap. 3 pag. 19 ſeq.*

nium, originem gentis conditoresque. Mallem legere *Tuitſenum*, ſi manuſcriptorum mihi fides autoritasque accederet. *Tuitſon* enim, ſeu *Taiſſon*, denotat *filium* Dei *Tuis*, ſeu *Tais*, ſeu *Tuit*. Diſſeremus de hac re infra *ſſ.IX.* Provocat nos iam *Iulius Cæſar*, qui Gallos ad eundem Deum *Tuis* deducit. Ipſe hæc g) commemorat; *Galli ſe omnes a Dite patre prognatos prædicant: idque ab Druidibus proditum dicunt. Cæſar* vocem *Tuis*, *Tys*; *Tuit*, inflexit ad morem Latinorum; quibus *Dis* quidam haud eſt incognitus. Cum vero *Tacitus* & *Cæſar* noſſent, Aegyptiorum Deum *Thoth*, ſeu *Theut*, vocari a Græcis *Herman*, & a Latinis *Mercurium*, ipſi Deum Celtarum *Thuit*, *Tys*, & *Dis*, converterunt in *Mercurium* ſuum. Inde nota ſunt ipſorum teſtimonia: *Taciti* hoc eſt h): *Deorum maxime Mercurium colunt. Cæſaris* verba haud multum diſcrepant, hoc prodentis i): *Deum maxime Mercurium colunt.* Victores enim ſenſim interpolarunt gentium devictarum religionem, & Numina ſua ſubſtitueunt Diis dedititiorum, cauſati, differentiam haud intercedere Deos inter Scytharum & Romanorum. *Cæſaris* errorem feliciter indicavit Cel. *Simon Pelloutier* k), qui ipſe ſolide l) animadver-

g) *De B. G. VI, 18.*
h) *De M. G. Cap. 9.*
i) *De B. G. VI, 17.*
k) *Hiſtoire des Celtes I, 13, pag. 125 ſeq.*
l) *I, 14, pag. 153 ſeq.*

[illegible] *Tyr*. ſeu *Tuit*, ſui [illegible] *Teuti* in *po*[illegible] Gallias incolen[illegible] repertis [illegible] eſt, *Teuti* [illegible] *Teutonariis*, [illegible] Scandinavia q), [illegible] ac *Tecto*[illegible] r); in [illegible] infe[illegible] Teut porta, ſeu [illegible] caſtellum t), quod [illegible] appel[illegible] ſilva [illegible] armem, ubi [illegible] *Thermelle*, [illegible] præ[illegible] *Thiti* De[illegible] [illegible] nunc *Du*-*ſen* vocatur; [illegible] *Dutſe*. [illegible]-Seule, *Thuſ*

m) *Sagen* [illegible] *Segen*, ſeu *proles*, [illegible] [illegible]

n) *Strabo III pag.* 187, *Plinius III*, 4.

o) *Cæſar B. G. VI.* 4.

p) *Pomponius Mela III*, 3, *Ptolemæus II*, 2, *Plinius IV*. 14.

q) *Pomponius Mela III* 6.

r) *Strabo XII pag.* 566, *Plinius V*, 32.

s) *Ptolemæus II* 11, *Antonini Itinerar. pag.* 15.

t) *Antonini Itin. pag.* 23.

u) *Geogr. II*, 2.

x) *Tacitus Ann. I*, 60.

Thyſi loco intra dominium idem ſita; in villa *Doetzen*, quaſi Duitsheim, intra pagum Valen ſita prope Gronaviam & Leinam, intra terras Epiſcopales Hildeneshemenſes; & in aliis Germaniæ locis. Supereſt memoria & nomen Dei Scytharum & Celtarum *Teut* in *Teutamide*, Rege Pelasgorum y); in *Teutamo*, Pelasgorum Rege z); in *Teutagone*, Principe Baſtarnarum a); in *Teuthra*, Mœſorum Rege b); in *Teuta*, Regina Sardorum in Illyrico c); in *Teutomato*, Rege Nitiobrigum in Galliis d); in *Teutomalo*, Rege Ligurum Salianorum e); in *Teutobocho*, Teutonorum Rege, per *Marium* victo f); in *Tautamo*, Principe Hiſpanorum g); in *Thuthea*, id eſt, *Theuti aqua*, Elidis fluvio h); in *Titanibus*, ſeu Dodanim; in *Teuta*, priſco Piſarum nomine i), & in aliis perſonis ac locis. *Gon*,

y) *Homerus Iliad. II v. 350, Dionyſius Halicarnaſſ. I, 22.*
z) *Diodorus Siculus IV pag. 183, V pag. 238.*
a) *Valerius Flaccus Argon. Lib. VI v. 96.*
b) *Plutarchus de Fluv. Tom. II pag. 1161; Diodorus Siculus IV pag. 167.*
c) *Dio Caſſius Fragm. Lib. XII pag. 923; Polybius II, 93; Florus II, 5.*
d) *Cæſar de B. G. VII, 31.*
e) *Livius Epit. Lib. LXI.*
f) *Florus III, 3, Eutropius V, 1.*
g) *Excerpta ex Diodoro Siculo pag. 795.*
h) *Strabo Lib. VIII pag. 342.*
i) *Servius ad Virgilii Aeneid. X, 198.*

Chan, *Con*, eſt *Conig*, Rex, Princeps; *Boch* eſt *tudes*; *Ammeht*, ſeu *Ambact*, eſt *domi præfectus*, *cliens*; *Rq* eſt *Rex*; *Mal* vero *iudex*.

II. Celtæ fuerunt pars Scytharum, ſiquidem terræ ſeptentrionales, quarum partem Celtæ tenebant, Scythis contribuebant olim, teſte *Strabone* k). Getas & Daeos Scytharum fuiſſe gentes, pateſcit ex *Ovidio* paſſim, & ex *Dione Casſio Lib. LI pag. 460.* Iidem populi etiam Celtæ fuerunt dicti. Celtæ enim Illyricum ac Thraciam l), immo ad Adriam m), & ad ſinum Ionium n), incoluerunt. Celtæ, ſeu Galli, Thracum vicini exſtitiſſe perhibentur o). Baſtarnæ ad eandem gentem referuntur, dicti nunc Scythæ q), nunc Getæ r), nunc Germani, habitantes loca, quæ nunc ab Hungaris ad ſeptentrionalem Danubii ripam tenentur. Celtæ vero videntur dicti quaſi *Scaleti*, id eſt, *Sculteti*, iudices, præfecti, qui nomine Ditis iura adminiſtraverint.

III. Scy-

k) *Lib. I pag. 34.*
l) *Strabo Lib. VII, 2, pag. 304. 313.*
m) *Strabo Lib. VII pag. 301 ſeq.*
n) *Arrianus de Expedit. Al. M. Lib. I pag. 11.*
o) *Diodorus Siculus Lib. XVII pag. 623.*
p) *Livius XLIV, 26*, *Appianus Mithridat. pag. 410.*
q) *Ptolemæus III, 5.*
r) *Strabo Lib. II pag. 118 ſeq. Lib. VI pag. 289.*

III. Scytharum natio s) olim quoque Græciam poſſedit. Pars ipſorum, eo traducta, *Pelasgos* t) ſeſe appellavit, ac inſulam, quæ poſtea Euboeæ nomen obtinuit, *Pelasgiam* u) dixit. Priusquam enim *Hellen*, *Deucalionis* filius, lacertos movit; gens Pelasgorum per omnem Græciam late erat diffuſa x). *Homeri* ætate Hellenes illi iam repulerant Pelasgos in Theſſaliam y), antea dictam ab eis *Pelasgiam* z). Pelasgos a) hoſce *Strabo* vocavit Thracas; Illyrios, & Epirotas b). Ipſi oraculum conſtituerunt Dodonæ, intra Græciam vetuſtiſſimum c), ac olim varias Europæ partes pervagati ſunt d). Nomen ipſis à vitæ genere obtigit. Athenienſes eos exiſtimarunt

s) Hyperborei enim Scythæ fundarunt Delphis oraculum. *Pauſanias Phocic. V pag. 809, Pelloutier Hiſtoire des Celtes Lib. I Cap. 9 pag. 76 ſeq.*

t) *Strabo Lib. V pag. 220 ſeq. Lib. VII pag. 327 ſeq. Lib. XIII pag. 621.*

u) *Schol. ad Apoll. Argon. pag. 105.*

x) *Thucydides I, 3, Strabo Lib. VII pag. 327, Lib V pag. 221.*

y) *Homerus Il. II v. 347, Strabo Lib. IX pag. 441, 443.*

z) *Strabo Lib. V pag. 221, Stephanus de Urbibus pag. 393*

a) *Dionyſius Halicarn. I pag. 14, Thucydides I, 12*

b) *Lib. VII pag. 321.*

c) *Strabo Lib. VII pag. 327, Herodotus II, 52.*

d) *Strabo Lib. XII pag. 572.*

runt *pelargos*, id eſt, *ciconias*, dictos, eo quod ciconiarum inſtar huc illuc vagati fuerint e). Quæ originatio veri eſt abſimilis, ſiquidem ex lingua Scythica haud fuit depromta. Crediderim potius, ipſos ex *ſagittandi arte*, quaſi *Pik-Schütten*, appellatos fuiſſe. Hac enim arte eos excelluiſſe, tradunt veteres. *Theutum* Deum venerati fuerunt ipſi in loco Dodonæ, eiusque oraculum e fago, ſeu quercu f), exponendum curarunt. Nomen Dei ex loci nomine elucet. *Dod-ona* enim eſt *Thoti*, ſeu *Teuti*, *terminus*. Græci vocem *Dod*, *Theut*, mollius pronuntiarunt per Ζεὺς, quæ vox cum *Thys* ſatis concordat. Unde eſt, quod *Homerus* g) eum ita invocavit:

Ζεῦ, ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,

Iupiter, Rex Dodonæe, Pelasgice, longe habitans!

Nec tamen eſt omittendum, voces *tud* & *dod* notare etiam terram, & *dod-leder* adhuc notare *ſuperficiem terræ*, ideoque *Dodonam* etiam exponi poſſe per *terminum terræ*.

IV. Vox Θεὸς, quæ Latinis vocem *Deus* impertivit, non ad Hellenas, ſed ad Pelasgos, eſt

e) *Strabo Lib. IX pag. 608.*

f) *Stephanus de Urbibus pag. 320, Homerus Odyſſ. XIV, 328, XIX, 297, Dionyſius Halicarn. pag. 12.*

g) *Iliad.* Π. *v.* 233.

eſt referenda. De Pelasgis enim *Herodotus* h) hæc memoriæ prodidit; Θεὲς προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τȣ̃ τοιȣ́τȣ, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον, *Deos appellaverunt ſuos exinde, quod pulcre conſtituerent omnes res, & omnes regiones tenerent.* Originem appellationis Θεῶν eis clare vindicat. At, quoniam Pelasgicum haud callebat ſermonem, relapſus eſt ad originationis fundamentum. Idem memorat i), Pelasgos nec templa, nec imagines Deorum, habuiſſe, ſed *Mercurii* ſtatuam erexiſſe nudam, veretro inſtructam. Facile intellectu eſt, *Herodotum* incidiſſe in *Hermam*, ſeu *Mercurium*, eo quod Græci ſeriores crediderunt, *Hermam* a Deo *Thys*, *Theut*, *Thot*, haud diſcrepaſſe, ſiquidem *Thot*, ſeu *Theut*, Aegyptiorum ſatis apprime cum *Herma* Græcorum congruere videbatur. Verum in hoc momento & *Herodotus*, & *Cæſar*, & *Tacitus*, ſeſe aliosque (*) fefellerunt, *Thys* enim, ſeu *Theut*, Scytharum, Celtarum, & Pelasgorum, eſt verus Deus & ſupre-

h) *II, 52.*

i) *II, 51.*

(*) Illuſtris *Scipio Maffeius Tomo VI Oſſervazioni letterarie pag* 24 ita: *Dall' Egizio Theut ſembra veniſſe ugualmente il Deus de' Latini, e il* Θεὸς *de' Greci.* Verum hæc ſententia ab ipſo *Herodoto II, 52*, evertitur, qui Pelasgis tribuit nomen Θεὸς, & varios Deos ab Aegyptiis deducit.

ſupremum numen, qui *filium ſuum*, Thuiſto-nem, ſeu Thuitſonem, (*Theuts-Sohn*) dictum, e terra produxerat, id eſt, *Adamum*, communem generis Scythici conditorem, creaverat. *Thuitſonem* hunc Scythæ & Germani coluerunt civili honore. Deum vero ipſum *Theuth* ad lapidem, columnam, quercum, fagumque, citra altaria & templa invocarunt. *Thuiſcon*, id eſt, *Tys Rex*, eſt apud *Cæſarem*; ac inde coniecturam fere duco, lectionem eandem apud *Tacitum* eſſe reſtituendam.

V. Germanos, ſeu potius Teutones, eſſe Celtici generis, ideoque Scythas, quantum ad originem attinet, nemo inficiabitur. Eos enim, quos *Heraclides* vocavit Hyperboreos, *Ariſtoteles* vocavit Celtas k). Celtæ itaque & Hyperborei haud differunt. Cum vero Hyperborei fuerint Scythæ, & Germani exſtiterint Hyperborei, facillimum eſt intellectu, Germanos, ſeu Teutonos, priſcos Celtis eſſe annumerandos. *Eratoſthenes* aliique nomine Celtarum Germaniam quoque comprehenderunt l). Nolim in re ſatis comperta eſſe longus.

VI. Teutoni noſtri quondam *Titanes* fuerunt dicti. Ipſi enim in genealogia Noachidarum probabiliſſime habentur pro eis, qui vocantur דודָנִים, *Dodanim*, *Dodonenſes*, ex *Iavane*, ſeu *Ione*, progeniti, *Gen. X*, 4. Hi enim cum fratribus Syriam Aſiamque deſeruerunt,

k) *Plutarchus* in *Camillo Tom. I pag. 140.*
l) *Ioſephi Scaligeri Epiſtol. Lib. III Ep. 276.*

runt, ac inſulas Europæ, eiusque regiones, occuparunt, *v.* 5. Teutoni haud ſecus ac Celtæ & Scythæ omnes ingenti corporum fuerunt proceritate, & terribiles, & præſtantes, reliquis, verſus auſtrum commorantibus, populis. Ex eo factum eſt, ut *Titanes* exhibeantur a veteribus inſtar *gigantum* (*). Pelasgi, Celtarum Scytharumque progenies, idola, aras, & ſuperſtitionem, Phœnicum atque Aegyptiorum, Græciæ illatam, faſtidierunt. Ob eam rationem finxerunt Poetæ, ipſos Iovem, Deosque Græcorum, contumeliis affeciſſe, cœloque iviſſe eiectum. Quia Pelasgi ab Hellenibus pulſi, in Theſſaliæ Macedoniæque montes, ac tandem in Thraciam montoſam, ſeſe receperunt; Poetæ, ipſos Pelion Oſſæ, montes montibus, impoſuiſſe, cœlumque oppugnaſſe, ut *Iovem* Hellenum ac Cretenſium cum ſuis inde darent præcipites, finxerunt m). Cogitata hæc iam Cel. *Simon Pelloutier* n) animo ſuo informavit. Nec locus eſt dubitandi, quin ea ſint tam ſolida & probabilia, quam aliquod, in Mythologia Græcorum explicabile, momentum. *Titanes* tandem conatis montibusque ſuis ab *Hercule*, *Iovis* Cretenſis vindice, fuerunt deiecti. Quis

(*) *Gigantas* veterum pro *Gothunis*, ſeu *Gothis*. videtur reputaſſe *Iacobus Wilde* in libello *de Præiudiciis transmarinis circa iura regalia & maieſtatica* §. 45 *pag.* 43. Holmiæ, 1738, 4.

m) *Ovidius Metam.* I, 150, *Virgilius Aen.* VI *v.* 580.

n) *Hiſtoire des Celtes* Lib. I *Cap.* 9 *pag.* 84 *ſeq.*

haud illico animadvertit, deſignari cladem Pe-
laſgorum? Ipſi enim ad Phlegram in planitie
penes Thracas ab *Hercule*, id eſt, Heracleen-
ſibus, fuerunt devicti, fuſi, ac fugati o). Qui
hæc attentius expendunt, iis ſibi haud perſua-
debunt, gentes priſcas ab omnibus bellis reli-
gioſis abhorruiſſe.

VII. Magnificum eſt illud *Taciti* de Teu-
tonis teſtimonium p), & pro unico minusque
conſpicuo ac omnipræſente Numine, ab eis
culto, inſigne documentum. Operæ pre-
tium fuerit, id denuo huc appoſuiſſe: *Germani
nec cobibere parietibus Deos, nec in ullam hu-
mani oris ſpeciem effingere, ex magnitudine
cæleſtium arbitrantur. Deorum nominibus ap-
pellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vi-
dent.* Secretum illud, quod Germani crede-
bant eſſe minus adſpectabile, & ſola reverentia
videbant, non erat multiplex & varium, ſed u-
num. Si *Tacitus* opinionem Germanorum ac-
curate pervidit; Germanis plurimi Dii quon-
dam fuerunt curæ cordique, ac hi Dii univerſi
unum illud compoſuere Numen, quod con-
ſpici haud poteſt, adeo ut Germani, illud in
plures ſpecies ac plures Deos dividuum eſſe, vi-
deantur exiſtimaſſe. Notio hæc inſederat Græ-
cis ac Romanis quamplurimis. Videtur *Taci-
tus* eadem fuiſſe imbutus, & illam ad Germa-
nos ex ingenio ſuo tranſtuliſſe. *Secretum* enim
il-

o) *Apollonii Argonaut. Schol. II pag. 289, Solinus
Cap. 14.*

p) *De M. G. Cap. 9.*

illud, quod ſola reverentia videt, eſt ſane unum Numen religioſe venerandum, non adſpectabile, parietibus templorum ac imaginibus haud coercendum, vel effingendum. Utinam *Tacitus* copioſiora de hac cauſa expoſuiſſet! Provocat nos iam ratio loquendi Celtica, qua ipſi Celtæ nomina duo ſubſtantiva, rectioni innexa, compoſuerunt. Præmonemus vero cum Ill. Marchione *Scipione Maffeio* q), nomina locorum & hominum vetuſtiſſima vim ſignificandi aliquid determinatum obtinuiſſe.

VIII. Germani *timorem Dei* ſolent vocare *Gottesfurcht*, & ipſi *amorem virtutis* appellant *Tugendliebe*. Veteres Celtæ eandem ſervant loquendi normam, qua nomen ſubſtantivum, in rectione poſitum, primo ponitur loco. Poloni ac Sarmatæ eundem ſervant morem. Dabimus in præſens exempla, ex ſermone Celtico depromta. Celtæ *confiniorum urbem* vocarunt *Marcomagum*. Ipſis *Salinarum urbs* appellata fuit *Salomacum*. *Macum*, ſeu *magum*, eſt ex *machen*, ſtruendo, faciendo, decerptum; ac Noſtri exinde vocant conclave *Gemach*. Celtæ *Samaræ pontem* vocarunt *Samarobriva*. Briva enim, ſeu Briga, fuit ipſis pons, *brügge*. Boiorum portam vocarunt *Boiodorum*, vepreti portam appellarunt Saxones r) *Heggidore*, ſeu *Egidoram*, unde reſtat appellatio

q) *Oſſervazioni letterarie Tom. VI pag. 5.*

r) Annaliſta Saxo *ad A. 811 pag. 175, & ad A. 973 pag. 327.*

latio Eideræ fluminis, Sleſvicenſem Ducatum inter & Holſatiam fluentis. Celtæ *victoriæ collem* nominarunt *Sigedune*. *Dieſbacum* Bavariæ amnis, quaſi *Diſt amnis*, dictus fuit. *Diezmannus* eſt *Tyſi vir*. Omitto alia exempla.

IX. Ex hac obſervatione confirmatur id, quod *Theophylactus Simocatta* s) memoriæ prodidit, ſcilicet Regi regionis Taugas fuiſſe nomen *Taiſan*, idque idem eſſe ac *Dei filium*. *Tais* enim, ſeu *Tys*, *Tuit*, *Teuz*, eſt *Dei* nomen, & vox *San*, ſeu *Sohn*, filium deſignat. Rex ille erat originis Turcicæ. Turci, quippe qui ex Scythia olim propullularunt, hanc appellationem ſervarunt, ex veteri patria transductam. Inter Turcos hodieque ſuperſunt vocabula Celtica t) æque ac in Tartaria u), ac ipſos inter Perſas x).

X. Scythæ undenam originem appellationis gentilis acceperint, implicatum magis fuit huc usque Auctorum ſententiis, quam explicatum. Inclitiſſimus quondam, & poſt funera magnus, *G. G. Leibnitius*, eos eſſe dictos quaſi *Schütten*, id eſt, *iaculatores*, *ſagittarios*, ſibi perſuaſerat. Cel. *Pelloutierus* eos exiſtimat

s) *Lib. VII Cap. 9 pag. 176.*

t) *Pelloutier Hiſtoire des Celtes I, 15, pag. 186.*

u) *Busbequius Ep. IV legationis Turcicæ pag. 32 ſeq*

x) *Thomas Hyde* in *Hiſtoria veterum Perſarum Cap. 35 pag. 428.*

mat denominatos ex *ziehen*, id eſt, *huc illuc vagando*. Fit vero nobis veriſimile, qui utriusque viri meritis aſſurgimus, Scythas dictos eſſe *Skyt-ten* ex tuguriis, ac eorum protenſione. (*). Tartari enim *domicilium* adhuc vocant *ſkoy* & *ſki*, & *tuguria* appellant *ſkoyt*, *ſkit*. Reſpondet vox Chaldaica, Ebræis ac Syris æque trita, סֻכָּה, סֻכּוֹת, סֻכַּת, *Süccab*, *Süccotb*, *Süccâtb*, quæ *tentorium* & *tentoria* denotat. Celtæ tugurium vocarunt *kode*, *kote*, litera *s* præformata protruſa. Hinc reſtant voces *Gotbi*, *Gotbini*, ſeu *Getæ*. Germani noſtri adhuc vocant *tugurium*, *in quo ſal coquitur*, *ſolt-kote*. Ruſticus, qui tugurium incolit, agris egens, vocatur *köter*, *kot-ſatte*. *Tein*, ſeu *ziehen*, eſt *trabere*, *tendere*, *protendere*. Græcis voces *τείνειν*, *ταννύειν*, *debnen*, *tendere*, ſunt familiares. Chaldæi norunt ſuum תְּנָא, Phœnices ſuum תנן. Reſtat inde vox תַּנִּין. *rem protenſam*, ſeu longam, deſignans, id eſt, piſcem maximum, crocodilum, ſerpentem longiorem. Noſtri vocant Danubium flumen *Don-au*, id eſt, *protenſam aquam*. Ad eandem originationem ſpectat fluvii *Tanais*, ſeu *Don*, nomen. Noſtri arborem protenſam longamque magis, quam craſſam, id eſt, abietem, *Tanne* dicunt. Tendiculæ, ad aves capiendas extenſæ, dicuntur *Donen*. Eidera fluvius olim vocatus fuit *Dene* ex eadem originatione, ac accolis

(*) *Herodotus* de Scythis *IV*, 46, *Φερέοικοι πάντες εἰσί. Domos ſecum ferunt ſinguli.*

lis nomen *Danorum* impertivit. Quæ cum ita ſint, Scythas, ſeu *Sküt-ten*, ex *protenſis tuguriis*, huc illuc tractis, fuiſſe dictos, dubio videtur vacare. *Ieremias*, niſi magnopere fallor, per conſpectos in viſione *Schkédin* ſeu baculum, ex שָׁקֵד, deſignatam Scytharum irruptionem cognovit. *Ier. I, 11.*

XI. Inde porro coniecturam duco, *Cotiſonem*, Regem Dacorum & Thracum, dictum fuiſſe quaſi Cot-tis-son, *Scytharum Tiſi filium*. Nam *Tis-son* idem eſt ac Dei filius (§. IX). Scythæ autem alias vocati quoque ſunt *Gothi* & *Getæ*. De *Cotiſone* videndi ſunt *Horatius* y) & *Florus* z). *Cotys*, Thracum Rex, traditur fuiſſe voluptati deditiſſimus a). *Timotheus* Athenienſis adverſus eum bella geſſit b). *Iphicrates* eius filiam duxit uxorem c). Mentionem *Cotyos* iniecit etiam *Strabo* d). Ad nomen *Cotys*, ſeu *Cotus*, hic reſpicimus, non ad

y) *Carm. Lib. III Od. 8: Occidit Daci Cotiſonis agmen.*

z) *Lib. IV Cap. 12: Daci montibus inhærent. Cotiſonis regis imperio, quotiens concretus gelu Danubius iunxerat ripas, decurrere ſolebant, & vicina populari.*

a) *Athenæus* in *Dipnoſoph. Lib. XII pag. 531.*

b) *Nepos* in *Timotheo Cap. I ſ. 2.*

c) Idem in *Iphicrate Cap. III* §. 3, *Seneca Controv. VI, 5, Polyænus Lib. III, Demoſthenes adverſus Ariſtocratem fol. 746.*

d) *Lib. X pag. 470.*

ad res ab eo geſtas. In nomine hoc rurſus perſpicimus Scytharum *Tyſum*.

XII. Convertimus iam nos ad eam Deam, quæ a Thracibus appellata fuit *Bendis*. *Herodotus* eam putavit eſſe Græcorum *Artemin*, ſeu *Dianam* e). *Heſychius* eundem inſtitit tramitem, ita commentatus: Βένδις, ἡ Ἄρτεμις, Θρακιςί. Παρὰ δὲ Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδίδεια. *Bendis Thracio ſermone dicitur Diana. Apud Athenienſes feſtum inde reſtat Bendidia*. Deam illam *Palæphatus Cap. 32* vocavit Βενδῖαν, *Bendiam*. Feſtum illud originis eſſe Scythicæ, animadvertit *Herodotus*. Quare, nomen feſti Scythicum Celticumque fuerit, oportet. Noſtrum eſt, in originationem inquirere ipſam. Cerimonia feſti potiſſima ſuppeditat nobis rationem denominationis. Nam *Herodotus* vocat cerimoniam illam ἱρὰ ἐνδεδυμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, *ſacra illigata ſtipulæ triticeæ*. Succurrit animo vox Celtica *bend*, *band*, id eſt, faſcia, vinculum. Vexillum Gothi nominarunt *bandwo*, uti ex *Ulphilæ* translatione pateſcit *Marc. XIV, 44*. Islandi id vocant *baenda*. Scythæ vinculum haſtæ alligabant, ut vexillum præferrent. Alligatum illud ſignum fuit inſtar vexilli, ideoque vox *band* quoque ſignificatum *ſigni* induit. Vox *ban* præterea Celtis fuit admodum trita ac familiaris. Noſtri *oblongam faſciam* vocant adhuc *ban*, *ben*,

&

e) IV. 33.

& *habn*. Ex hac voce profluxit denominatio Pannoniorum. Ipſi enim dicti ſunt ex *pannis*, ſeu *faſciis oblongis*, e quibus tunicæ eorum conſtabant f), manicis ſimiles. *Bendis* proinde eſt *faſcia Tyſi*, ſeu *Diſi*. *Artemidem* appellatam fuiſſe a Thracibus *vinculum Diſi*, mirum eis haud videri debet, qui, Scythas Celtasque venatibus indulſiſſe, norunt, nec ignorant, Thracas ad venandum magnopere fuiſſe proclives.

XIII. *Cotyttia* memorantur apud ſcriptores vetuſtos, ac deſignant dies feſtos, quos Thraces in honorem *Cotyos* celebrarunt. Mentionem eorum injecit *Strabo* g), narrans, Thracibus illos fuiſſe uſitatos, ac inſtrumentis muſicis in montibus celebrari ſolitos. *Aeſchylus* h) hoc ipſum præterea apud *Strabonem* oſtendit, dies illos cum ſtrepitu tympanorum bacchico, & congruenter Orgiis *Bacchi*, fuiſſe agitatos. *Cotyttia* ſunt Scytharum *Tyſi dies*, Cottyt-tia. Nam *Cotys* eſt Scytharum *Tys* (*ſ. XI*), & vox *tie*, quæ in Saxonia inferiori eſt ſuperſtes, denotat *diem*, eumque feſtum & commemorabilem. Si quis præter morem præfert lætitiam, plebs dicit illico: *he meint*, *he is up then tie*, id eſt, putat, ſe eſſe in die feſto & epulari.

XIV.

f) *Dio Caſſius Lib. XLIX pag.* 413.

g) *Lib. X pag.* 470.

h) In *Edone*. Vide *Th. Stanley* ad *Aeſchylum*, *pag.* 855.

XIV. Quo ipſo intelligitur originatio, ex qua *Bendidia* fuerunt appellata. Hæc enim ſunt *Bend - tit - tie*, ſeu *faſciæ Thiſi*, ſeu *Teuti dies*. *Bendis* enim eſt faſcia Tiſi (§. *XII*) & *dia*, ſeu *tie*, ſunt dies feſti & epulares (§. *XIII*). *Tys* ille ſic fuit famoſus, ut inde peculiaris Getarum tribus fuerit cognominata. Hi enim appellati fuerunt *Tyſſagetæ* i). Scythæ regii, a Græcis nonnihil edocti, potiſſimum venerati ſunt Ἱςίην, *Veſtam*, deinde eum, qui *Dis* dictus, eiusque uxorem k) *Terram*, quam Tacitus *Hertam* dixit. Veſtam hi dixere *Tabiti*, Ditem illum vocarunt *Papæum*, terram appellarunt *Apian*, Apollinem *Oetoſyron*, Venerem cœleſtem *Artimpaſan*, Neptunum vero *Thamimaſaden*. Inveni hic denuo Deum illum, qui *Dis* fuit dictus. Reliquas voces Scythicas haud auſim interpretari. Si quid ego iudico, *Veſta* ipſa, ἑςία, eſt Scythicæ originis. Celtæ enim appellant id, quod refovet, *ene Weſte*. Unde, zephyrus vocatur *Weſt - Wind*. Vox Papæus eſt *Papa*, id eſt, pater. Exponant, qui volent.

XV. Inveſtigandum porro eſt, quibusnam elementis vox illa *Thys*, *Tis*, *Teut*, *Tuis*, quam huc usque tot exemplis poſuimus extra dubitationem, conſiſtat. Niſi autem magnopere fallimur, ipſa fuit conflata ex *the es*, *te as*, *te ys*, id

i) *Herodotus IV*, 22.
k) Idem *IV*, 59.

id eſt, *der eine*, *ille unus*. Unum enim C
tæ vocarunt *as*, *es*, *eſche*, nec deſiit uſus v
cabuli in ludis talorum & latrunculorum, ac
ponderando. Facile intellectu eſt, Pelasg
vocem eandem adhibuiſſe, ac Hellenum illud
inde reſtare. *Heis* enim, *es*, *eſſe*. *eſche*,
as, quid & quantum differunt? Cel. *Ioann*
Georgius Wachterus l) hæc habet, ad claſſ
hanc referenda: *As*, *monas*. *Hodie utim*
in ludo latrunculorum. *Similiter Islandis*
monas, *teſte Verelio in Indice*. *Græcis*
unus. Crediderim, vocem *as* defluxiſſe
Phœnicum voce חד, אחד. Literæ enim *d*
ſ alternant, ac permutationibus mutuis terun
in linguis orientalibus. Syri iam vocarunt I
um in ſermone ſuo *unum*, ſeu *Ad*, *Ada*
Hadad. *Macrobius* luculente m): *Aſſyrii D*
quem ſummum maximumque venerantur,
dad nomen dederunt. *Eius nominis interp*
tatio ſignificat unus. Exinde evenit, ut
gentibus ſeptentrionalibus Deus quoque vo
tus ſit *as* & *unus*. Tuſci, ſeu Tyrrheni, vo
eadem Deum deſignarunt. Id docemur ex
ſtoria Imperatoris *Octavii Auguſti*. Fulm
enim, in ſtatuam eius anno V. C. 767 delatu
primam ex nomine *Cæſaris* literam delever
Ideo vates, eum centeſima poſt die participe
fore divinæ alicuius ſortis, dixerant. Id in
coniectaverant, quod litera *c* apud Latin
d

l) In *Gloſſario Germanico minori pag.* 84.
m) *Saturn*, I, 33.

deſignat numerum centenarium. Καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ὄνομα (ΑΙΣΑΡ) Θεὸν παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς νοεῖ, *reliqua nominis pars AESAR Hetruſcorum lingua Deum ſignificat*. Hæc retulerunt & *Dio Caſſius* n), & ante eum *Suetonius* o). *Heſychius* plane: Αἰσοὶ, θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν, *Aiſi, Dei apud Tyrrhenos*. Loca hæc nuper denuo excitavit Ill. Marchio *Scipio Maffeius* p). Tuſcos vero eſſe Teutonicæ Celticæque originis, *Simon Pelloutier* p) argumentis admodum probabilibus ivit demonſtratum. Denominatio certe Teutonorum, Tuiſconiorum, & Tuſcorum, haud multum abludit.

XVI. Præpone voci *as*, ſeu *es*, *ys*, articulum præpoſitivum *te*, tunc habebis vocem *teis*, *tais*, & per mutationem literarum lingualium produces vocem *teit*, *teut*, *teuz*. Hac ratione exortum fuit nomen *Dis*, *Tys*, *Teut*, *Teuz*, *Tuiſt*. Articulus enim ille præpoſitivus *te* olim & Scythis & Celtis fuit familiaris uſuque tritus. Recolemus, ut Lectori faciamus fidem, nominum quorundam Scythicorum ac Celticorum mentionem. Vox *Talabriga* notat *pontem veterem*, & coaluit ex tribus radicibus *te-ale-brigge*. Locus Cherſoneſi Tauricæ *Temerinda* r) deſignat *maris finem*.

Tt 2

n) *Lib. LVI pag.* 589.
o) In *Vita Auguſti Cap.* 97.
p) *Oſſervazioni letterarie Tom. VI pag.* 7.
q) *Hiſtoire des Celtes I, 10, pag.* 93 *ſeq.* & 102.
r) *Plinius VI*, 7.

nem. Nic. Hier. Gundlingius, *Leibnitius*, *Pelloutier*, aliique, hanc originationem approbatione ſua exceperunt. *Tamyrace* s) notat *angulum maris*, coaluitque ex voculis *te-meer-ecke*. Huc ceferri poſſunt prætérea Tuſcorum nomina nonnulla. *Turms*, Mercurius, eſt vox conflata ex *te-berms*, Herme. *Iunonem* Tuſci appellarunt *Thanr*, id eſt, *the-anre*, alteram. *Tanaquil* fuit ocellis minutulis prædita, ac eapropter ſic appellata, quaſi *te-ban-ögel*, *habens ocellos* t). Omittimus in re notiſſima amplius quidquam afferre. Reſtat itaque, ut arbitremur, vocem Θεὸς, unde eſt *Deus*, eſſe idem ac *Tais*, *Tys*, *Dys*, *Teut*, *Tuiſt*, *Teut*, Ζεὺς, ac denotare *illum unum*. Nam Scythæ & Celtæ Numen unum haud adſpectabile coluerunt (*ſ. VII*), & Θεὸς eſt vox Pelasgorum (*ſ. IV*), qui gentis Scytharum pars fuerunt (*ſ. III*). Scythæ vero & Celtæ appellant unum *as*, *es*, *ys* (*ſ. XV*), nominibusque articulum *te* præfigunt. Ergo *Tais*, *Dys*, *Teus*, Θεὸς, Ζεὺς, & *Deus*, haud differunt, ac *Numen unum* deſignant. Cum vero *Teut-ſon*, ſeu *Tais ſan*, denotet *filium Tyſi* (*ſ. IX*), ac Germani, qui vetuſtiſſimo nomine *Teutſchen* vocantur, originem ſui ad *Tuiſconem*, ſeu Taiſum, Tyſumve, retulerint (*ſ. I*); nihil eſt probabilius, quam Teutonos, *Teutſchen*, nomen accepiſſe ex *Teut*, ſeu *Tuis*, dictosque ſic eſſe quaſi *filios po-*

s) *Strabo Lib. VII pag. 308.*
(t) *Oſſervazioni letterarie Tom. VI pag. 19 ſeq.*

poſteroſque Teuti. Iucundum ſane eſt memoratu, Teutonos, ſeu Teutſonos, ex eadem origine appellationem nactos eſſe, ex qua Θεὸς & *Deus* dicti fuerunt.

XVII. *Tyſi* illius *filios* ſeſe crediderunt Teutoni, ſeu Teutſoni. An vero ipſi ſeſe ad *Teutum* retulerint citra alterius interventum herois, an ad heroem *Tuiſt-ſonem*, ſeu *Teuzonem*, ſeſe deduxerint, anceps eſt quæſtio. Nota ſunt illa *Taciti : Celebrant* (Germani) *carminibus antiquis Tuiſtonem, Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoreſque. Manno tres filios aſſignant.* Hinc intelligitur, *Tuiſtonem*, ſeu *Tuit-ſonem*, haud eſſe unum illud Numen, haud adſpectabile, ſed heroem ab illo ex terra productum. Qui ex terra eduntur ac creantur, cerni oculis poſſunt, ſenſibusque queunt attingi. Differre videntur omnino *Dis* & *Tuit-ſon*, *Tuit* & *Tuit-ſon*. *Tuit*, ſeu *Tys*, eſt Deus ille unicus; *Tuit-ſon* vero eſt *Dei filius*, homo a Deo ex terra editus. Sacro in Codice hic homo dicitur *Adamus*. *Teutaten* & *Heſum* tribuit *Lucanus* u) Gallis tanquam gentis numina. Heſus eſt ille *as*, εἷς, *unus*. *Teutates* eſt Teuzon, ſeu *Teut pater*, *Dis pater*, ex *Teut-ate* dictus. *Adde*, *ate*, *te-adde*, eſt *pater* ſecundum ſermonis Celtici normam. Opinionem hanc confirmo ex *Iulii Cæſaris* illo loco x):

Tt 3 *Galli*

u) *I v. 445.*
x) *De B. G. VI, 18.*

Galli ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant. *Dis pater* eſt *Teut-ate*, ſeu *Teutates*, pater dictus reſpectu prognatorum ex ſeſe. Germani illum *Teutaten* vocarunt *Tuit-ſonem*, ſeu *Teuti filium*, ratione unius ultimique Numinis. Et hanc ob cauſam Teutoni, ſeu *Teutſchen*, nomen indepti ſunt a *Teutſono*, ſeu *Taisſane*; *Teutſon* autem a *Dite*, ſeu *Tyſo*, *Teuto*, appellatus fuit. Rectius itaque Germani vocantur *Teutſchen*, quam *Deutſchen*, licet *Dis* quoque in cenſum veniat, quem *Cæſar*, religionem Romanorum in ſubſidium vocans, effinxit.

XVIII. *Dis*, *pater* Gallorum & Teutonorum, haud eſt confundendus cum *Dite* Latinorum famoſo. Quis enim exiſtimabit, Celtas originem ſui retuliſſe ad Numen, mali & iniuſti auctorem? Nihilo minus inficiari haud poſſumus, Perſarum progenitores fuiſſe Scythas, Parthosque eodem referri y). Sarmatas adhæc, Slavorum conditores, Celtis Scythisque olim annumeratos fuiſſe, nemo negat z). *Mannus* itaque, quem Germani celebrarunt, videtur fuiſſe ille *Arimanius*, quem Perſæ horruerunt tanquam crudelitatis tenebrarumque patronum. Ipſe vicinis videtur fuiſſe aſper, moleſtus, & inviſus, eisque clades & calamitates graviſſimas intuliſſe. Ex eo factum eſſe apparet, ut ipſe apud Perſas & Sarmatas abie-rit

y) *Pelloutier Hiſtoire des Celtes I, 15, pag. 187.*
z) *Plinius IV, 12.*

rit in ſymbolum auctoris malorum. Coniecturam hanc iam duxit *G. G. Leibnitius*, nec video, quid in ea deſiderari poſſit. Græci *Iovem* vocarunt etiam benignum Δία. Latini norunt Ditem & beneficum, & malignum. *Cæſar* ſane haud ſignificare voluit, Gallos originem generis ſui ad *Ditem* malignum, ſeu *Plutonem*, deducere. *Dis pater* a Dite atro differt. *Ioannes Dominicus Bertoli* a) Inſcriptiones duas Aquileienſes produxit, *Diti patri* ſacras. Prior ſic habet: *Diti patri. Iulia Baracbus fecit viva ſibi.* Poſterior, in duos lapides diviſa, haud diſcrepat. *Dieſpiter* alias dicitur hic *Dis pater*, nec a Iove differt. *Horatii* notiſſima ſunt iſthæc b): *Dieſpiter, igni coruſco nubila dividens, plerumque per purum tonantes egit equos volucremque currum.* Alibi mentio fit *Dijovis* Unde eſt evidens, *Ditem* dari benignum haud ſecus ac malignum apud Latinos. De *Dite* atro & maligno *Virgilius* hæc cecinit:

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.

Dis pater à Tuſcis olim vocatus fuit *Man-tus*, id eſt, *pater*, ſeu *vir*, *Tys* c). *Dis pater* ille, a quo Galli ſeſe prognatos prædicabant, fuit defunctus, ideoque *Tys*, ſupremus ille, & viſum fugiens, a *Dite* illo patre, ſeu *Teutate*, exſtitit diverſus. Pergit enim *Cæſar: Quem defunctum,*

a) *Antichità d'Aquileia pag. 104 ſeq.*
b) *Lib. I Carm. Od. 34.*
c) *Servius* ad *Aen. X, 198.*

ctum, *tanquam familiae parentem*. utrique po-
puli, *Germani sub nomine Thuisconis*, *Galli*
sub nomine Ditis, honorarunt; [illegible] i-
lucem extiterunt. Si [illegible] nomen *Thuisconi*
recte [illegible] sit, & alterius vocem haud in-
[illegible], Tum *Thuiston* in *Thuiscone* d
[illegible]. *Thuis-con* vero est *Tysi-rex*,
id est, Deus [illegible]. Nam Tartari, Celtaeque
Regem vocarunt *Can*. *Cang*. *Conig*, *Cha*
Han. Ipse vero fuit [illegible], *Tuisto* [illegible]. Er-
go *Adamus* ipse in hoc *Thuiscone* latet.

XIX. In ipsa peninsula Cadix, seu Gadibus olim *Tysi* videtur memoria exstitisse. Ante quam enim Phoenices appellarent Gades *Gadeira*, id est, גדירה, *septum*, *claustrum*, loco illi nomen erat *Cotinusa* d). Cotinusa est secundum vocis compositionem *Cot-tis-busa*, id est, *Scytharum Tysi domus*, nisi *Scytharum domum* malis interpretari vocem *Cotin-busa*. Utraque certe denominatio favet *Tyso*, ad Iberos & Tartessios translato. *Strabo* e) tradit, Celtiberos, & eorum ad septentrionem vicinos, *innominatum Deum quendam noctu*, *in plenilunio ante portas cum totis familiis choreas ducendo*, *totamque noctem agendo festam*, *venerari*. *Dis* vero, seu *Tys*, erat ille Deus, Celtis, ad septentriones degentibus, probatus

d) *Dionysius Perieg*. v. 450.
e) *Lib*. *III pag*. 164.

& communis. Hic Deus, ſeu *Tys*, præterea nomine nullo appellabatur. Simul ac Græci intelligerent appellationem, qua *Dis*, *Tys*, veniebat, ipſis vox θεὸς oblata & pronuntiata eſſe exiſtimabatur. Crediderunt ipſi idcirco, Deo illi nomen deeſſe, illumque eſſe ignotum. Hunc Deum ignotum Athenienſes ara honorabant. *Paulus* vero, eum eſſe notum, ac ſeſe in illo prædicando verſari, docuit Athenienſes. Ipſe enim omnino noverat *illum unum*, *quem ſola videt reverentia*, ac *Adami*, terra editi, conditorem. Potuerat *Paulus* in Aſia, Samothrace, & Macedonia, de *Tyſo* illo notitiam comparare.

XX. *Dis pater*, ſeu *Diespiter*, Latinorum eſt Deus ſupremus & benignus. Conveniunt cum eo Græcorum Ζεὺς, Θεὸς, Δίς. Profluxerunt ex hiſce nominibus Græcis nomina Latina *Dis* & *Deus*. Græcæ voces manarunt ex nomine Pelasgico Celticoque *Tys*, *Teuz*, *Teut*, *Tuiſt*. Quis itaque dubitabit, quin *Deus* dicatu rex θεὸς; hæc vero vox Pelasgica decerpta ſit ex *Tys*, *Tyſsa*? Deus proinde ſecundum originationem, quam copioſe expoſui, denotat illud unum & ſupremum primumque Numen, quod eſt haud adſpectabile, nec parietibus templorum coerceri poteſt; quod religioſe eſt colendum; & quod primum hominem, terra editum, creavit. Notionem complector ita univerſam, quam Scy-

thæ, Celtæ, & Germani, cum voce *Dis*, *Tüi*, *Teut*, coniunxerunt. Recte idcirco *Paulus* ad Athenienſes pronuntiavit *Act. XVII, 23 ſeq.*: „Annuntio vobis incognitum ac innominatum illum Deum, cui inſcientes cultum exhibetis; illum, qui parietibus templorum haud coercetur, nec in eis habitat; illum, qui templis & cultu cerimoniis onuſto haud indiget; illum, qui primum hominem, terra editum, produxit; haud adſpectabilem, ubique præſentem.„ Repetivit *Paulus* accurate notionem illam, quam Celtæ & Germani de *Thyſo* fovebant, animoque informabant ſuo. Quæ cum exquiſitiori cura perpendimus, expoſitio allata ad ſummum evehitur gradum probabilitatis.

XXI. *Cotys*, Thracum Deus, ſeu Dis, Tys, a Græcis in *Mercurium* fuit converſus. Luculenta ſunt *Herodoti* verba f): Σέβονται Ἑρμῆν μάλιστα Θεῶν καὶ ὀμνύουσι μοῦνον τοῦτον καὶ λέγουσι γεγονέναι ἀπὸ Ἑρμέω ἑωϋτούς. *Colunt Hermen maxime Deorum, per quem ſolum iurant, & a quo genitos ſe ferunt.* Thracibus familiarem fuiſſe *Thyſi*, ſeu *Teuti*, venerationem, nomen regale *Cotys* indicio eſt. *Cæſar* & *Tacitus* æque tradiderunt, a Gallis & Germanis maxime *Mercurium* coli. Fons communis erroris facile pateſcit, ſimul ac meminimus, Ægyptios celebraſſe ſuum *Athoten*, *Taau-*

f) *V*, 7.

Taauten g), *Thothúm*, eumque pro Græcorum *Herme*, & Latinorum *Mercurio*, venditaſſe h). Qui *Teutum*, ſeu *Thyſum*, Celtarum memorari audierunt ſcriptores Græci ac Latini, eis ſimul obſervata fuit notio ac memoria *Taautis*, ſeu *Thothi*, Aegyptiorum. Cum vero *Taautes* Aegyptiorum ab *Herme* & *Mercurio* haud differre exiſtimaretur, iidem, *Teutum*, ſeu *Thyſum*, Celtarum eſſe *Hermen*, ſeu *Mercurium*, ſibi perſuaſerunt. At hæc opinio nullam præ ſe fert veriſimilitudinis ſpeciem, ſeu fucum, quamvis eam viri ſummi ſuffragiis ſuis, re propius haud expenſa, munire haud recuſarint. *Taautes* enim, ſeu *Toth*, fuit homo, qui Aegypto præfuit, legesque ac literas tradidit ſuis i), ex *Mene* natus. *Teut* vero, ſeu *Tuis*, *Thuis*, Celtarum eſt *unus ille*, eſt Deus haud adſpectabilis, eſt auctor generis humani. *Teutates*, ſeu *Tuiſcon*, ab eo ex terra procreatus, Aegyptum haud attigit, nec *Menis* fuit filius, ſed *Manni* progenitor & parens exſtitit. *Herodotus* ſolet paſſim Deos gentium exterarum cum Diis Græcorum comparare, & mythologiam confundere. Quid itaque mirum eſt, ipſum in deſcribenda Thracum religione a ſeſe haud deflexiſſe? Ni-

g) *Philo Byblius* apud *Euſebium de Præparat. Evangel. Lib.* 1 *f.* 39, *b.*

h) *Euſebius Lib.* I *f.* 32, *b.*

i) *Cicero de Natura Deorum Lib.* III *pag.* 248.

Nimio ſane intervallo diſtat *Teut* & *Tys*-Scytharum, a *Totho* Aegyptiorum. Qui utrumque compingit in unum, nae ille gryphas habet pro picis, ac fluctibus apros appingit.

XXII. Uſum huius tractationis ne exiſtimemus eſſe nullum, recordari decet nominis, quo Deus & Teutoni, *Teutſchen*, afficiuntur. Quis inquiſitionem horum nominum dixerit, ni fallor, eſſe irritam & infructuoſam? Detexi in ea *Deum* Athenienſis populi *incognitum*, in quo expiſcando ingenia ſumma deſudarunt. *Tuiſcon*, ſeu *Tuiſton*, generis Germanorum eſt conditor. An licet Germanis ignorare ſuum conditorem, & progenitorum ſuorum religionem primam? Attingam uſum alium, quamvis minorem. Reſtat inter nos nomen *Ties* & *Dies* tum in viris, tum in oppidis. Adhæret viris non paucis agnomen *Ties* vetuſtiſſimum. Operæ pretium eſt, noſſe ſignificatum eius agnominis, ex *Tyso* deducendum. *Antonius Thyſius* ſcripſit *Hiſtoriam navalem*, editam Lugduni Batavorum A. 1657, 4. *Teuzo*, Epiſcopus Regii Lepidi in Lombardia, floruit exeunte Seculo decimo k). *Teuzonem*, lege Langobardorum viventem, deprehendi in Diplomate ad A. 1015 l). *Teuzo*

k) *Ughelli Italia ſacra Tom. II, & Append. ad Tom V, Camillus Affaroſius* in libro *Memorie iſtoriche del Monaſterò di S. Proſpero di Reggio Part. I pag. 36 ſeq.* Padua, 1733, 4.

l) *Affaroſi l. c. pag. 373.*

xo quidam *iudex ſacri palatii* commemoratur ad annum 972 m). *Aurelius Dizo* miles undecimæ legionis Claudiæ exſtat in inſcriptione apud *Ioannem Dominicum Bertoli* n). *Teutbaldos*, & *Tedaldos*, ac *Teudaldos*, in præſens omitto. *Duisburgum* & *Diſpargum* iam prætermitto. Quis vero non conſpicit, hæc nomina ex *Teuto* & *Tyso* elementum trahere prius? Suffecerint hæc Lectori benevolo parergi loco.

IV.
B. V. C. F.
DE
QVATERNIONIBVS S. R. IMPERII
DVBIA ET CONIECTVRAE.

SECTIO I.

I. Cum ii viri, quorum ingenio datum eſt, non ſolum nova erudito orbi exhibere themata, ſed etiam res ab aliis iam dictas novis & aptis firmare argumentis, vel qui rei præſertim dubiæ & obſcuræ coniecturis lucem accendere conantur, magnam præ aliis, quibus multoties dicta repromere moris eſt, referant laudem; egregie ſane, ut ſolet, fecit Celeberr. Ha-

m) *Affaroſi l. c. pag. 367, 693.*
n) *Le Antichità d'Aquileia pag. 147.*

H[illegible]. [illegible] Q[illegible] C[illegible] in-
[illegible]. [illegible] gerunt P[illegible]. [illegible] Vir praeclarus [illegible], quae in *Tom. VIII pag.* [illegible] *N[illegible] Miſcel-[illegible] Lipſ[illegible]* [illegible] V. C., de o-[illegible] meritus. Sed, cum [illegible] praeiudicia ſpernentis, veri ſit proprium, etiam iis praebere aurem, quae [illegible] produci poſſunt, quo hac etiam via veritas magis in lucem poſita tandem [illegible]. [illegible] confiteatur V. C. ſe conieciſſe tantum, non demonſtraſſe, ab ipſius humanitate ſperandum, non adeo ingrata fore, quae, perluſtrata hac Commentatiuncula, oborta ſunt, dubia.

II. Quemadmodum in re dubia contrarii ſemper diverſos naneiſcuntur patronos; ita Quaternionum diviſio quibusdam fundata viſa eſt, aliis ad fabulas meras eandem relegare placuit. Fortaſſis & hic media via optima. Non enim inficiandum, in ea, quam plerique a) exhibent, Quaternionum tabula plures reperiri achroniſmos, eiusque fidem admodum ſubleſtam eſſe. Sed & hi, qui celebratam illam diviſionem cum magno *Conringio*,

a) Vid. *Goldaſt. Reichshandlungen Tom. uno p.* 17, *Petri de Andlo de Imperio Romano Lib.* I *Cap.* 16 in *Repraeſentatione Reipubl. Germ. p. m.* 60 *ſeq.*

gio; b) quem plerique hac in re ſequuntur, ut hominis otioſi inventum impugnant, quem hominem ſibi fingunt, adeo impudenter, adeoque incongrue, fingentem? Poſſunt illi Quaternionum ſeriei per incuriam ſcriptorum quædam falſa admixta eſſe, ſed, omnem rem ideo commentum merumque figmentum eſſe, vero haud ſimile c).

III. Varie olim de Quaternionum origine & valore eſt diſputatum. Mitius vevo hodie plerique de iis ſentiunt viri eruditi, abundeque conſtat, titulum illum neutiquam vanum eſſe atque fictum, poſtquam ipſos Saxoniæ Electores, qua Magdeburgi Burggravios, e Sacri Romani Imperii Quatuorviris eſſe, eiusque honoris ſigillatim mentionem fieri in literis inveſtituræ, quas a Cæſare deſuper accipere ſolent, in luce eſt poſitum d). Ex hoc itaque, & ex Confirmationibus, Schwarzburgicis Comi-

b) Tractat. *de Civibus Imper.* §. 40.

c) Huc inclinat laudatiſſimus, multisque in Rempubl. Saxonicam meritis inclitus, Editor *des Deutſchen Reichsſtaats*, a *Krebſio* primum compoſiti, qui ſub literis *C. S. H. v. A.* latere voluit, *pag.* 38 *ſeq.*

d) Vid. *Deutſcher Reichsſtaat p. m.* 39. Iam vero olim ipſi Saxoniæ Electores ad hunc Quatuorviratum provocarunt, quemadmodum ex *Hortlederi de Cauſis Belli Germanici Lib. IV Cap.* 9 *n.* 108 *p. m.* 1126, & pacto, inter Auguſtum Saxoniæ Electorem & Magdeburgenſem Archiepiſcopum A. 1579 inito, patet.

Comitibus hac de re olim ab Imperatoribus conceſſis, et merum commentum eum titulum eſſe, fere evaneſcit. Etenim nefas quodammodo puto, de re dubitare, quæ tantorum nititur auctoritate. Et, quamvis non negandum ſit, curiæ ſtilum non adeo firmum præbere argumentum, ut ſemper probet, quæ exinde inferantur, quippe & curiæ poſſint eſſe ſui errores, f) præſumendum tamen potius, nihil temere aſſeri, nullumque adeo titulum tribui absque fundamento ab auguſto illo omnium in Imperio noſtro honorum fonte g).

IV. De hoc itaque nullum dubium; ſed ratio appellationis vera fortaſſis adhuc indaganda. Nec ipſum me huic enodandæ parem eſſe, confiteor. Contra illam ſaltem, quam Celeb. *Harenbergius* in medium produxit, ſatis ingenioſam coniecturam quædam producam dubia, quo pateat, eam a me ea, qua digna eſt, attentione eſſe inſpectam.

V. Cum itaque coniiciat Vir Celeberr. Co-

e) Has exhibet *Heydenreich* in *Hiſtor. Schwarzburg. p. m. 276 ſeq.*

f) *Kulpiſius* ad *Monzambanum P. I p. m. 198*: Curiam in rebus huius generis decipi, & ipſis Receſſibus ac Diplomatibus Imperii falſa inſeri, poſſe, quis neget?

g) Fecit nobis otia, multaque produxit egregia, Dn. *Frider. a Beulwiz* in Diſſert. *de Antiquiſſimo Quatuor Comitum Imperii titulo.* Rudolſtadii, 1751.

Comites Schwarzburgicos ideo fuiſſe appellatos ex Comitibus Quatuor, quia *Guntherus*, ex ipſorum gente Imperator electus, quartus fuerit Comes, ad id faſtigium evectus; neceſſe ei omnino viſum eſt, ex Imperatorum ſerie tollere *Adolphum Naſſovicum*, qui, pro legitime electo ab omnibus agnitus, per integros ſex annos Imperatoris iura exercuit, ſecundum plurium ſententiam ex iniuſtis, vel minus ſolidis, cauſis ſumma dignitate privatus h). Nec adhuc, quantum ego quidem ſciam, inventus eſt, qui hunc Imperatorum numero eximeret. Dubito itaque, an, ſtante hiſtorica fide, ipſi Imperatoria dignitas adimi poſſit.

VI. Naſſovicæ ergo genti haud inglorium, in avis numerare Imperatorem, ipſique procul dubio ex Comitibus Quatuor ſe appellaſſent, ſi moris fuiſſet, gerere hunc titulum ob Imperatorem aliquando ex familia electum. Titulus: Gens Comitum Quatuor Imperii, quaſi dicas, una ſtirps ex illis Comitibus, qui imperiale diadema obtinuerunt, ipſi Viro Celeberr. videtur obſcurius ex preſſus; in eo vero videtur cauſæ ſuæ diffidere, quod, factum hoc eſſe, aſſerat, ne iniuria fiat Naſſoviorum genti. Huic enim ſi demus locum coniecturæ, eodem iure ad ho-

no-

h) Felicem nactus eſt advocatum *Nic. Hieron. Gundlingium de Adolpho Naſſovico iniuſte depoſito*, in *Obſervat. Halenſ. ſelectis num.* 4.

norem adſpiraret, ſibique gloriæ duceret, avum *Adolphum* in titulo exprimi.

VII. Nec vero probabile eſt, Schwarzburgicos Comites absque ullo aliorum exemplo hanc appellationem ſumſiſſe. Hollandiæ & Luzelburgi Comites eodem iure ad hunc titulum adſpirare potuiſſent, cum ex illorum gente *Wilhelmus*, ex horum vero *Henricus VII*, ad Imperiale faſtigium fuerit promotus. Sed de hoc in omni hiſtoria nullum occurrit veſtigium.

VIII. Quamvis igitur omnis doctrina de Quaternionibus, ſive originem, ſive uſum, ſpectemus, multis involuta ſit tenebris; titulum tamen Principibus Schwarzburgicis ſola confirmatio Cæſarea indubium reddit. Equidem ibi non ſit mentio ſolius tituli, ſed etiam ſtatus, eoque innuitur, ius ſuffragii in comitiis ferendi, & ius ſtatus Imperii, Quatuorviratui olim annexum fuiſſe. Quis vero credat, hanc eminentem prærogativam ex illo ſolum provenire, quod aliquando *Guntherus* ex Schwarzburgica ſtirpe Imperator electus ſit? Et qui denique honor, gerere titulum inſolitum & vanum, quem nemo alius gerit? Talis enim ex hoc ſuppoſito fiat, neceſſe eſt, cum illi omnis adimatur uſus. Nudos titulorum ſonos maiores noſtri tanti non fecerunt, quanti hodie æſtimantur; inde vix hæc videri poterunt probabilia. Nec ſilentio prætereundum, cauſam

ſam tituli procul dubio confirmationi Cæſareæ fuiſſe inſertam, ſi ex illa celebrata *Guntheri* electione fuerit petita. Aucta enim eſſet hoc ipſo gloria gentis Schwarzburgicæ.

IX. Namque, cum Cæſarea confirmatio nihil novi tribuerit, ac ad anteriora ſervanda tantum ſit adhibita, ex eo ſaltem conſequitur, ab initio haud privato auſu hunc honorem eſſe adeptos Schwarzburgicos Comites. Præciſe enim ad anteriora ſeſe refert confirmatio, & quis putet, licuiſſe, absque Imperatoris & Imperii auctoritate, tam magni momenti prærogativam ſibi vindicare?

X. Inſignia ſunt exempla, & hiſtorica fide tanquam firmiſſimo nituntur fundamento, quæ de aliis Quaternionibus proſtant. Hæc enim tam, Quatuorviros generatim exſtitiſſe, probant, quam etiam *Harenbergii* de eius tituli origine coniecturæ obeſſe videntur. De Magdeburgico enim Burggraviatu (ut ad res certas profugiam) nullum ſubeſt dubium, quin unius ex Quatuor Burggraviis Imperii titulo adhuc hodie honoretur. Nam, cum non multis abhinc annis Potentiſſimus Poloniarum Rex & Saxoniæ Elector ad quatuor in Principum Collegio vota, per longum tempus derelicta, readmitti poſtularet, ac in his etiam Magdeburgico Burggraviatui ius ſuffragii reſtaurare vellet, ſæpius hoc argumento uſus eſt, i) fuiſſe quon-

Vv 2 dam

i) Vid. *Pfeffinger. ad Vitriar. Tom. II p. m. 695.*

dam ex quatuor Burggraviatibus Imperii, ideoque Principalis dignitatis k). Evenit idem, cum Seculo præterito Epiſcopus Monaſterienſis Strombergenſis Burggraviatus nomine peteret votum. Tum in literis, ad Cæſarem & Imperii Status datis, argumento hoc quoque uſus eſt, habuiſſe quondam locum Burggraviatum Strombergenſem inter Imperii Quatuorviros l). Videmus itaque, hoc axiomate magnos Principes prætenſiones ſuas fulcire. Sed qualem hiſce demus originem Quaternionibus? Eam enim, quam *Harenbergius* Schwarzburgicis Quatuorviris aſſerere niſus eſt, huc neutiquam quadrare, quilibet animadvertit. Et quis neſcit, *Maximilianum I* Weiſſenbachianam familiam in locum Meldingenſis inter Quatuor Imperii equites ſurrogaſſe? Unde igitur Imperii equites provenire dicamus?

XI. Etenim inveſtigandus erat ortus Quaternionum, qui non ſoli Schwarzburgicæ genti, verum etiam aliis Quatuorvirorum gentibus, conveniat. Decantatam enim illam diviſionem absque cauſæ cognitione pro fabula de-

k) Quæ huc pertinent, ſcripta invenies apud *Fabrum Europ. Staats-Canzley Tom. XIII pag. 444 ſeq.* & *Tom. XVI pag. 785 ſeq.* Vid. quoque *Lünig Grundveſte.*

l) Vid. literas ipſas apud *Londorpium Tom. VI pag. 886*, & *Tom. VII pag. 7*, *B. G. Struvii* Diſſert. *de Voto Burggraviatus Strombergenſis.* Jenæ, 1712.

declarare, quemadmodum multi fecerunt, partim ſtudio in adverſam partem abrepti, partim quod, rei uſum non ſtatim penetrari poſſe, putant, mihi videtur valde iniquum m), ideoque vix animum inducere poſſum, ut illis ſubſcribam.

SECTIO II.

XII. Proponam nunc iam, quæ hanc rem meditanti in mentem venerunt de Quatuorviratus in Imperio noſtro origine. Cum in re dubia liceat formare conie&turas; eandem mihi peto veniam, quam alii ſibi ſumſerunt ad cogitationes ſuas edendas.

Sit conie&tura, non diffiteor, in eo ſaltem acquieſcam, ſi non prorſus a vero abludere videbitur hiſtoriæ patriæ gnaris. Obſoleta eſt res, nec gratiam merebor, nec invidiam illorum incurram, qui de iuribus & prærogativis huius, vel illius, Principis mentem aperiunt.

XIII. Scilicet, quæ ex more veterum Germanorum, etiam poſteris ſervato, olim celebrari ſolebant Comitia, magis ad populare regimen ſpe&aſſe conſtat, n) cum hodie ſoli conve-

m) Protulit iam hanc in rem argumenta minime ſpernenda *Huldric. ab Eyben de Titulo Nobilis* §. 32.

n) *De minoribus Principes conſultant, de maioribus omnes.* Tacitus de Moribus Germanorum. *Lex conſenſu populi fit & conſtitutione Regis.* Capi-

potuit placuiſſe numerus quaternus, quo in- commoda, cum ex paucitate, tum ex multitudine, provenientia, evitarentur.

XVII. Optimum enim inſtitutum, & omnibus rebus publicis, ubi multi conſultant, aptiſſimum, ex turba ſeligere, qui reliquos repræſentent, & deliberationes inſtituant. Videmus, in Britannia, regno cum populi libertate, tum Regis prudenti arbitrio, ad ſummam felicitatem tendente, domum, quam vocant, inferiorem, populi vicem obtinere. Videmus, Poloniæ ampliſſimam nobilitatem per nuntios, quos terreſtres vocare mos eſt, comparere, illisque negotia committere. Utrobique libero ſuffragio eliguntur hi mandatarii, ut multorum loco pauci conſultent, quamvis in illo ad vitæ usque tempus, in hoc vero ad actum tantum Comitiorum.

XVIII. Ad eundem igitur finem fortaſſe in Germania noſtra, ſaltem in aliqua temporis periodo, olim placuere Quaterniones. Niſi enim ad antiquitatis nugas eos plane referre quis velit, quod tamen duriſſimum foret, nullius fere alius eius diviſionis uſus excogitari poterit, quam in Comitiis eo, quo adduximus, modo de negotiis publicis deliberandi.

XIX. Nemo quidem, totum Imperium ex his Quatuorviris compoſitum fuiſſe, dixit unquam; atque etiam a vero alienum videtur, hos Quaterniones eum in finem inſtitutos eſſe,

 ut

ut ceteris ordinibus præeſſent; nec de utroque occurrit veſtigium. Quid igitur reliquum eſt, niſi ut putemus, hunc illis adſcribendum eſſe uſum, quod repræſentaverint ordines in Germania univerſos? Idque in Comitiis Germaniæ provincialibus forte *Ausſchuß*, ſive delectum, diceres.

XX. Favet quoque coniecturæ titulus tabulæ, quam *Goldaſtus* edidit, ubi vocatur corpus, vel ſceleton, Imperii, Germanice *Lichnam* y). Id enim commode pro corpore repræſentante ſumi poteſt, figura a ſceleto accepta, quod tantum oſſa, principales corporis partes, exhibet z).

XXI. Diviſio in quatuor partes Germaniæ in antiquiſſimis temporibus fuit ſolennis. Etenim terra Rhenenſis, Suevia Bavaria, Franconiaque, olim, cum ludi equeſtres adhuc vigerent, ſub nomine *der vier Lande* celebrabantur, cuique terræ proprius ludi rex præfuit a). Et ſerius, cum, ad mutuam defenſionem præſtandam confœderationes inire, in uſum veniret, ſæpius fœderati in quatuor partes ſeſe diviſerunt b). Retenta eſt diviſio in pace publica,

y) *Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. un. p. m. 17.*

z) Confer. *Wachter. Gloſſar.* voc. *Lichnam*, corpus vivum.

a) Vid. *Struv. Corp. Iur. Publ. Cap. V. §. 2*, ibique alleg. *Dattius de Pace publ. Lib. I Cap. 7 p. m. 66.*

b) Vid. exemplum apud *Lehmann.* in *Chron. Spir. Lib.*

blica, quam Principes per modum fœderis ſub Imperatore *Wenceslao* anno 1383 Norinbergæ concluſerunt, ubi adhuc mentio quatuor claſſium c). Sed ultima forſan vice adhibitus eſt numerus quaternarius ab Imperatore *Alberto II*, cum Germaniam omnem, excepta Auſtria & Bohemia, in quatuor circulos divideret d).

XXII. Videntur profecto magni nominis Viro, *B. G. Struvio*, in *Corp. Iur. Publ. Cap. V* §. 29 a quatuor Ducibus, in Germania antiquitus inſignibus, ortum ducere reliqui Quatuorviri. Adeoque putat, hoc præiudicio Ducum infectos quosdam Comites & Nobiles honori ſibi duxiſſe, inter Imperii Quatuorviros numerari, proprioque auſu ſibi hunc titulum arrogaſſe. Sed, quamvis quatuor Germaniæ Duces in antiquiſſimis temporibus recognoſcamus, eo tamen ævo, cum prima Quaternionum veſtigia apparent, numerus eorum iam inſigniter fuit auctus. Nec præſumendum, titulum Quatuorviri tam exigua & vana ex ratione fuiſſe in uſum deductum, cum potius conſtet, maiores noſtros nunquam inanibus titu-

Lib. VII Cap. 68, ubi Principibus non minus, quam urbibus, quæ contra Principes ſteterunt, diviſio in quatuor partes placuit.

c) Exſtat apud *Wencker*. in *Apparat. Archivor. p. m.* 245.

d) Confer. *Müller Reichstags - Theatrum Friderici V P. II Cap.* 7 §. 9 *p. m.* 92 *ſeq.*

titulis ſtuduiſſe, ut adeo vix crediderim, ex ſola Principum aemulatione hunc titulum ſuſceptum eſſe.

XXIII. Legem vero publicam hac de re ideo non puto reperiri poſſe, quia forte nunquam extitit: olim nempe pauca ſcriptis, plura ore tenus, tractabantur. Sed & ſufficere potuit, una alterave vice hoc negotium Quatuorviris eſſe commiſſum, ut reliquorum vice conſultarent, ad accipiendam poſſeſſionem id munus perpetuo gerendi; utque reliqui dicerent: hic, vel ille, eſt ex Burggraviis, Comitibusve Imperii. Ita enim hodienum appellantur, non vero Quatuorviri. Et hoc modo titulus honoris induci poterat.

XXIV. Sed & fortaſſe quidam, mutato ſtatu, hoc votum in Comitiis non amplius nomine ceterorum, ſed proprio, gerere ſunt auſi, ut adeo poſtea repraeſentatio illa ceſſaret. Facit huc, quod adhuc hodie, quemadmodum iam §. X adductum, nonnulli Status potentes, votum in Comitiis petentes, Quatuorviratum illum in auxilium vocare non dubitarint. Quid? quod etiam in confirmationibus, quas Schwarzburgici Comites deſuper ab Imperatoribus acceperunt, ſemper fiat mentio Status e) in

e) *Daß gedachte Graffen zu Schwarzburg, ihre Erben und Nachkommen*, *zu ewigen Zeiten* auf allen Reichstägen *und Verſammlungen des Heil. Röm. Reichs ihren Stand der Vier Graffen des Reichs*

in Comitiis ipſis tribuendi. Atque *Rudolphus II* Imperator, in Comitiis Ratisbonenſibus A. 1576 Schwarzburgicæ genti hæc & alia confirmans privilegia, aſſerit, Schwarzburgicorum maioribus, qua Imperii Quatuor Comitibus, olim peculiare præ aliis Comitibus votum in Comitiis Imperii competiiſſe f). Hæc teſtimonia Cæſarum, quamvis de rebus antiquis lata, cum non ſint ſpernenda, etiam ſuadere poſſunt, Statum hunc, qui olim obtinuit, ex repræſentatione Ordinum, & ex comitiali negotio, derivari. Ex rivulo quippe fontem ſæpius non ſine fructu indagari cernimus.

XXV. Fuerunt iam, qui Quaternionum uſum in eo quæſiverunt, ut ad res publicas ſtatuendas ſint adhibiti; verum iis regerit Dn. *Dithmarus* g), nullibi legi, eos coiiſſe, & de rebus publicis conſultaſſe. Hoc neutiquam nego, ſed, ſi illi Viri eruditi deſiderio ſatisfieret, conclamata res foret, nec de ea amplius dubitare, aut hariolari, neceſſe haberemus. Magis fortaſſe arriſiſſet coniectura, ſi antiquum Comitiorum ſtatum inſpexiſſent Viri ſumma eruditionis laude alias conſpicui.

XXVI. Sed me ipſum, qui hæc propino, ſi quis interrogaret, num ſim convictus de his, confiterer, hoc neutiquam eſſe. Deficit

in

Reichs haben ſollen. Vid. Dipl. Confirm. *Maximiliani I* apud *Heydenreich. Hiſtor. Schwarzburg. p. m.* 274.

f) *Heydenreich. loc. cit. pag.* 278.

g) Diſſert. *de Quaternionib.* §. *VIII.*

in his regionibus probatio ſole clarior, adeoque licitum putavi, formare coniecturas. Nec mihi; ſi quando magis ad veritatem propinquantem originem ſors obtulerit, religioni ducam, illam derelinquere, ut hanc amplectar. Haud aliter intueor illius ævi hiſtoriam, quam obſcurum locum, ubi multi, qui intrant, concidunt, quisque vero alia obiecta præ oculis habet, prout viſus vel acutus, vel hebes. Et parum abeſt, quin, de hoc campo prædicari poſſe, putem, quæ *Horatius Flaccus* h) alia mente cecinit:

. . . Velut ſylvis ubi paſſim
Palantes error certo de tramite pellit.
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit, unus utrique
Error, ſed variis illudit partibus.

Sunt tamen adhuc viri, de indagandis rerum antiquitatibus ſolliciti. Fortaſſe horum cuiquam datum, Quaternionum enodare veram originem & uſum; fortaſſe, quæ ſepulta iacent, a Collectoribus laudatiſſimis, aut ab iis, quibus ad ſacra Archivorum ſcrinia patet aditus, detegentur documenta, aut iam forte exſtantia a Viris doctiſſimis, qui veteris ævi monumenta quotidie manibus volvunt, adhuc invenientur veſtigia & monumenta, ex quibus hac de re certiores fiemus.

XXVII.

h) *Lib. II Sat. III. v. 48.*

XXVII. Ut vero brevibus repetam, quæ mihi de Quaternionibus videntur, iis, qui ad mera figmenta hanc diviſionem relegant, ſuffragari minime auſim; idque cum ex rationibus iam productis, tum quia magni Principes & Status imperii hoc argumento ad fulciendas prætenſiones huc usque utuntur. Reliqua incerta eſſe, facile largior, nec *Goldaſtiana* tabula calculum meretur. Ex conie&turis vero ea, quam propoſui, niſi præferenda, aliquam tamen, ſpero, mereri videbitur attentionem æquis & gnaris rerum æſtimatoribus. Atque hanc quidem edidi, non ut demonſtrem, ſed ſaltem, ut quoquo modo pateat, in re dubia varias, aut plus, aut minus, probabiles, formari poſſe coniecturas.

V.

ANTHOLOGIA GRAECA, NVNC PRIMVM E CODICE MSTO EDITA, STVDIO IO. IACOBI REISKE.

MISSVS QVARTVS, ISQVE VLTIMVS.

Carmen 374, Παύλου Σιλεντιαρίου a).

Ὦ παλάμη πάντολμε, σὺ τὸν παγχρύσεον ἔτλης

Ἄπριξ

a) Carmen hoc absque ulla varietate lectionis edidit *Rubnkenius Ep. critic.* I *pag.* 42.

Ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὐερύσαι;
Ἔτλης; οὐκ ἐμάλαξε τεὸν θράσος αἴλινος αὐδή.
Σκύλμα κόμης; αὐχὴν μαλθακὰ κεκλιμένος;
Νῦν θαμινοῖς πατάγοισι μάτην τὸ μέτωπον ἀράσσεις.
Οὐκ ἔτι γὰρ μαζοῖς σὸν θέναρ ἐμπελάσει.
Μή, λίτομαι, δέσποινα, τόσην μὴ λάμβανε ποινήν,
Μᾶλλον ἐγὼ τλαίην φάσγανον ἀσπασίως.

O dextra, omnia audens, tune poteras aureo cincinno
Tenaciter correpto vultum eius b) *retro trahere?*
Poteras? Non flectebat temeritatem tuam flebilis vox c),
Non triſtis adſpectus comæ, a te laniatæ, non cervix molliter reclinata?
Nunc continuis pugni ictibus frontem fruſtra tundis reſonantem.
Non enim amplius vola tua ad mammellas eius accedet.

Ne,

b) Puellæ nempe. Ἀυερύειν eſt retrorſum acta cervice vultum alterius verſus cœlum dirigere.

c) Puellæ e comis a te tractatæ.

Ne, quæſo, domina, tantas ne ſumito pœnas,
Citius ego enſem corpore, quam hanc mulctam, recepero.

Carmen 375, Εἰρηναίȣ ῥεφερενδαρίȣ.

Ὦ σοβαρὴ Ῥοδόπη, Παφίης εἴξασα βελέμνοις,
Καὶ τὸν ὑπερφίαλον κόμπον ἀπωσαμένη,
Ἀγκὰς ἐλȣ̃σα μ' ἔχεις παρὰ σὸν λέχος, ἐν δ' ἄρα δεσμοῖς
Κεῖμαι, ἐλευθερίης ȣ̓κ ἐπιδευόμενος.
Οὕτω γὰρ ψυχή τε καὶ ἔκχυτα σώματα φωτῶν
Συμφέρεται φιλίης ῥεύματι μιγνύμενα a).

Arrogans olim Rhodope, Veneris tandem ſagitis ut ceſſiſti,
Amoto faſtu intolerabili,
Amplexa me ulnis in tuo tenes lecto, impliciťusque vinculis
Iaceo, libertatis non indigus.
Sic enim anima & reſoluta corpora hominum
Concurrunt amicitiæ undis commiſta.

Carmen 376, Παύλȣ σιλεντιαρίȣ.

Ἡδὺ μὲν ἐστι φίλημα τὸ Λαΐδος, a) ἡδὺ καὶ αὐτῶν
Ἠπιοδινήτων δάκρυ χέεις βλεφάρων.

Καὶ

a) Codex Lipſ. μιγνύμενοι. Mallem quoque ἔκλυτα, quod proprie de corpore dicitur, cum alterum animo magis conveniat.

Καὶ πολὺ κιχλίζουσα b) σοβεῖς εὐβόστρυχον αἴγλην,
Ἡμετέρα c) κεφαλὴν δηρὸν ἐρεισαμένη.
Μυρομένην δ' ἐφίλησα. Τὰ δ' ὡς δροσερῆς ἀπὸ πηγῆς
Δάκρυα μιγνυμένων πῖπτε κατὰ στομάτων.
Εἶπε δ' ἀνειρομένῳ. Τίνος εἵνεκα δάκρυα λείβεις;
Δείδια μή με λίπῃς. Ἐστὲ γὰρ ὁρκαπάται.

Dulce tuum eſt, o Lais, oſculum, dulces quoque lacrymas
Molliter motis effundis palpebris.
Multumque ſingultiens conturbas decorum cincinnis, radiantem, vultum,
Diu tenens effultum meo capite tuum.
Inter hæc plorantem oſculabar, lacrymæ vero, ut a fonte roſcido,
Commixta deſtillabant in ora.
Interrogantique mihi, quare tandem ploret, reſpondebat:
Vereor, ne me deſeras. Periuria enim amatis, vos mares.

Car-

a) Ita habet editio *Heinſii* in *Carminibus* eius *Græcis pag. 341.* In Codice Lipſ. eſt Χαίδος.
b) Sic Cod. Lipſ. & *Heinſii* Carmina. Sed ſenſus flagitât λυγκίζουσα, quod in Latinis expreſſi.
c) Recepi hoc e margine Codicis Lipſ. in cuius texto erat ἡμετέρῳ. Videtur *Salmaſii* emendatio eſſe, quam *Heinſius* quoque in ſua editione exhibuit.

Carmen 377, τοῦ αὐτοῦ.

Ῥίψωμεν, χαρίεσσα, τὰ φάρεα, γυμνὰ δὲ γυμνοῖς
Ἐμπελάσῃ a) γυίοις γυῖα περιπλοκάδην.
Μηδὲν ἔοι τὸ μεταξύ. Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο
Τεῖχος ἐμοὶ δοκέει b) λεπτὸν ὕφασμα σέθεν.
Στήθεα δ' ἐζεύχθω, τά τε χείλεα. Τἆλλα δὲ σιγῇ
Κρυπτέτω. Ἐχθαίρω τὴν ἀθυρόστομίην.

Abiiciamus, o amabile corculum, veſtes; artus nudi
Nudos artus amplectantur & contingant.
Nihil intercedat. Semiramidis enim murum c)
Reputo mihi eſſe utcunque tenue induſium tuum.

a) Cod. Lipſ. & ſchedæ *La Croz.* ἐμπελάσει, quod reformavi, præcedenti ῥίψωμεν conformans. Maluit Cl. *Ruhnkenius* ἐμπελάσαι dare in *Epiſtola Critica prima pag.* 44. ubi Carmen hoc totum exhibuit. Sequens ἔοι illi favet. Quodcunque Lector eligat, nihil omnino intereſt.

b) Sic *Rhunk.* & ſchedæ *La Croz.* Sed Cod. Lipſ. δοκέω, quod ſe quodammodo tueri poterat.

c) Proba eſt Cl. *Ruhnkenii* cenſura, qua ſesquipedalem in re minima iactantiam hanc damnat. Iſti ſeculo, quod *Paulum* tulit, mira & portentoſa omnia arridebant; diſplicebant contra, quæ ſimpli-

ci

Coeant pectora & labia. Reliqua ſilentium celet.

Odi os non oppeſſulatum.

Carmen 378, Εἰρηναίου ῥεφερενδαρίου.

Τίπτε πέδον, Χρύσιλλα, κάτω νεύουσα δοκεύεις,

Καὶ ζώνην παλάμαις οἷάπερ ἀκρολυτεῖς;

Αἰδὼς νόσφι πέλοι a) τῆς Κύπριδος. Εἰ δ' ἄρα σιγᾷς,

Νεύματι τὴν Παφίην δεῖξον ὑπερχομένη.

Quare ſolum, o Chryſilla, deiecto vultu contemplaris?

Et

ei naturalique pulchritudine niteretit. Puerilem in modum iactabant in ſuis ſcriptis illius, & ſequentium, ætatum homines lectionem ſuam *Homeri*, *Herodoti*, aliorumque veterum, omniumque, quos novi, nemo magis φορτικῶς & inficete ſcribit, quam *Anna Comnena* in *Alexiade*, quo effecit, ut hiſtoria ſua, præclaris aliis haud carens dotibus, absque tædio legi nequeat.

a) Ἀκρολυτεῖς eſt nodum zonæ ita vexare, ut nihil proficiatur in ſolvendo, neque appareat, ſolvere velis, nec ne; quod faciunt aut verecundæ, quæ nolunt quidem gratificari, refutare tamen amantes non audent, aut illæ, quæ cupiunt vim ſibi fieri, quo non ultro pudorem violaſſe, ſed violentiam paſſæ, videantur, & veniam eo mereantur.

b) Sic conceptum eſt in margine Codicis Lipſ. qui πέλει dat.

Et zonam digitis velut ſolvere ceſſitans vellicas?

Procul abſit a venere pudor. Etiamſi verbis aſſenſum prodere verecunderis;

Saltim nutu ſignifica, te iugum Veneris ſubire.

Carmen 379, Παύλȣ σιλεντιαρίȣ.

Εἶδον ἐγὼ ποθέοντας. Ὑπ᾽ ἀτλήτοιο δὲ λύσσης

Δηρὸν ἐπ᾽ ἀλλήλοις a) χείλεα πηξάμενοι,

Ου κόρον εἶχον ἔρωτος ἀφειδέος, ἱέμενοι δὲ,

Ει θέμις, ἀλλήλων δύμεναι ἐς κραδίην,

Αμφασίης b) ὅσον ὅσσον ὑπεπρήϋναν ἀνάγκην,

Ἀλλήλων μαλακοῖς φάρεσιν ἑσσάμενοι.

Καί ῥ᾽ ὁ μὲν ἦν Ἀχιλῆι πανείκελος, οἷος ἐκεῖνος

Τῶν Λυκομηδείων ἔνδον ἔην θαλάμων.

Κούρη δ᾽ ἀργυφέης c) ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα

Ζωσαμένη Φοίβης εἶδος ἀπεπλάσατο.

a) *Heinſius* dedit ἐν *pag. 147 Carminum Græcorum*, ubi hoc totum exhibuit. Perinde eſt, utrum eligas. Noſtrum idem valet, atque ἀλλήλοις ἐπιπηξάμενοι.

b) Sic edidi poſt *Heinſium* pro ἀμφαδίης, quod in Cod. Lipſ. eſt. Ἀνάγκης *Heinſianis* typothetis tribuo.

c) Ita ſchedæ *La Crozianæ*, quæ de hoc Carmine tantum hoc & ſequens diſtichon exhibent, & *Spanhemius* ad *Callimach. pag. 133*, ubi diſtichon hoc

Καὶ πάλιν ἠρήρειστο τὰ χείλεα. [illegible] δ' γὰρ
Εἶχεν ἀλλοῖόν τι λιμὸν ἐρωμανίης.
Ῥεῖά τις ἡμερίδος στελέχη δύο [illegible] λύσει,
Στρε[illegible], κολυγρ[illegible] πλέγματι [illegible]
Ἢ κισσὸς φιλίη [illegible]
Ὑγρὰ περιπλεγδὴν ἄψεα δεσμεύσας.
Τέτυκται, [illegible], φίλε, [illegible] λέχε, e)
Τρ[illegible]. Ἀλλ' ἡμεῖς [illegible]

Vix ego [illegible], qui prae [illegible] fuerit:
Dum enim utrique [illegible]
Amoris, [illegible] ignorantis, [illegible] capiebant.
Capientes [illegible] pater [illegible]
Emollita [illegible] perplex[illegible] [illegible].

Sic

hoc edidit. Codex [illegible] Henricus [illegible] [illegible]. Cr[illegible] 387.

d) Codex [illegible] Cr[illegible]. Quod edidit [illegible] margo [illegible] Lips. & Henricus.

e) [illegible] [illegible] Latinis [illegible]. Placeret [illegible] hoc Carmen, [illegible] eslet. Sed [illegible] & [illegible] & [illegible] verbositas [illegible] proximo.

Suis ſeſe veſtibus in vicem permutatis
induebant.
Et amator quidem erat Achilli prorſus ſi-
milis, qualis nempe ille
Apud Lycomedem in thalamis inter puel-
las agebat.
Puella vero tunicam virilem, usque ad ar-
genteum genu pertinentem,
Succincta Dianæ ſpeciem exbibebat.
Quo facto rurſus fulciebant labia labiis,
membrivoro
Inſani amoris non remittente fame de-
paſti.
Facilius quis viteos duo ſtipites implicitos,
gyratim
Contortos, multenni ſilva coalitos, di-
rimat,
Quam illos amantes, qui palmis in adver-
ſa tentis invicem
Lubricos artus amplexim colligaverant.
O ter beatum, amica mea, quisquis talibus
vinculis circumfuſus ſit!
O ter beatum iterum. Nos vero ambo ſe-
orſim quisque urimur.

Carmen 380, τȣ̃ αὐτȣ̃.

Πρόκριτός ἐςι, Φίλιννα, τέη χροιὴ, ἢ ὅπὸς
ἥβης
Πάσης, ἱμείρω δ' ἀμφὶς ἔχειν παλάμαις

Μᾶλλον ἐγὼ σέο μάλα [illegible]
ῥύμβοις,
Ἢ μαζὸν a) νεαρῆς ὄρθιον [illegible]
Σὸν γὰρ ἔτι b) φθινόπωρον ὑπέρτερον [illegible]
[illegible],
Χεῖμα τὸ σὸν ἀλλοτρίου θερμότερον [illegible]

Praeſtant rugae tuae, Philinna, ſucco [illegible]
[illegible],
Caperem ego [illegible]
[illegible]
Poma [illegible] gravia & [illegible]
[illegible],
Quam [illegible]
[illegible].

[illegible]

a) [illegible]

b) [illegible]

c) [illegible]

Tuus enim autumnus ſuperat alterius fœminæ ver,
Hiems tua calidior eſt alius æſtate.

Carmen 381, τῦ αὐτῦ a).

Ὀμματά σοι βαρύθυσι πόθον πνείοντα, Χαρικλοῖ,
Οἷά περ ἐκ λέκτρων ἄρτι διεγρομένης.
Ἔσκυλται δὲ κόμη, ῥοδέης δ' ἀμάρυγμα παρειῆς,
Ὦχρος ἔχει λευκὸς, καὶ δέμας ἐκλέλυται.
Κ' εἰ μὲν παννυχίῃσιν ὁμιλήσασα παλαίστραις
Ταῦτα φέρεις, ὄλβυ παντὸς ὑπερπέταται,
Ὅς σε περιπλέγδην ἔχε πήχυσιν. Εἰ δέ σε τήκει
Θερμὸς ἔρως, εἴης εἰς ἐμὲ τηκομένη.

Oculi tibi languent, Chariclea, illecebras ſpirantes,
Quales ſint modo e lecto ſurgentis,
Laniatæ ſunt comæ, roſeæ genæ radians lumen
Pallor tenet flavus, corpus tibi marcet.
Hæc ſiquidem palæſtris accepta refers, totas noctes calentibus, b)

Omnem

a) Ediderunt *Heinſius* in *Carm. Græcis pag.* 138. & *Ruhnkenius Ep. Crit. prima pag.* 43.
b) Intelligit pervigiles *Veneris* palæſtras.

Omnem beatam ſuperat fortunam,
Quisquis te amplexus tenet. Quod ſi vero amor te liquat calidus,
In me, quæſo, deliqueſcas c).

Carmen 382, τοῦ αὐτοῦ.

Βόστρυχον ὠμογέροντα τὶ μέμφεαι, ὄμματα θ' ὑγρὰ
Δάκρυσιν, ὑμετέρων παιδία a) ταῦτα πόθων.
Φροντίδες ἀπρήκτοιο πόθου τάδε. Ταῦτα βελέμνων
Σύμβολα, καὶ δολιχῆς ἔργα νυχεγρεσίης.
Καὶ γάρ που λαγόνεσσι ῥυτὶς παναώριος ἤδη,
Καὶ λαγαρὸν δειρῇ δέρμα περικρέμαται.
Ὁππόσον ἡβάσκει φλογὸς ἄνθεα, τόσσον ἐμοῖο
Ἄψεα γηράσκει φροντίδι γυιοβόρῳ.
Ἀλλὰ κατοικτείρουσα δίδου χάριν. Αὐτίκα γάρ μοι
Χρὼς ἀναθηλήσει κρᾶτι μελαινομένῳ.

Cincinnum caneſcentem, ineuntis ſenii indicem, quare reprehendis,
Et udos lacrymis oculos, amorum tuorum fœtus?

Hæc,

c) Amore mei marceas.

a) Cod. Lipſ. παιγνία, quod, ſi quis tueri velit, poteſt ſic interpretari: tu tuique ſimiles ſoletis nos veſtrum amantes ob caneſcentes capillos & manantes oculos irridere. Hæc ſunt ludibria veſtræ dicacitatis.

Hæc, quæ vides, curæ ſunt b) *inefficacis deſiderii, ſunt*
Sagittarum cicatrices c), *& diuturni notæ pervigilii.*
Prœmaturæ iam iliis rugæ,
Et cervici macra cutis circumnatant.
Solent alias a ſolis calore flores reviviſcere & vegetari.
Mihi vero membra obſoleſcunt a ſollicitudine carnivora.
Tu ergo miſerta mei beneficium indulge, quod cupio,
Sic enim protinus mibi refloreſcet cutis in capite ſordeſcente d).

Carmen 383, ἄλλο. a)

Ὄμματα Φυλλὶς ἔπεμπε κατὰ πλόον. Ὅρκος ἀλήτης
Πλάζετο. Δημοφόων δ' ἦεν ἄπιστος ἀνήρ.

Νῦν

b) Sunt effectus curarum, quas inefficax tui deſiderium peperit.

c) Proprie eſt *notæ*, *indicia*. Iam vero a cicatricibus vulnera agnoſcuntur.

d) Solet cutis in cachecticis, mœſtis, melancholicis, colorem ſordidum, plumbeum, atrum, terreum, contrahere. Patitur tamen hæc dictio contrariam quoque interpretationem. *Caput nigrum* poteſt ſignificare caput iuvenile, nigris comis nitidum; adeoque eſſet ſententia: renaſcetur cutis nitida & florida mihi in capite, comas, non amplius canas, ſed nigras, monſtrante.

a) Deberet quidem ex more, quo ſuperſcriptum

Car-

Νῦν δὲ, φίλη, πιϛὸς μὲν ἐγὼ παρὰ θινὶ θαλάσσης
Δημοφόων. Σὺ δὲ πῶς, Φυλλὶς, ἄπιϛ ἔφυς;

Promittebat aliquando Phyllis oculos in pontum,
Sacramentum erro b) *vagabatur. Demophoon erat perfidus.*
Nunc autem ego quidem tibi hic adſum in litore maris,
Fidus Demophoon. Tu vero qui facta es perfida, Phyllis?

Carmen 384. Μακεδονίε ὑπατικῶ.

Τήν ποτε βακχεύουσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων
Τὴν χρυσέῳ κροτάλῳ a) σειομένην Σατυρώλην

Γῆρας

Carmini ἄλλο ſignificat, eundem eius auctorem eſſe, qui præcedentis fuit, *Silentiarii* etiam hoc eſſe. Verum profecto non eſt. Tam bene tornatum, ſimplex, & ϛρογγύλον, carmen ſeculum melius tulit.

b) Quod nempe *Demophoon* aliquando puellæ iurabat æterni amoris, cum ipſo, navi alias in terras avecto, errabat. Vult Poeta dicere: Cum *Demophoon* ex Attica ſolviſſet, procedebat puella in littus, &, oculis in pontum porrectis, accuſabat eius perfidiam, qui ſe deſeruiſſet, ignaram, neque admonitam, ſuæ profectionis. Interim abſentis illius oblita conſueſcebat aliis. Redit *Demophoon* ex itinere, audit de amicæ mutato animo, & in eodem litore viciſſim fœdifragam eam appellat.

Γῆρας ἔχει καὶ νοῦσος ἀμείλιχος. Οἱ δὲ φιληταὶ,
Οἱ ποτε τριλλίςως ἀντίον ἐρχόμενοι,
Νῦν μέγα πεφρίκασι. Τὸ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο
Ἐξέλιπεν, συνόδου μηκέτι γιγνομένης.

Illam olim in ſpecie fœminina Baccham,
Illam aureum crotalum quaſſantem Spatalam,
Tenet nunc ſenium & morbus implacabilis b). *Amatores priſtini,*
Qui olim calidi anxieque ſupplicabundi eam adibant,
Nunc eam vehementer exhorreſcunt. Incrementum illud priſtinum velut lunare
Nunc deliquit conventu c) *non amplius contingente.*

Μαζοῦς

a) *Salmaſii Exercit. Plin. pag.* 359, cum toto hoc Carmine dat χρυσεοκροτάλω una voce, ubi multa ad idem diſputat, quæ conferri velim. In noſtra lectione σὺν ſubintelligitur.

b) Qui miteſcere & abſcedere negat. Vel etiam, qui moroſos & querulos & in iram pronos reddit. Τριλλίςως ſi recte habet, a τρὶς & λίτομαι debet derivari.

c) Non potui æque ambiguam vocem Latinam reddere, atque in Græco eſt. Σύνοδος & *conventum*, hic loci, apud meretricem, & *plenilunium*, notat. Hæc quidem vox poſita corrupiſſet elegantiam carminis. Vox autem *conventus* non latin-

Veſpertino torpens ſomno amabilis Ma-
cratis iacebat,
Cubito circum tempora obvoluto.
Ego itaque audacter inſcendebam lectum
eius. Ut autem
Viæ venereæ dimidium confeceram hi-
laris, d)
Evigilabat puella, candidisque manibus
Comam mei capitis omnem evellebat.
Interea, dum illa ſic pugnabat, perficiebam
ego reliquias venerei certaminis,
Illa vero lacrymis vultum obundantibus
hæc aiebat:
Sceleſte, nunc quidem gratis nactus es, de
qua olim a tuis manibus mihi
Oblatam ingentem auri vim repudiavi.
Protinus vero, atque hinc diſceſſeris, aliam
ſub læna tua volutabis.
Eſtis enim, vos mares, inſatiabiles Ve-
neris opifices.

Carmen 387, Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Σοὶ τόδε τὸ κρήδεμνον, ἐμὴ μνήστειρα,
κομίζω
Χρυσεοπηνήτῳ λαμπόμενον γραφίδι.
Βάλλε δὲ σοῖς πλοκαμοῖσιν, ἐφεσσαμένη δ'
ὑπὲρ ὤμων.
Στήθει παλλευκῳ τήνδε δὸς ἀμπεχόνην.

Ναὶ

d) Proprie, gratulans nihi de ſucceſſu inſperato,
eumque avide amplectens.

Ναὶ, ναὶ στήθεϊ μᾶλλον, ὅπως ἐπιμάζιον
εἴη a).
Ἀμφιπεριπλέγδην εἰς σε κεδαννύμενον.
Καὶ τόδε μὲν φορέοις ἅτε παρθένος. Ἀλλὰ
καὶ εὐνὴν
Λεύσσοις, καὶ τεκέων εὔσταχυν b) ἀν-
θοσύνην,
Ὄφρα σοι ἐκτελέσαιμι καὶ ἀργυφέην ἀνα-
δέσμην,
Καὶ λιθοκολλήτων πλέγματα κεκρυ-
φάλων.

Ego tibi hoc reticulum, mea ſponſa, offero,
Pictura coruſcans, filis aureis intexta.
Indue id cincinnis tuis. Indumentum autem
hoc alterum
Super humeros & circa niveum pectus
indue.
Imo vero circa pectus potius, c) ut ſit pe-
ctorale,
Circumcirca ſuper te effuſum.

Et

a) Ita recte cum toto Carmine edidit doct. *Io. Pier-ſonus* in *Probabilibus p.* 18. C. L. dabat ἤδη.

b) Ab eodem petii hanc lectionem. Prave enim C. L. in textu dabat ἐις ταχὺν, & multo pe- ius in margine pro correctione, ἐις τάχος.

c) Si ſatis percipio ſenſum obſcuri diſtichi, vult di- cere : imo vero æquiore animo feram, ſi reticu- lum gerere, quam ſi pectorale, negligas, quod ipſe meis manibus tibi circumfundo.

Et hoc quidem geras ut virgo; ſed &
thorum coniugalem
Adſpicias & florentem liberorum ſegetem.
Quo tibi offeram argenteum redimiculum, d)
Et reticulorum gemmatos plexus.

Carmen 388, Παύλȣ Σιλεντιαρίȣ.

Δάκρυά μοι σπένδȣσαν ἐπήρατον οἰκτρὰ Θεανώ
Εἶχον ὑπὲρ λέκτρων πάννυχον ἡμετέρων.
Ἐξότε γὰρ πρὸς Ὄλυμπον ἀνέδραμεν ἕσπερος ἀστὴρ,
Μέμφετο μελλȣσης ἄγγελον ἠριπόλης.
Οὐδὲν ἐφημερίοις καταθύμιον, εἴ τις ἐρώτων
Λάτρις νύκτας ἔχειν ὤφελε Κιμμερίων.

Lacrymas miſeratione dignas mihi fundentem amabilem Theanonem
Habebam ſuper lecto meo totam per noctem.
Nam, ex quo ad Olympum adſcenderat Veſper,
Obiurgabat nimis citum futuræ auroræ nuntium.
Adeo nihil omni ex parte mortalium ad vota eſt.
Debebant enim amorum cultori, ſi qui eſt, noctes Cimmeriæ a) *contingere.*

Car

d) Tæniam, qua crines conſtringuntur.
a) Id eſt, admodum longæ.

Carmen 389, Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ.

Εἰργομένη φιλέειν με κατὰ στόμα δῖα Ῥοδάνθη
Ζωνὴν παρθενικὴν ἐξετάνυσσε μέσην,
Καὶ κείνην φιλέεσκεν. Ἐγὼ δέ, τις ὡς ὀχετηγὸς,
Ἀρχὴν εἰς ἑτέρην εἷλκον ἔρωτος ὕδωρ,
Ἀνερύων τὸ φίλημα. Περὶ ζωστῆρα δὲ κούρης
Μάστακι ποππύζων τηλόθεν ἀντεφίλουν.
Ἦν δὲ πόνου καὶ τοῦτο παραίφασις. Ἡ γλυκερὴ γὰρ
Ζωνὴ πορθμὸς ἔην χείλεος ἀμφοτέρου.

Divina Rhodanthe, cum ipſi non liceret ore ſuo meum oſculari,
Extendebat zonam virginalem mediam,
Eamque oſculabatur. Ego vero, velut aliquis aquilex,
Aliam in plagam retrabebam amoris aquam, a)
Retrorſum alliciens oſculum, & coram puella
Edito labiis poppyſmio circum zonam e longinquo in vicem oſculabar.
Erat autem & hoc morbi mei levamen aliquod.

Iucun-

a) Intelligit ſalivam roſcidam, oſculando zonæ impreſſam, aut adſperſam.

Iucunda enim zona erat vectorium utrius-
que labii. b)

Carmen 390, τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ γραῦς ἡ τρικόρωνος, ἡ ἡμετέρους διὰ μα-
θοὺς
Μοίρης ἀμβολίην πολλάκι δεξαμένη,
Ἄγριον ἦτορ ἔχει, καὶ θέλγεται οὔτ᾽ ἐπὶ
χρυσῷ,
Οὔτε ζωροτέρῳ μείζονι κισσυβίῳ.
Τὴν κούρην δ᾽ αἰεὶ περιδέρκεται, εἰ δέ ποτ᾽ αὐ-
τὴν
Ἀθρήσει κρυφίοις ὄμμασι ῥεμβομένην. a)
Εἰ δ᾽ ἐτεὸν τὸν Ἄδωνιν ἐφίλαο, Περσεφόνεια,
Οἴκτειρον ξυνῆς ἄλγεα τηκεδόνος,
Ἔστω δ᾽ ἀμφοτέροισι χάρις μία· τῆς δὲ γε-
ραιῆς
Ῥύεο τὴν κούρην, πρίν τι κακὸν παθέειν.

Ant

b) Puellaris & mei. Zona erat velut canalis, oſcula noſtra ultro citroque vehens. Pleni ſunt Erotici veteres talium nugarum. Bibebant amatores ex ea parte poculi, quam ori appoſuiſſet amatæ, ſic credentes oſculum imbibere; mandebant præmorſa ab iisdem mala; per veſtes ſic oſcula mares & fœminæ communicabant. Magni loco hæc omnia complexus eſt S. *Hieronymus Epiſt. 2 de Vita Clericorum: Crebra munuſcula, & oraria ac deguſtatos cibos, blandasque & dulces literulas, ſanctus amor non habet.*

a) Aut deeſt hic diſtichon, aut potius leg. ἢ τὸν ἂν αὐτήν. Quod in Latinis expreſſi.

Anus, quæ trium cornicum ætatem viven-
do ſuperavit,
Cui mei labores ſæpe fatum citum morati
ſunt,
Sævo animo, neque auro mulcetur,
Neque vaſto meri poculo,
Sed puellam ſemper obſervat, num forte eam
Furtivis oculis oberrantem videat.
Si unquam Adonin amaſti, Proſerpina,
Commiſerere amborum noſtrum mœrori cor
fundenti.
Unum & idem cupientibus nobis contingat
ambobus beneficium:
Libera puellam, antequam ſiniſtri quid pa-
tiatur, ab anu.

Carmen 391, Παύλȣ Σιλεντιαρίȣ.

Ειπὸν ἐμοὶ, χαρίεσσα, τεῶν τάδε σύμβο-
λα μαζῶν
Ὤπασας? Ὀλβίζω τὴν χάριν ὡς με-
γάλην.
Ει δ᾽ ἐπὶ τοῖς μίμνεις, αδικεῖς, ὃν a) λαβρὸν
ανῆψας,
Πυρσὸν ἀνασβέσσαι b) τȣ̃τον αναινομένη.

a) In Cod. Lipſ. erat ὅτι.

b) Rara compoſitio ἀνασβεννύειν, neque auſim probam ſpondere. Mallem quidem ἀποσβέσσαι. Quodſi tamen proba ſit, erit ἀνὰ pro *rurſus* accipiendum, ἀνασβεννῦναι, *reſtinguere.*

Καὶ σοβαρὴ θεράπαινα πύλας σφίγξασα μελάθρου

Κεῖτο χαλκερήτῳ νάματι βριθομένη.

Ἔμπης οὔ μ' ἐσβέσαν, ἐπεὶ στρεπτῆρα θυρέτρου b)

Χερσὶν ἀδουπήτοις βαιὸν ἀειρόμενος,

Φρυ-

ſtum, laxum, pallii inſtar, cum illo proxime conveniens, quod medio ævo *cloccam*, ſeu *campanam*, appellabant. Ad eundem modum, *Ariſtophanes* bibacem anum *Empuſam* nominat ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἠμφιεσμένην, *cui tota epidermis, & vultus præcipue, in puſtulam abſceſſit ſanguine ſuffuſam.* Vid. *Acharn. v. 1049.*

b) Obſecutus ſum *Dorvillio*, qui *Heinſium* reprehendit, quod μελάθρου ediderit. *Sine cauſa poſuit* μελάθρου *pro* θυρέτρου. Verba ſunt Viri doctiſſimi. Verum non poterat aliter *Heinſius*. Codex eius μελάθρου dabat, quod & Lipſ. habet; neque aliud incommodi hæc habet lectio, niſi quod iniucunda auribus accidat, tantillo ſpatio recurrens. De cetero non concedit alteri lectioni, quam *Dorvillius* videtur e Codice manuſcripto, non ex ingenio ſuo, produxiſſe. Μελάθρου quoque habet Cl. *Alberti* in Notis ad *Heſychium* v. Ἀδούπητος, ubi verba ἐπεὶ στρεπτῆρα - - ἀειρόμενος citat, promittitque, totum carmen ad v. χαλίκρατον daturum. Faxit Deus, ut finem utiliſſimi operis, magno meritoque plauſu excepti, quantocyus videamus.

Φρυκτοὺς αἰθαλόεντας ἐμῆς ῥιπίσματι c) λώπης
Ἔσβεσα, καὶ διαδὺς λέχριος ἐν θαλάμῳ
Τὴν φύλακα κνώσσουσαν ὑπέκφυγον, ἦκα δὲ λέκτρου
Νέρθεν ὑπὸ σχοίνοις d) γαστέρι συρόμενος
Ὀρθούμην μετὰ βαιὸν, ὅπου e) βατὸν ἔπλετο τεῖχος·
Ἄγχι δὲ τῆς κούρης στέρνον ἐρεισάμενος,
Μαζοὺς μὲν κρατέεσκον, ὑπετρύφθην δὲ προσώπα
Μάστακα πιαίνων χείλεος εὐαφίῃ.
Ἦν δ᾽ ἄρα μοι τὰ λάφυρα καλὸν στόμα, καὶ τὸ φίλημα
Σύμβολον ἐννυχίης εἶχον ἀεθλοσύνης.
Οὔπω δ᾽ ἐξαλάπαξα φίλης πύργωμα κορείης,
Ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἀδηρίτῳ σφίγγεται ἀμβολίῃ.

c) Edidi ῥιπίσματι, flagitante metro, & ſuadentibus *Dorvillio* & *Suida* v. λώπης, qui ultima tria vocabula huius diſtichi in λέχριος citat. *Heinſius* dedit ῥαπίσματι, quod & in Codice Lipſ. offendi.

d) Sic *Heinſii* editio. Cod. Lipſ. σχοίνης. Quod nihili eſt. σχοίνας ſolœcum eſt, & *Agathia* eaque ætate dignum. Probi Græci reſtes ſpondæ κειρίας appellant.

e) Ita Codex Lipſ. *Heinſius* ὅπη dedit.

Ῥικνὴ ἡ ἑτέροις αὖθις στήσωμεν ἀγῶνα,
Καὶ τάχα πορθήσω τείχεα παρθενίης.
Οὐδ' ἔτι με στήσουσιν f) ἐπάλξιες. Ἢν δ' ἐπι-
τυχήσω,
Στέμματα σοὶ πλέξω, Κύπρι τροπαιο-
φόρε.

Invida anus accubabat puellæ, in vicinia
habitanti,
Transverſum ipſi dorſum in lecto affulciens,
Ut mœniis proiectum, haud ſcanſile munimentum.
Ut ruſſa haploïs regebat puellam.

Fœtus

f) Codex Lipſienſis dabat [illegible] Contra ill[illegible] [illegible] [illegible]

Ferox ancillâ, fores conclavis ut loris con-
ſtrinxerat, g)
Iacebat mero & ſomno merſa.
Nihilo me tamen magis abſterrebant h). *Nam*
allevata tantillum e cardine ianua i)
Cautis manibus & ſtrepitum non cienti-
bus,
Fumantibusque facibus ventilatione meæ ve-
ſtis exſtinctis,
Torto in obliquum corpore irrepo in
conclave,
Evadens a ianitrice ſtertente. Tacite dein-
ceps
Super ventre ſub funes ſpondæ ſubrepo.
Paulo poſt me erigebam, ubi arx aditum ſui
dabat,
Meumque pectus puellæ pectore fulciens,
Prenſabam & preſſitabam mammellas, vul-
tumque conterebam
Mollitie puellaris labii, qua & myſtacem
inpinguabam.

Sed

g) Videtur *Agathias* non ex more ſeculi ſui, ſed ſecundum *Homerum*, loqui, cuius ævo fores adhuc ſolebant loris & reſtibus iunceis, aut cannabinis, conſtringi, de quo more egit *Caſaubonus* ad *Aeneam Tacticum*.

h) Hæ duæ ſcilicet cuſtodes pudicitiæ puellæ, nutrix & janitrix.

i) Conf. *Ariſtophan. Theſmophor. v.* 494.

Sed omne ſpolium (huius velut latrocinii) erant mera tantum oſcula.
Oſcula nocturni certaminis notas reportabam.
Arcem caræ puellæ nondum perfregi.
Sed adhuc inexpugnabili procraſtinationi illa ſeſe innodat.
Quod ſi tamen alterius aliquando luctæ periculum faciamus,
Sane ego (neque dubium) lacerabo virginitatis mœnia.
Non amplius mihi tunc obicem figent propugnatula. Ut autem votis potitus fuero,
Corollas tibi, Venus victrix, plectam.

Carmen 394, ἄδηλον.

Κλαγγῆς πέμπεται ἦχος ἐς οὔατα, καὶ θόρυβος δὲ
Ἄσπετος ἐν τριόδοις. Οὐ λαλέεις, a) Παφίη?
Ἐνθάδε γὰρ σεο κοῦρον ὁδοιπορέοντα κατέχον,
Ὅσσοι ἐνὶ κραδίῃ πυρσὸν ἔχουσι πόθου.

Clangor percellit aures & tumultus
Immanis in triviis. Et tu non curas, Venus?
Hic enim puellum tuum, Cupidinem, iter facientem, iniecta manu detinent,
Quotquot ardentem amoris facem in pectore gerunt.

Car-

a) Forte leg. ἐκ ἀλέγεις.

Carmen 395, Διοφάνους Μυριναίου.

Ψιλλιστὴς a) ὁ ἔρως καλοῖτ' ἂν ὄντως·
Ἀγρυπνεῖ, θρασύς ἐστιν, ἐκδιδύσκει.

Latro ſpoliator iure merito vocetur Cupido.
Vigilat enim b), *impudens eſt*, *veſtibus ſpoliat* c).

Finis *Capitis tertii Anthologiæ Græcæ*, vulgo ineditæ dictæ, ſimulque Carminum amatoriorum.

a) Metri gratia geminata eſt tertia litera.
b) *Surgunt de nocte latrones. Ovidius* noto verſu.
c) Quos aggreditur. Amantes enim nudi copulantur.

VI.

COMMERCIVM EPISTOLARE DVORVM MAGNI NOMINIS VIRORVM, LVDOVICI BOVRGVETI ET GISBERTI CVPERI, QVO PLVRIMA PHILOSOPHIAE, ANTIQVITATVM, ET LITERARVM ELEGANTIORVM, ARGVMENTA DOCTISSIME ILLVSTRANTVR.

ACCEDVNT DVAE BOVRGVETI AD IO. BAPT. OTTIVM,

ET

IO. WOODWARDVM,

EPISTOLAE.

PARTICVLA IV.

EPISTOLA X.

CVPERI
AD
BOVRGVETVM.

Arg. [illegible]

V[illegible]

[illegible]

que

j'en ſuis ſouverainement las. *Fruatur que ingenio ſuo & intelligentia, prout ſtiones illas mente & animo concipit.* Je e encore que les lettres ſont plus anciennes, *Moyſe* & la Loy donnée & écrite par *Dieu* mont Sinaï, & que cela peut être prouvé la Sainte Ecriture même, avec cela, que nonde n'a pas été bouleverſé & reduit en iillon, ſelon le ſentiment du fameux Monſ. *oodward.* Les raiſons, que Vous alleguez nouveau pour defendre le ſyſteme de ce nd Naturaliſte, ſont fort ſpecieuſes; je ne pas, qu'on trouve dans les entrailles de la re des marques infaillibles du Déluge, mais tes les pierres dures, reduites presque en tage, me font mal au coeur. On a impri- à Londres trois Diſcours de Mr. *Ray*, où il ité du Chaos, & de la creation du Monde, Déluge univerſel, *eius cauſis & effectibus*, iis je ne ſai de quelle opinion eſt ce Philo- he. Les exemples, que Vous nous donnez s animaux, qui ſe cachent dans l'hyver en s trous, ſont inconteſtables, mais ces animaux it quaſi morts, & reviennent avec le prin- ns, & il me ſemble, que celui de mon apeau n'eſt pas de cette nature. Car on l'a ouvé dans un roc ſans la moindre fiſſure ou tit trou, par où il y auroit pû entrer; & c' t pour cela que ce phénoméne me ſemble bien traordinaire. La methode, dont Vous Vous rvez pour découvrir laquelle eſt la pre-

miere

miere langue, ne me déplait pas, mais pour parler franchement je ne me touve guere capable d'en juger. Et il faudroit premierement ſavoir, pour en juger bien, ſi Dieu n' avoit pas donné, au tems de la confuſion, à quelques familles, des langues toutes nouvelles, ou que la diverſité de la prononciation & l' articulation l' aient fait naitre; ou ſi l'on ne devroit pas établir ces deux moiens. Quand on auroit après trouvé la langue primitive, il faudroit examiner, ſi quelques reſtes ne ſe trouvoient pas dans toutes celles, qui ſont nées par un defaut dans la prononciation, ou par le manquement des articulations, comme Vous parlez. Mais quelle ſera la langue, que Dieu donna à *Adam*? Les ſavans n' en ſont pas d'accord, la plus part ſont pour l' Hebreu, un Anglois, comme Vous m' avez mandé une autre fois, defend la Chinoiſe, & nôtre ami Monſ. *de la Croze* ſ' eſt déclaré dans la derniere lettre, qu'il m'a fait l'honneur de m'écrire, pour l' Egyptienne, & d' autres croient, que la langue primitive ſ' eſt perduë auſſi, qu'elle n'a pas demeurée pure, & que toutes ont été comme des dialectes d'elle. Et en verité il y a des langues en Amerique & ailleurs, qui n' ont nulle convenence avec une des trois langues nommées, & il me ſemble, qu'on devroit examiner ce point: car ſi cela eſt ainſi, je ne ferois pas difficulté de dire, que Dieu a fait naitre auſſi des langues toutes nouvelles, & quand on

lit ce qu'en a publié le ſavant Mr. *Reland* dans la troiſiême partie de ſes Diſſertations, on ſ'y conformeroit peût-être. Car il y a parlé des Langues de l'Orient & de l'Occident, & des Isles qui ſe trouvent aux Indes & à l'Amerique, parmi lesquelles je ne trouve pas aucune reſſemblence. Vous alleguez, Monſieur, le ſavant & illuſtre Mr. *Perizonius:* il y a long tems que j'ai remarqué ſon ſentiment à la page 274 & 275 de ſes *Origines Babylonicæ.* Il croit dont que *confuſio labii nequaquam fuit ſubita complurium linguarum novarum productio cum veteris oblivione, ſed vera & propria ſermonis confuſio, quacunque tandem illa ratione exſtiterit.* Mais il n'eſt pas néceſſaire, que la vieille ou primitive Langue ſoit oubliée & par là abolie. Elle a pû reſter, comme divers ſavans le jugent, ou bien, Dieu en a pû faire autant des dialectes, qu'il trouva bon. Ce qui ſ'en ſuit, *hanc labii confuſionem non fuiſſe perpetuam, ſed ad tempus a Deo adhibitam, tantum ut homines ad ſecedendum cogeret; &, hoc jam facto, locutos haud dubie omnes, ut ſoliti erant, eademque lingua, qua antea fuerant uſi, ſed quæ dein tractu temporis variis mutationibus per varias & ſeparatas iam gentes maiorem in modum adulterata fuit, & ſic ex una in diverſas abiit*, me ſemble bien étrange, & digne de vos conſiderations. Pour moi je ſouhaite très ardemment de ſavoir les raiſons d'une telle opinion, & il me ſemble que

 c'eſt

c'eſt tout à fait contre l'intention de Dieu, de rendre la Langue primitive aux habitans de la terre, puisqu'ils ſe pouvoient revenir & entreprendre une autre tour, ou achever la même. Mais *ſino unumquemque frui genio ſuo*, & je ne diſpute pas avec un homme d'une vaſte erudition. Si Vous voudriez mettre vôtre methode en execution, cela ſeroit ſans doute très agréable aux ſavans & particulierement à moi; car ce vers de *Solon* eſt de mon approbation: Ἀεὶ γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος. Le cinquième Volume de l'Hiſtoire critique eſt publié. Il y a beaucoup d'erudition, & une lettre de Mr. *Bignon* à Mr. *Philippe Maſſon*, qui s'adonne à la Langue Chinoiſe, ou il temoigne que divers connoiſſeurs louent ſon erudition, mais qu'ils n'approuvent pas ſa méthode, comme Vous verrez, quand ce Tome ſera à Veniſe. Et *tibi in aurem narro*, que nôtre ami, Mr. *de la Croſe*, n'approuve pas non plus le chemin, que le dit Monſ. *Maſſon* prend à trouver les origines de la langue Juive dans la Chinoiſe, comme il m'a écrit deux ou trois fois, & même auſſi à Mr. *Maſſon*. Je n'en puis pas juger, & je Vous laiſſe cette diſcuſſion. Je n'ai pas encore réponſe de Monſ. *Bignon* touchant la lettre que Vous avez écrite au Pere *Bouvet* à la Chine, & ſi la nouvelle du maſſacre de tous les Miſſionaires, qui ſont dans ce grand Roiaume, eſt vra-

le, il n'y a rien à eſperer d'avantage. On l'a debité par deux fois dans nos Gazettes & le correſpondant de Londres y dit, qu'elle eſt venuë de Goa.

J'ai reçu de Monſ. *Witzen* un exemplaire de la Grammaire Singaloiſe, & je Vous la ferai tenir par la voie de Francfort ſur le Meyn, en l'addreſſant à Meſſieurs *Jean* & *André Aunan*, auſſitôt que je pourrai.

Les Médailles Grecques me plaiſent le plus, & c'eſt pour cela, que j'eſpere, que Vous retrouverez vôtre Catalogue. Je ne crois pas que l'Etude des médailles faſſe jamais quelque impreſſion ſur les Grecs. Ils gemiſſent ſous le joug dur des Turcs, & ils ne ſe mêlent pas de la moindre curioſité, & ſi les Venetiens & d'autres Européens ne les y cherchent pas c'en eſt fait ſans doute. Il ne ſe peut pas faire que la Morée ne ſoit pleine d'inſcriptions & de médailles, à cauſe qu'il y a eu tant de belles & puiſſantes villes, & qu'on trouve dans *Pauſanias* des grands threſors dont ſelon toutes les apparences il en reſte encore quelques unes. Je ſuis bien aiſe que quelques unes de mes conſiderations aient vôtre approbation. Le Palais à *Aſſuana*, dont parle Monſ. *Lucas*, doit avoir été un fort grand bâtiment; peut-être que *Diodore* y fait reflexion, mais il parle au Livre ſecond non de l'*Egypte*, mais de l'*Ethiopie:* car après avoir dit, que *Memnon* du tems de la guerre de *Troie* étoit

de l'*Aſſyrie*, & que le Palais de *Suſe*, juſqu'à l'Empire des Perſes, étoit ainſi appellé de ſon nom βασίλεια μεμνόνια, il ajoute, τοῦτον δ' *dubium vocant Aethiopes*, οἱ περὶ τὴν Αἴγυπτον. λέγοντες ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις γενέσθαι τὸν αἰέρα τοῦτον, καὶ βασίλεια παλαιότατα (n. Aethiopes), *quæ hodie etiam Memnonia appellantur*. Le paſſage de *Strabon* ne fait pas mention du Palais d'*Aſuna*, dont parle Monſ. *Lucas*; car il fait à la page 505 & 506 une deſcription generale des Temples, & il y en joint une particuliere de celui de *Memphis*. *Eſt etiam ædes* (Gr. οἶκος) *quædam, multis columnis ſtructa: ſicuti Memphi. barbarica fabrica. Nam præterquam quod columnæ multæ ſunt & ingentes*, καὶ πολυστιχῶν τῶν στύλων, *multiplici ordine conſtitutæ*, (je ne ſai ſi cela ſe exprime aſſez bien par *diverſement diſpoſées*, car cela veut dire, ſans ordre,) *nihil elegans habet, aut pictum, ſed potius inanem quendam laborem arguit*. Il paroit dela qu'il parle d'un Temple, dans lequel il y avoit beaucoup de colomnes, diſpoſées en pluſieurs rangs, au lieu que ces colomnes de Monſ. *Lucas* ſont hors du Palais, comme des allées & avenuës, comme Monſ. *Lucas* en fait la deſcription, dont il n'eſt pas étonnant que celui-ci louë la beauté de ce qu'il a vû, & qu'au contraire *Strabon* ne parle pas avantageuſement du ſien.

Quoique les Pyramides, qui ſont proche de *Syene*, ne peuvent pas avoir été faites par les *Iſraelites*, ils ont pourtant pû avoir fait celles qui ſont proche de *Memphis* & la terre de *Goſen*, & je crois, que Monſ. *Perizonius* a eu ſeulement celle là devant ſes yeux. Je ſuis pourtant de vôtre avis, que les Iſraelites n'y ont pas été emploiez & cela à cauſe que la Sainte Ecriture n'en parle pas, & il me ſemble qu'elle en auroit fait mention, parce que ce travail étoit ausſi grand, que l' autre, quoique *Joſeph* le nous veuille faire accroire.

Je crois ausſi que la *Canal* depuis la Mediterranée jusques à la Mer rouge a veritablement exiſté. J'en ai parlé il y a trente ou pluſieurs ans dans une de mes lettres, & Vous pouvez cependant voir ce qu'en dit Monſ. de *Grentemenil* à la page 353 *Exercitatio*n. *in optimos Auctores Græcos*. Je crois facilement qu'il y a encore des merveilles à voir & à découvrir en Egypte, qui a été un de plus floriſſans Royaumes du monde. L'on m'a dit, que Monſ. *de Bruyn* a entrepris ſon troiſiême voyage, j'eſpere qu'il ſe ſera embarqué pour l' Egypte, & il n'y a perſonne plus propre à nous donner des copies des *Hieroglyphes* & des Monumens anciens, *ſi Turcica barbaries illud fieri permitteret*. Il n' y a rien ſi vrai qu' *opus inviſum* peut être expliqué, un ou-

ouvrage haï ou dont on eſt jaloux. Cicero... les meilleurs Auteurs ne parlent pas ...ment, & ſi les *Heracleopolites* ont ... de le ruiner, le ſens, que Vous donnez à ce paſſage, eſt bon, & il ne peut pas être expliqué autrement.

Je ſuis fort content, que ma conjectur... & ma penſéé ſur les *Syringes* ait vôtre approbation, & elle m' animera à tacher d'approfondir de plus en plus les merveilles d'Egypte. J'attend la nouvelle edition du Voya... de Monſ. *Lucas*, on l' a rimprimé à Amſterdam, & je crois que j'y trouverai mon contentement.

Vous me ferez beaucoup de plaiſir, ... Vous voudriez avoir la bonté, de m'envoi... la copie du catalogue des médailles, & des i... ſcriptions, que Vous avez tiré du livre ... *Laſtanoſa*, car je crois que je ne le verrai ... mais & la médaille de *Tudele*, ou de *Tute...* me tient fort au coeur, parce que la legende ...toit à l' Hébraïque de la main droite à la g... che, ce que les ſavans ont auſſi obſervé ſur ... Médailles Celtiberiennes qui ſont à Monſ. *Bary*.

Monſ. *Rhenferd* a publié outre le *Peri...* *lum Palmyrenum & Phœnicium* & pluſie... autres Diſſertations, une *de Antiquitate Li...* *rarum Judaicarum*, où il tache de defen... *literas hodiernas Aſſyriacas, id eſt, hodier...*

udaicas, eſſe antiquiſſimas, & *veroſimile eſ-ſe, Moſen, imo Deum ipſum, in Tabulis Fœderis . uſum eſſe*, d'où il s'enſuit, qu' il eſt per-ſuadé que les Lettres de l' Alphabet n' ont pas été premierement miſes en uſage ſur le mont Sinaï, que ces lettres ont été dans la famille de *Sem*, qu' *Abraham* & les autres deſcen-dans les avoient conſervées & qu' *Abraham* les avoit apportées en *Canaan*, & qu' ainſi elles par ſes deſcendans furent tranſmiſes à leur po-ſterité.

Je ne me jetterai pas ſur cette diſpute, mais il me ſemble, que ceux qui croient qu' *Abraham* & les Patriarches ont appris la langue du païs de Canaan, & que les Iſraelites ſe ſont ſervis de cette langue jusques a la Captivité de Babylone, doivent être preferés.

Vôtre Diſſertation, Monſieur, que Vous avez envoyée au celebre Monſ. *Ott* m'a donné un très grand plaiſir, & je confeſſe qu' elle eſt remplie d' une erudition exquiſe & peu com-mune. J' ai lû auſſi à cette occaſion la Lettre, que le ſavant Monſ. *Allix* a écrite à feu Monſ. le Baron *de Spanheym*, & j' examinerois auſſi cette matiere, ſi je ſavois l'Hébreu & le Sa-maritain.

Je ſuis, comme Vous, Monſ. très porté a ſavoir les progrés de la Religion Reformée aux Indes, mais je n' en ai pas des nouvelles. Il eſt certain, que nos Miniſtres ſe donnent beaucoup de peine a prêcher l' Evangile. Je

tacherai par Monſ. *Witzen* d' avoir les Relations, qu' on en envoye tous les ans aux Meſſieurs les Directeurs.

